

VLPIANI RHETORIS
Enarrationes in Demosthenis ora

TIONES XVIII. QUIBUS NON MODO VOCABV-
la, sed & historię quędam ut scitu dignissimę, ita apud alios ra-
rissimę inuentu, & artificium oratorium
diligenter explicatur.

HIERONYMO VVOLFFIO INTERPRETE.

AD HAEC
DEMOSTHENIS VITA, A LIBA-
NIO, SVIDA, LVCIANO, PLVTARCHO DE-
scripta, Eodem interprete.

BASILEAE

VILPIANI
 DE
 DEMOSTHENIS
 VITAE
 HISTORIA

ED. NOB
 Jacobus Fugge
 doctrin



...illum de
 ...qui menda
 ...Ad hac ip
 ...allecebra lab
 ...simi esser
 ...ipius au
 ...sunt, ne
 ...antur. Esti
 ...qua: stud
 ...diliidius o
 ...contineam
 ...prateun
 ...genere r
 ...eodem argur
 ...quod uellem,
 ...dere meliora
 ...temporum, &
 ...uel augendi
 ...omnem
 ...detur. Sed in
 ...non poenitu
 ...posita, & ar
 ...uertendo qu
 ...necio tan
 ...arios asperna
 ...in ijs tanta est
 ...atur. Primum e
 ...tionu, & uer
 ...uallo separ
 ...is uocabulis, i
 ...nullum uel

AD NOBILEM VIRVM IOANNEM

Iacobum Fuggerum Kirchbergæ & Vveissenhorni dominum, ingenio,
doctrina, uirtute ornatissimum, Hieronymi Vwolfij
in Vlpianum Præfatio.



FFERO NVNC, IOANNES IACOBE FVG
gere, uir ornatissime, alterā promissi laboris partē
Excellentiæ tuæ, Vlpiani rhetoris X & VIII ora-
tionum Demosthenis enarrationem, citius etiā q̄
sum pollicitus: opus minus fortasse lectu iucundū,
sed studiosis adolescentibus, ut mihi persuadeo,
non inutile futurum. Quæ etiam causa fuit, ut mo-
lestissimum laborem hunc capere non sim grau-
tus, & summum deuorare tædium: quod quantum fuerit, ij demum in-
telligēt, qui mendas græci codicis, in singulis ferè paginis infinitas, obser-
uabunt. Ad hæc ipsa commentariorum natura est talis, ut modica uolu-
ptatis illecebra laborem & defatigationem leuent interpretis, tametsi e-
mendatissimi essent: & ut lectorem requirant, difficultatibus aliquib. in-
telligendi ipsius autoris conflictantem. Quæ res una ferè facit, ut quæ
per se utilia sunt, non modò citra fastidium, sed magna etiam cum auidi-
tate legantur. Etsi autem non dubito, esse plurima tum grammatica, tum
oratoria, quæ studiosus lector explicari sibi diligentius & copiosius, atq̄
etiam dilucidius optet, non tamen abijciendi uidentur ij libri, qui, cū mul-
ta utilia contineant, quædam etiam superuacanea admiscet, quædam ne-
cessaria prætereunt. De quib. incommodis ego quoq̄ in omni commen-
tariorum genere mecum sæpissimè queror: & tamen cum cogito, si mi-
hi in eodem argumeto uersandum esset, me quoq̄ præstiturum, fortasse
non quod uellem, sed q̄d possem: ueniam do, & boni consulo ea quibus
illi tradere meliora non potuerunt. Quanq̄ in hoc nostro enarratore n-
iuria temporum, & quorundam temeritas, qui in alienis libris uel mutil-
landis, uel augendis, uel ex diuersorum scriptis, uarijs quasi centonibus
farcendis, omnem licentiam sibi sumunt, maximam sustinere culpæ par-
tem uidentur. Sed in hoc, suo quisq̄ iudicio fruatur. Me quidē Vlpianum
legisse non pœnituit, propter & historias nonnullas indicatas, & uoca-
bula exposita, & artificium multis in locis eruditè, nisi fallor, explicatum.
In conuertendo quidem magnos labores, & non paruas molestias cum
ceperim, nescio tamen an fecerim operæ precium, non quòd ipsos com-
mentarios aspernandos ducam (de quibus quid sentiam, exposui) sed
quòd in ijs tanta est difficultas interpreti, ut superari nulla ratione posse
uideatur. Primùm enim exemplar ita deprauatum est, tum confusione
distinctionū, & uerbis Demosthenis ab Vlpiani explicatione nulla nota
aut interuallo separatis: tum aut immutatis, aut additis, aut repetitis, aut
omissis uocabulis, interdum etiam totis sententijs, ut affirmare nō dubi-
tem, me nullum uel in græca uel latina lingua codicem uidisse peius tra-
ctatum.

etatum. Deinde *ἔξηγησεις*, quas enarrationes interpretari licet, uidentur
 orationem requirere perpetuam, cuius hic alicubi uestigia quaedam ap-
 parent: ut existimem, ubi uerba Demosthenis seorsim ponuntur, ibi ab
 aliquo librorum corruptore, & importunè studioso breuitatis, Vlpiani
 uerba complura esse resecta, ut scholiorum faciem, non *ἔξηγησῶν* præ se
 ferant, atque assuta aliena. In connectendis quidem aliorum uerbis ma-
 gna est Græcorum felicitas, præter cætera uel in his duabus particulis *ἢ*
& δὲ, quibus ceu Delphico gladio utuntur: cum eadem Latino sermone
 sine longis & molestis ambagibus explicari nulla ratione possint. Huc
 accedit uocabulorū maxima & copia & uarietas, et longè alia quàm Lati-
 norum ratio: cuius generis sunt, ut è multis pauca delibem, *κεφαλαίον, τὸ*
ἀπὸ ἀρχῆς ἄχρι Τέλους, σημεῖα, εἰκότα, Τεκμήρια, ἀντίπιπτον, ἀντίθεσις, ἀνθυποφο
ρά, σύγκρισις, ἀντιθέτασις, παρωθεσις, ἀντιπαράστασις, ἕνστασις, ἀντίστασις, ἡστέ
στασις, προεστασις, ἰκφρασις, διασκευὴ, διατύπωσις, ἀποσιώπησις, ὑποσιώ
πησις, ἀναίρεσις, ἀπόστασις, ἀναφροσύνη, ποδὶ φροσύνη, πηλικότης, πρόστης, μέγεθος,
εἰσοδός, εἰσβολή, εἰσαγωγή, προετασκευὴ, προθεραπεία, προδιόρθωσις, (ὑποδρο
μὴ, περιδρομὴ, συγχώρησις, σύστασις, ὠδιχείρημα, ἀπρόδραξις, ἔλεγχος, ἐνθύμη
μα, νόημα, ἔννοια, & alia cōplura. nec enim omnia recētere in titui. Iā quid
facias in illis adiectiuis, ἡθικὸν, παθητικὸν, πραγματικὸν, προεταστατικὸν, συ
νεπτικὸν, ἀντιστατικὸν, ὑπλογικὸν, προηματικὸν, ἀπροδιώρισον, atq; id genus
alijs, quæ quomodo explicentur, nisi aut improprie, aut barbarè, aut lon
gis uerborum ambagibus, equidem non reperio: ut nihil dicam ea præce
pta artium quæ secutus est Vlpianus, ita abhorrere ab ea & Græcorum
& Latinorum doctrina, quos hodie in scholis pleriq; sequuntur, ut sepe
difficile sit diuinare quid sibi uelit. Hæc & huius generis alia incommoda
cum attentius perpenderem, parum abfuit quin totum Vlpianum dese
rerem, ipsius Demosthenis conuersione contentus. Sed quum aliorum
complurium editos in Demosthenem commentarios, qui sepe in hoc o
pere citantur: cuiusmodi sunt Apfinis, Genethlij, Aesculapij, Alexandri,
Diocori, Zenonis, Aspasijs, & aliorum, è quibus multa in Vlpianū trans
lata esse suspicor: et ipse Vlpianus quarta Philippica, τὰ δ' inquit, ἐν ῥύτοις
ἀσαφῆ παρασησοῦσι ῥοὶ ἔξηγηταὶ: & in oratione de foedere Alexandreo,
ὄνη ἔσι μ' ἀδύλον, inquit, ῥις φιλομαθῆσι μ, ἔξ ὧν ἀνεγνώκασι μ ὑπομνημάτων: eos
igit̄ omnes cōmentarios cum tēpus aboleuerit, & huic uni tam diu peper
cerit (etsi enim quis fuerit hic Vlpianus, quibus uel temporibus uixerit,
non constat, tamen eum ante aliquot secula uixisse probabile est) cogita
bam, in eo uel genium, uel utilitatis aliquid inesse oportere: atq; ipse, ut di
xi, memineram me ab eo admonitum, non pauca Demosthenis loca & in
tellexisse rectius, & diligentius peruestigasse. Quare non committen
dum arbitrabar, ut Græcarum literarum rudes ea utilitate penitus frau
darentur. In animo igitur erat, præteritis alijs quæ plus uerborum & ob
scuritatibus quàm eruditionis haberent, utilissima quæq; ex eo decerpta in
serere meis Annotationibus, quas in totum Demosthenem iam pridē in
stitui, & quarta ex parte propemodum absolui: absoluturus etiam cæte
ra, nisi fortunæ iniquitas certam ac tranquillam sedem, & necessarium ad
tan-

P R A E F A T I O.

tantum opus, propter quod plurimum Græci, tum Latini scriptores e-
uoluerunt, ocium negaret. Sed ab hoc instituto duæ me rationes de-
pulerunt: una, quòd iniuria fieri uidebatur Vlpiano, si eius opus iam an-
tè mutilum, magis etiam truncaretur. Quod enim ego in meis operibus
& cōuersioibus iniquissimo animo ferrem, & nemo ita lenis aut socors
est, quin sua scripta temerarijs aliorum manibus attrectari & compilari
ægrè patiatur: ab eo religiosè mihi abstinendum in aliorum etiam lucu-
brationibus arbitror. Altera, quòd quæ ego superuacanea censuissim, a-
lius fortasse cum primis opportuna sibi & commoda iudicasset. Quæ e-
nim capita, tot sententiæ, & suam quisq; opinionem putat esse optimam;
& quam paulo antè probauit, post ipse repudiat; ut mihi cum Luciano
exclamare subinde libeat,

Οὐδὲρ ἐν ἀνθρώποισι διακριδὸν ἔστι νόμιμα

Ἀλλ' ὁ σὺ θαυμάσεις, τοῦ δ' ἑτέροισι γίλωσ.

Et si enim illam Academicorum ἀκαταληξίαν non probo, infinitæ tamen
doctorum et sapientum, ut perhiberi se uolunt, cum ab alijs, tum à semet-
ipsis dissensiones, etiam cum nihil dāt ambitioni aut æmulationi, cum sim-
plicis ueritatis rationem habere se dicunt, me uehementer mouent, ut a-
gendum & pronuncians esse cautiùs existimem. Proinde ne studiosi
latini sermonis in hoc opere deteriore conditione essent, quàm græcis li-
teris eruditi, conuertendas etiam has Vlpiani enarrationes suscepi: non
alia re magis fretus, quàm candore & humanitate æqui lectoris, (quis e-
nim ijs difficultatibus, quas supra exposui, circumuento, ueniam non da-
ret, nisi à communi etiam sensu alienus?) & assiduitate diligentis, ac in do-
ctrinæ studijs, quibus me iniquum Saturni sidus exiguo cum fructu &
uoluptate alligauit, tolerantia molestiarum & laborum. Codicem igitur
græcum, ubi id mihi citra temeritatem, atq; adeò uere posse facere uide-
bar, partim uerbis Demosthenis, ad quæ tota explicatio referenda est, di-
ligenter inspectis, partim sagacibus coniecturis adhibitis, locis plus bis
mille correxi, necq; ferè pauciora incorrecta præterij, & suspecta atq; ob-
scura mihi omnia stellulis signaui. Et sic primæ difficultati mederi sum co-
natus. De ipso autem artificij oratorij & Vlpianicę doctrine genere, pro-
sua quisque persuasione uel probet, uel improbet, quod uidebitur: mo-
dò illud meminerit, eum usitatam suis temporibus rationem, quę multis
ingeniosis & eruditis hominibus placeret, secutū, obstitisse atq; inuidisse
nemini qui doctius aut explicatius aliquid afferre uellet in medium. Sed
hoc ad uerborum interpretem eatenus dūtaxat attinet, ut ne ocio (quo
certè minimè abundo) abusus esse uideatur: cætera ipsi auctori præstanda
sunt, siue is bene siue malè scripserit ac docuerit. Illud autem facere nō du-
bitaui, ut alicubi perpetuam Vlpiani orationē breuitatis, seruandę & mo-
lestiæ uitandę causa, sine ullo auctoris detrimento, interfecarem, & uer-
ba Demosthenis parentheses signo clauderem. Veluti cum Vlpia-
nus habet, ὅν δὲ τῶ, οὐχ' ἐνὶ δέδωκε τρώω, σοφίε ται ὀξήτωρ: ego sic feci,
Non uno modo dedit.) Hic captiosè agit orator. Alioqui si ὅν δὲ τῶ,
uoluissim exprimere, dicendum fuisset; In his autem uerbis, Non u-

P R A E F A T I O .

no modo dedit: captiose agit orator, quod neque dilucidius est, & prolixius, & tale, ut si paucis in uersibus saepius repetatur, fastidio lector rem enecare possit. Nemo igitur opinor hoc factum reprehendet, praesertim cum ita tractatus sit Vlpianus, ut ab enarrationibus ad annotationes, tanquam ab equis ad asinos, deuolutus uideri possit. In artis autem uocabulis, quoniam latinis partim prorsus carebam, partim non satis habebam propria, graeca ipsa reliqui: & tamen latinam interpretationem, non quam uolui, sed quam potui, quamque festinatio et mea & typographi passa est, adieci. Oporino enim, acerrimi iudicij uiro, certis de causis, quas ne ipse improbauit, non uisum est Vlpianum seorsim esse edendum: sed quoniam tam mature ad calcem peruenissem, interpretem cum autore suo coniungendum. Et quoniam breui mihi cum discipulis in Gallia erit abeundum (ea enim est Dominorum in me benignitas, ut illorum uoluntati, etiam cum magnis incommodis meis, refragari uerecunde non possum) atque in longinquo itinere & exteris nationibus homo uoletudinaris leui aliquo casu ita prosterni potest, ut nunquam resurgat: malui Vlpianum qualemcumque edere, quam tot labores omnino perire, quorum fortasse lectoribus etiam aliquis usus esse posset. Nam si spacium ac tempus detur, multa quae mihi quoque obscura nunc sunt, declarare posse uideo. Quod quia non negligentia mea, sed fortunae, me pilae instar huc atque illuc iactatis, culpa praetermissum est, uentam meretur. Et alioqui totum hoc opus uimino tale est, ut cum Ouidio dicendum sit,

Enueniam pro laude peto: laudatus abunde,

Non fastiditus si tibi lector ero.

De te autem, IOAN. IACOBE FVGGERE, uir praestantissime, humanitate tua fretus, mihi polliceor, te eadem benignitate hunc Vlpianum, uelut additamentum Demosthenis, & uitam eiusdem a Libanio, Suida, Plutarcho, Luciano descriptam, accepturum: qua Oratorum totius Graeciae principem, Latinum a me factum, in fidem & clientelam tuam accepisti. Quod si feceris, & me Deus aliquando a Gallijs incolumem reduxerit, & in certa ac tranquilla aliqua sede collocarit, operam dabo, ut Hermogenem, accuratum elocutionis Demosthenice interpretem, ita conuertam in latinum sermonem, ut possit intelligi: utque meis Annotationibus & Gnomologis ita illustratus prodeat Demosthenes, ut omnium cognitioni pateat is autor, a cuius utilissima lectione, ac iucundissima, nunc obscuritatis opinione plurimi deterrentur.

VITA



Demosthenes Atheniensis, filius Demosthenis & Cleobule, orator, e' Pæanienſi municipio, fuit, Hermippo autore, diligentior, quàm ingenioſior: & ut idem ait, ad uoluptatem propenſior. Vnde factum eſt, ut adoleſcens Battalus uocaretur, ut qui ueste muliebri sæpe eſſet uſus: uirili autem toga ſumpta, Argas, quod eſt ſerpentis genus. Animum ad eloquentiam appulit, cum Calliſtratū cauſam Oropiorum agentem ſpectaſſet. Fuit & Iſæi, diſcipuli Iſocratis, aſſiduus auditor. Uſus etiã eſt orationibus Zoſili Amphipoliæ, qui Athenis docebat: & Polycratidis, & Alcida mantis, Gorgiæ diſcipuli, atq; ipſius etiam Iſocratis. In eloquentiæ ſtudio ſodalem habuit Aelionem Athenienſem, & Theopompum Chium* philoſophum. Sedulo etiã Eubulidem dialecticum & Platonem audiuit. Obijt, cum propter Macedonem Antipatrum in Calauriam profugiſſet, in eade Neptuni, hauſto ueneno quod in annulo geſtabat, anno ætatis ſecundo & ſexageſimo.

ALITER, EX EODEM.

Demosthenes orator, uir fuit & prudentia in excogitando, & in ijs quæ excogitaſſet, eloquentia mirabili. Vnde ſua ætate ſummus orator eſt habitus, cum & obſcura coniecturis indagandi, & res cognitæ explicandi maxima ſolertia eſſet præditus. Ac ijs quidem temporibus, quibus habere conciones & rempublicam adminiſtrare cœpit, magiſtratus non admodum bene audiebant. Sed cum unus hic uir inter ſui temporis Athenienſes Macedonum tyrannis magna libertate plurimū eſſet aduerſatus, abſtinentiæ & integritatis laudem cōſecutus, neq; ab eis accepiſſe ulla muneræ uiſus eſt. Nam aliarum ciuitatum principes ea tempeſtate, priuati emolumentū quàm boni publici cupidiores, redempti pecuniæ largitionibus, quo rem ſuā, ut putabant, in præſentia ſtabilirent: ſui lucri cauſa publicam utilitatem negligere ſolebant. Quamobrem, Athenienſes illis etiam delictis, quorum poſt accuſatus eſt, ignouerunt: eiusq; ab exilio reuocati cōſilijs, omnibus in rebus uſi ſunt. Poſt, conſecutus eius præclarus obitus, effecit ut eos decretorum ſuorum nō obſcurè pœniteret. Certe non multo poſt, nunciato Demosthenis interitu, reſciderunt ea quæ metu Macedonum magis, quàm ex æquo & bono ſtatuert: & tum immunitatem natu maximo e' familia Demosthenica, tum ipſi æream in foro ſtatuam decreuerunt, his elegiacis uerſibus baſi eius ſubſcriptis:

*Si magni uires animos Demosthenis æquent,
Græcia non Macedum Marte ſubacta foret.*

ALITER, EX EODEM.

Demosthenes gladiatorum faber, Pæanienſis, Demosthenem oratorem filium habuit: cui pupillo tutores dati ſunt tres, Aphobus, Demophor., Therippides. Qui cum & ipſum & patrimonium eius negligere, ipſe Iſæo ſe eaudiendum tradidit. Fuit autem adeo induſtrius, ut domi ſe includeret, rafa parte capitis, ut neque prodiret in publicum, neque ad ſe quenquam accedere pateretur. Eruditus, curatores reos tutelæ peregit. Rhetoricam docere cum uellet, ab eo inſtituto reſciſit, propter calumniam de Moſchi filio, nobili adoleſcente, ſubortam. Poſt, orationes ſcribere aſſeſſus, cum ibi quoque crimini daretur, contrarias eum edere orationes Phormioni & Apollodoro, eo etiam ſtudio relicto, rempublicam capeſiſit. Quamquam autem balbus erat, & humerum indecore mouebat, & imbecilli auditu, & ſpiritu infirmo: hæc tamen incommoda correxit omnia exercitatione: actionem item & prononciationem eius, quæ præclara non erat, Andronicus excoluit. Functus eſt ædilitate, triremes inſtruxit, captiuos redemit, puellis elocandis adiumento fuit. In ædilitate autem à Midia uerberatus, ter mille drachmis, ut aiunt, placatus eſt. Cum Demeneto item conſobrino, quem uulneris inſlicti accuſarat, in gratiã redijt. Poſt Chabriæ ducis obitum, uxoris eius, * Cteſippi filiæ nuptias ambijt, & adeptus eſt. In gerenda republica Philippo eſt aduerſatus: qui cum Thebanos inuaderet, auctor fuit, ut ſocietas cum eis iniretur: quibus ad Cheroneam uictis, mille & quadraginta interfecti, bis mille capti ſunt. Habuit chariſſimam filiam: eam elatam luxit, ſeptimoq;

DEMOSTHENIS

moq; post eam calamitatem die, accepto nuncio Philippum à Pausania esse occisum: mutata ueste rem diuinam fecit. Aduersatus est etiam Philippi F. Alexandro. Cui quum Harpalus magna pecunia surrepta, ad Athenienses confugisset: Demosthenes, qui & ipse partem accepisse uidebatur, Træzenem in exilium profugit. Alexandro Babylone mortuo, in patriam reuocatus est: sed Antipater, suscepto Græciæ principatu, decem oratores sibi dedi, per legatos postulauit. Quos cum dedidissent Athenienses, Demosthenes in Calauriam fugit. Archias autem ab Antipatro contra eum missus, uicem auellit à Neptuni aede, quæ asylum erat. At hic ueneno, quod sub annuli pala habebat, exucto, mortuus est. Fuit alius Demosthenes Thrax, qui soluta oratione tum Homericam Iliadem, tum Hesiodi Theogoniam exposuit, & compendium Demageti Heracleotæ, & opus de Dithyrambopœis conscripsit.

LVCIANI LAUDATIO DEMOSTHENIS, HIERONYMO Vuolfio interprete.

Locus.
Tempus.
Poeta Physio-
gnomoniam.

Homero primi-
tiæ uersuum
oblata.

Vota Homero
facta.

Victor.
Certator.

Homerus.
Demosthenes.

Afflatus Poeti-
cus, Oratorius.

Demosthenes
Homerum amu-
latus.

Ornamenta.

IVxta porticum istam, quæ ad læuam est, hinc egressis, eunti mihi xvii. Cal. Ianuaris, paulo ante meridiem, Theragoras sit obuiam. Fortasse uestrum quidam cum norunt: paruus est, adunco naso, subalbus, uirilii natura. Conspicatus igitur cum adhuc accedentem, Theragoras, inquit, poeta est: quò, & unde? T. Domo, inquit, huc. L. Vtrum, inquit, deambulaturus? T. Propemodum, inquit, & ista re mihi est opus. Nam in tempesta nocte surrexi, & natali Homeri poeticae primitias offerendas esse censeui. L. Rectè, inquam, facis, qui uelut alumnus, institutionis ei præmium soluas. T. Inde igitur, inquit, auspicatus, non animaduerti me ad hoc meridiæ tempus euectum esse. Vt igitur, inquit, dixi, etiã deambulatione mihi est opus: sed multo prius tamen, inquit, salutare istum necesse habeo: Homero manu demonstrato. (nostis nimirum eum qui ad dextram stat in fano Ptolemæorum, illum promisso capillo.) Eum igitur, inquit, salutatum uenio, & precatum, ut uersuum mihi copiã impertiãt. L. At, inquit, si res precibus confici possent, iam pridem & ego fortasse Demosthenem appellassem, ut mihi ad natalis sui celebrandum adiuumento esset. Si uota igitur nos adiuuaret, precari uellẽ unã tecum. Communis enim esset utriusq; comoditas. T. Equidem, inquit, quos uersus & noctu & interdium feci, eos Homeri beneuolentiæ acceptos fero. Diuino enim quodã impetu sui more uatum ad poesim concitatus. Sed iudiciũ erit tuum. Nam de industria pugillares hostuli mecum, an forte in sodalium aliquem ociosum inciderẽ. Ac tu sanè opportunè uideris uacare. L. Tu uerò, inquit, beatus es, & longi cursus uictori similis, qui iam abluto puluere, spectaculi uoluptate fruitor, & cum pugile fabulari instituit, cui iam iam sit in arenam descendendum. Verum ad carceres, dicat ille, nec tu fabulatus es. Quare tu quoq; mihi, qui uiceris longum illum cursum uersuum, insultare uideris, stadij fortunam uehementer perhorrescenti. T. Tum ridens ille, Quasi uerò, inquit, ardui quiddam susceperis. L. Fortassis, inquam, tibi Demosthenes postferendus Homero uidetur: actu quidem, qui Homerum laudaris, superbis: mihi uerò Demosthenes parui, ac nihil potius est faciendus. T. Calumniaris, inquit. Nunquam enim ego heroes illos (et si magis ad Homerum animo propendeam) in cõtentionem adduxerim. L. Rectè sanè, inquam. Me uerò non censes ad Demosthenem? Verum, quãdoquidem orationis argumentum non contemnis, apparet te in poetica sola esse difficultatem & operæ precium arbitrari: Oratorium autem dicendi genus planè despice re, instar equitis pedites præteruectis. T. Absit, inquit, ut ita furam, quanquã poeticae fores aduentibus magno furore est opus. L. Etiam ijs, inquam, qui solutam scribunt orationem, diuino quodam afflatu est opus, nisi humiles uideri & socordes uelint. T. Equidem scio, inquit, sodalis: & sepe mihi iucundum est, cum aliorum scripta, tum Demosthenis, cum Homero conferre: uehementiam dico, & acerbitatẽ, & diuinitatem: & illud, Vinose, cum Philippi perpotationibus, & saltationibus, et petulãtia. * Illud autem, Augurium non est melius, cum hoc, Decet igitur fortes uiros spe bona subnixos. Item illud, Heu quantos edas gemitus fortissime Peleus: cum hoc, Quantopere suspiraturi sint uiri illi qui pro gloria & libertate occubuerunt. Comparo etiam torrentem illum Pythonis, cum niuibus Vlyssæe facundie. Et illud, Quod si nos neq; mors neque curua senectã domaret: cum illo, Vita enim mortalium omnium, tamen te certe conclusum tueri studeas, morte finitur, In finitis denique in locis illorum sententiæ

confen-

Delect
ad in
rotunc
mili uisus
Dem
Achæos Achæ
quas, eo qui
Sape ma
ut pe
conuentione
esse u
ignit tuã
H
Demosthenis la
nullum firm
Nam cetera
constaret,
Colophonẽ, au
patre
aut nym
lonicum
Quintia
paupertatis,
relin
sapi
inquit,
duntaxat,
splend
Athene
Athe
habitat
colonia, &
Demost
laud
patri
Ac po
propter pr
maior. Q
Pindari uer
chico. Qu
calamitas, sed gl
institutio,
laudes cog
disciplina ma
quæ igna
Callistrato
quam autem in
subiectum
propter tuto
cum detinuit
ducebat,
cuius dan
adolefcentum
quodam cathena

consentiunt. Delector etiam, cum perturbationes, & affectiones, & dictionis tro-
 pos, & fastidium adimentes mutationes, & à digressionibus relictus, & tempestiuā
 similitudinum rotunditatem, & eius ingenium ubiq; Barbaris infestum considero.
 Ac saepe mihi uisus est (neque enim dissimulabo ueritatem) decentius Atticam so-
 cordiam taxare Demosthenes, cuius summa in dicendo libertas esse dicitur, quā
 is qui Achaeos Achæas nominat: & solidiore contentione spiritus Græcas absolue-
 re tragædias, eo qui in acerrimo conflictu colloquia comminiscitur, & fabulis impe-
 tum dissipat. Saepe me etiam & mensuræ membrorum, & numeri, & circumscriptio-
 nes sic afficiunt, ut poetica suauitate frui mihi uidear. quemadmodum nec Home-
 ro desunt contentiones, aut comparata, aut figuræ asperitatis aut puritatis. sed natura
 sic comparatum esse uidetur, ut harum facultatum ornamenta inter se implicentur.
 Quo pacto igitur tuā Calliopen aspernerer, quam talem esse intelligam? Sed tamē
 meum hoc institutū Homeri celebrandi, duplo plus requirere laboris statuo, quā
 tuam Demosthenis laudationem. Neq; iam de uersibus loquor, sed de ipso argumen-
 to, quod nullum firmum laudationis meæ fundamentum suppeditat, præter ipsam
 poeticam. Nam cætera plerq; incerta sunt, patria, & tempus, & genus. Nam si quid
 his de rebus constaret, non esset anceps lis inter mortales, qui patriam ei tribuunt Io-
 nicam Colophonē, aut Cumam, aut Chium, aut Smyrnam, aut Thebas Aegyptias,
 aut alias infinitas: patrem autem Mæonem Lydum, aut fluuium: & matrem Mela-
 nopen dicunt, aut nympham Dryadem, ob humani generis penuriam. Tempus uel
 heroicum, uel Ionicum: adeo ut etiam quæ fuerit eius ad ætatem Hesiodi ratio, non
 certò constet. Quinetiam nomen Melesigenis, huic usitato anteponūt, quod siue ob
 fortunam paupertatis, siue ob cladem oculorum acceperit. Sed præstat fortasse hæc
 incerta, ita ut sunt, relinquere. In angustijs igitur uersatur mea laudatio, ociosam poe-
 sim celebratura, & sapientiam, quæ per coniecturas è uersibus indagatur, collectu-
 ra. Tuū autem, inquit, ad manum est, expeditum & planum, in rebus definitis et no-
 tis, à te uerba duntaxat, ueluti paratum obsonium, condimēta postulans. Quid enim
 nisi magnum & splendidū, quid nisi celebre fortuna Demostheni largita est? Non
 ne patria sunt Athenæ illæ felices & decantatae, & Græciæ munimentum? Quod si
 ego nactus essem Athenas, pro poetica licentia inferuissem amores deorum, & cau-
 sædictiones, & habitationes, & munera, & Eleusinem. Iam leges & celebritates, &
 Piræus, & coloniæ, & triumphus terra mariq; parti, quæ nemo est qui dicendo æqua-
 re possit, ut ait Demosthenes, copiam mihi prorsus inexhaustam suppeditassent.
 Neq; uerò uiderer laudationem distorquere, cum receptū in hoc genere sit, eos qui
 laudantur augere patriæ ornamentis. Isocrates autem additamenti uice Theseū He-
 lenæ interpoluit. Ac poetarum quidem natio libera est: tu autem uerberis, ne pro-
 uerbij iocus propter prolixitatem immodicam in te locum inueniat, & accessio fac-
 co dicatur esse maior. Quod si Athenas omittas, succedit orationi pater trierarchus,
 aureum, ut Pindari uerbis utar, fundamentum. Neq; enim census Athenis fuit splen-
 didior trierarchico. Qui si Demosthene admodum puero decessit, non ea est existi-
 manda calamitas, sed gloriæ argumentum, ingenij præstantiam reagentis. Homeri
 quidem neq; institutio, neq; exercitatio ab historicis memoriæ prodita est: sed statim
 eas attingere laudes cogimur, quas ipse fabricauit, cum neq; educatio, neq; medita-
 tio, neque disciplina materiā ullam suppeditet: neq; etiam ad Hesiodiam laurū con-
 fugere liceat, quæ ignauis etiam pastoribus carmina inspirat. Hic autem copiam tibi
 suppeditat Callistratus, & illustris est catalogus, Alcidas, Isocrates, Isæus, Eubu-
 lides. Quum autem infinitæ Athenis uoluptates, eos etiam qui paternarum legum
 necessitatibus subijciuntur, attrahant, & procliuus sit adolescentum ætas ad libidinē,
 eiq; liceret, propter tutorum negligentiam indulgere genio: philosophiæ & ciuilibus uir-
 tutis amor eum detinuit, qui non ad Phrynæ, sed ad Aristotelis & Theophrasti, &
 Platonis fores ducebat. Atq; hic, uir optime, disputare licebit, duas esse amorū uias:
 alteram marini cuiusdam amoris, præcipitem & agrestem, ueneris plebeiæ fluctum,
 æstuantem adolescentum cupiditates, rem ultrò mari enatam: alteram cœlestis, quæ
 aurea quadum cathena trahit, quæ non igni & arcu incurabiles uulnerum morbos

β ingerit,

Reprehensio so-
cordiæ.

Colloquia hos-
tium.

Poeta oratori
multis ornâdi ge-
neribus socius, ac
penè par.

Homericæ lau-
dationis difficul-
tas.

Homeri patria.

Pater.
Mater.
Tempus.

Nomen.

Demosthenicæ
laudationis uber-
tas.

Athenæ.

Poetica licentia

Pater Demosthe-
nis.

Magistri.

Geminæ amorū
uia.

*inuis amoris nil
la est uia.* ingerit, sed ad ipsius pulchritudinis impollutā & purā formā rapit, sobrio furore ani-
morū, qui loui sunt uicini, & diuino, ut ait tragicus, semine pcreati. Amori igit per-
uia sunt omnia, rasura, spelūca, speculū, ensis, linguę distinctio, actionis grādi iā eta-
te excultio, memorię exercitatio, tumultus contēptio, noctiū cū laboriolis dieb. cō-
tinuatio. Quibus reb. quis ignorat, inquit, qualis in eloquētia tibi Demosthenes eua-
ferit: qui quidē sentētijs & uerbis cōdenset orationē, et affectib. interponēdis proba-
bilitatē accuratē cōsecrēt: magnitudine splēdidus, spiritu uehemens, cōtinentia uer-
borū & sententiarū modestissimus, figurarū mutatione maximē uariū. Solus certē
quidē oratorū uiuā (ut Leosthenes dicere ausus fuit) nō malleo fabrefactā exhibuit
orationē. Non enim, quod Calisthenes de Aeschilo, quodā loco dicit, cum in uino
scribere tragedias, animo cōcitato & efferuescente: nō sic inquā Demosthenes per
ebrietatē cōponebat orationes, sed aquā potās. Vnde et Demadē ferūt in eius aque
potationē lusisse: alios ad aquā dicere, sed Demosthenē scribere ad aquā. Pytheg ue-
rō, Demosthenicarū orationū plausus nocturnā redolere lucernā uidebat. Et hic qui
dē, inquit, orationis locus cū argumēto meo tibi cōmunis est. Non minorē enim ora-
tionis ubertatē etiā Homeri poësis mihi suppeditat. Verūm si ad humanitatis officia
& munificentia, et gestæ reipub. totius splendorē trāseris: Ac is quidē pergebat tan-
quam adiecturus cætera: L. Ego uerō cum risu, Nunquid, inquā, in animo est more
balneatoris haurire aquā, & aures meas reliqua oratione perfundere? T. Mehercu-
le, inquit, cōmemorabo etiā publicas epulas, & ædilitates uolūtarias, & trierarchias,
& mœnia, et fossam, & redemptiones captiuorū, & uirginū elocationes, optimā de-
gendæ in republica uitæ rationem, & legationes, & legum constitutiones. Postquā
igit magnitudo gestarū rerum incidit, ridere mihi subit eū qui supercilia cōtrahat, et
uereat, ne sibi ad prædicanda facta Demosthenis uerba desint. L. Fortasse, inquā,
bone uir, existimas meas solius eorū qui in eloquentiā studijs etatē consumperunt,
aures, actis Demosthenis nō personuisse? T. Siquidē, inquit, in oratione subsidijs
aliquibus, ut tu ais, indigemus: nisi fortē contrariū tibi accidit, ut ceu fulgore quodā
collucente, nō possis in illustri gloria Demosthenis oculos defigere. Nā simile quip-
piā in Homero principiō mihi usu uenit: certē parū abfuit quin abijcerē animum, &
de illo argumēto mihi ne cogitandū quidem existimarē. Post, nescio quomodo me
collegi, ac mihi uideor paulatim assuescere cōtrā intueri, ne auertendis tanquā à sole
oculis, nothus in Homeridarū genere deprehendar. Tibi aut, mea quidē opinione,
hoc etiā multo quā mih i uidetur esse facilius. Cū enim Homeri gloria, una poetice
facultatis tanquā ancora nitat, eam uniuersam cōfertim apprehendere necesse fuit.
Tu uerō si tuum animū semel ad totū Demosthenē conuerteris, uehementer æstua-
bis huc illuc oberrādo uerbis, nec habebis quod nam primū apprehēdas: id quod
gulosis in Syracusis mensis accidit, aut audiēdi spectandiq; auidis, qui ubi in pluri-
mas auditionū spectaculorūq; uoluptates inciderint, ignorāt ad quam sese cōferāt,
animo subinde alternantes. Arbitror igit te quoq; huc illuc saltitare, nō habentē ubi
inlitas, cū undiq; te attrahant, ingeniū magnificū, ardens impetus, uita modesta,
eloquentiæ uis, actionū constantia, largitionū multarū & magnarū contemptio, iu-
sticia, humanitas, fides, magnitudo animi, prudentia, singulæ, quæ multæ magnæq;
sunt, actiones. Fortassis igit cū uides hinc decreta, legationes, cōciones, leges: inde
classes, Eubœā, Megara, Bœotiā, Chium, Rhodum, Hellepontum, Byzaniū: nō
habes quō inclines animo, ipsa te copia rerum huc illuc rapiente. Quemadmodum
igitur Pindarus, cum animo multa complecteretur, hoc ferē modo dubitauit:

*Ismenum ne, an splendidam Meliam,
An Cadmum, an Spartorum sacrum genus,
An cæruleam Thebam,
An imperterritum robur Herculis,
An Bacchi letum honorem,
An nuptias candidæ Harmoniæ celebrabimus?*

*Eloquētia Peri-
clea.* ne an uita, eloquentia an eruditio, administratio reip. an mors uiri sit celebrāda? Sed
haudquaē, inquit, difficile est, effugere errorē, nam quodcunq; unū apprehenderis,
uel elo-

eloquentiam fo-
llopos. Nam de
prohem accepit
durable nil
De
Quod si ad ani-
quam cōp
oratio
sed ex
conscire, i
Acne dijs q
parē cor
D
Nam uniuersē
cōmem
præstan
sermoni tu
inquit,
proueē
crede m
remediū
deinde inft
primus ad fi
seculis
T. Ho
etiam rati
dem C
ostentāter
nones, nihil defi
est prop
triti
Quale inquit
esse d
equum. Vt ue
ita iussisse
uereceret
inquam, he
annis, ac
transmuta
inquam
Nam cum omni
obinopiam afc
etiam Proteum te
lit. L. Non
miffa. Fortassis e
laborum cur
dimas: ac eg
tanquam
palculationis r
mih habea
intellexim? Q
comment
mih con
autem cū

uel eloquentiam solam, in eam confer orationem. Ac Periclea quidem illa cōtentus esse potes. Nam de illius quidem fulguribus & tonitruis, et Suadele stimulo quodā, opinionem accepimus. sed quia eam ipsam non uidemus, ex eo constat, illam ultra speciem durable nihil habuisse, quæ temporis cotem & iudicium sustinere non ualuerit. At oratio Demosthenis. Sed tibi hoc explicandum relinquo, si huc te conuerteris. Quod si ad animi uirtutes, aut res ab eo gestas aggressus fueris, præclarū tibi fuerit unā quamcūq; tādē refecare disputationē: sin lautius uoles, binas ternas ue deligere, ad iustū orationis argumentū. Magnus enim in omnibus est splendor, si quidē non uniuersē, sed ex parte laudabimus. Moris enim Homerici est, Heroū laudes ex partibus conficere, pedibus, aut capite, aut capillo: iam etiā ex gestaminibus, aut clypeis. Ac ne dijs quidem & deabus turpe fuit, à poetis ob colū, aut arcum, aut ægidē, nedū partē corporis, aut animi, celebrari. Beneficia uerò simul ne referri quidē possunt. Itaq; nec Demosthenes queretur, si unum aliquod suum bonū seorsim laudetur. Nam uniuersē ne ipse quidem ad se laudandum satis uiriū haberet. Hæc cum Therfagoras cōmemorasset. L. Arbitror te, inquam, unū ostentare mihi uolentē, te nō tantum præstantem poetam esse, Demosthenem tanquam mercis alicuius accessionem sermoni tuo inferuisse, ac pedestrē orationē cum uersibus cōiunxisse. T. Tibi quidem, inquit, dum ostendere conor quā res sit facilis, ad percurrendā hanc orationē sum prouectus, an laxata sollicitudinē, te nobis auditorē præberes. L. Nihil igitur, inquā, crede mihi, promouisti. sed uide, ne retro cesseris etiā. T. Bellū uerò, inquit, istuc remedium fuerit. L. Tu enim inquam, ignoras opinor præsentem difficultatem. deinde instar medici, qui ægroti malū ignorat, aliud curas. lis quidem quæ eum qui primus ad hanc orationem accederet, turbarint, mederi es aggressus, quæ multis abhinc seculis sunt absumpta. Quare huius difficultatis obsoleta medicamenta iam attulisti. T. Hoc igitur, inquit, esto tibi remediū: Debet profectō ut uia tritisima, sic ista etiā ratio, tutissima esse. L. Ego contrariam, inquam, institui, quā aiunt Anniceridem Cyrenæum habuisse studio apud Platonem & sodales, aurigandi peritiam ostentātem, qui multos circum Academiam agitauit cursus in orbita eadem omnes, nihil deflexus, ut unius cursus in terra uestigia relinquerentur. Sed contrarium mihi est propositum, orbitas declinare. Neque uerò facile esse arbitror, nouam moliri uiam, tritas auersantem. T. At Passonis, inquit, factum illud est callidum. L. Quale inquā? non enim audiui. T. Passoni pictori aiunt equum se uoluntantem locatum esse depingēdum: eum uerò pinxisse currentem, & multum pulueris circa equum. Ut uerò pingenti interuenisset is qui locarat, exostulasse cum eo: se enim non ita iussisse. Passonem igitur iussisse puerum, ut superiorem tabulæ partem deorsum uerteret: ita esse factum, ut equus uice uersa iacens uolutari uideretur. L. Suauis, inquam, homo es Therfagora, si unam me conuersionem machinatum esse putas tot annis, ac non potius omnes conuersiones & ambages expertum, inuertendo & transmutando, ac uereri, ne tandem idem quod Proteo mihi eueniat. T. Quid istuc inquam? L. Id quod ei accidit, humanæ figuræ dissimulationem molienti. Nam cum omnes formas bestiarum, plantarum, & elementorum consumplisset, ob inopiam asciticæ formæ, rursus Proteum esse factum dicunt. T. Tu, inquit, etiā Proteum tergiuersando studes uincere, dum id efficias, ne tibi me audire necesse sit. L. Non ita est, inquam, ô bone. Præbebo enim tibi aures, urgente cura omiffa. Fortassis enim, ubi tui partus sollicitudinem ex parte deposueris, meorum etiā laborum curam aliquam suscipies. Quod cum probasset, in uicina crepidine consedimus: ac ego quidem auscultabam, is uerò egregia poemata recitabat. Interim uerò tanquam diuino afflatu percitus, complicatis pugillaribus. T. Cape, inquit, auscultationis mercedem, sicut Athenis concionalem, aut iudiciale. sed fac gratiam mihi habeas. L. Gratiam, inquam, habebō tibi, priusquam quid dicturus sis, intellexerim? Quid uerò est quod dicis? T. In Macedonicos, inquit, regie domus incidi commentarios, quibus eo tempore cum supra modum delectarer, eos magno studio mihi comparauit: & nunc in mentem mihi uenit, eos domi me habere. Continent autem cū alia Antipatri domestica facta, tum de Demosthene non

Noua laudandi ratio difficilior.

Anniceridis aurigatio.

Passonis equus.

Protei metamorphosis.

Macedonici regie domus commentarij.

nulla: quæ te audire, fore puto opere precium. L. Enimvero, inquã, de læto isto nuncio, hanc tibi refero gratiã, ut cæteros etiã uersus audire uelim. Equidem te nõ prius missum faciã, q̃ promissa tua ad rem cõferantur. Tu uerò & splēdidò me natali Homeri die cõuiuio excepisti, & uideris in Demosthenico facturus idē. Vt igitur è tabula cætera recitarat, paulisper morati, quantũ satis esset ad meritas poemati laudes tribuēdas, domũ Thersagoræ petijmus: ac uix ille quidē, sed inuenit tamē libellũ. q̃ ego accepto tũ, discedebã: lecto q̃ sic fui affectus, ut nulla re mutata, iisdē uerbis uobis uelim recitare. Neq̃ enim minus honoris habetur Aesculapio, si, qui supplicatũ ueniũt, nulla ipsi cantica fecerint, sed ab Alifodemo Trœzenio & Sophocle facta recitarint. Ac Baccho nouã facere poemati comœdię tragœdię ue, est desitũ: sed ab alijs cõposita, ijs à quib. nunc per tẽpus afferuntur, nõ minus gratiã cõciliant, ob opinionem de cultu numinis. Is igitur libellus (hoc est, ea cõmentariorũ pars, quæ ad nos attinet) actione constat. In eo igitur scribitur, indicatũ esse Antipatro, adesse Archiã. Archiã autē (si quis id fortasse iuniorũ ignorat) id munus erat datũ, ut exules cõprehenderet: & mandatũ, ut Demosthenem à Calauria pelliceret magis, quã cogeret uenire ad Antipatrũ. Ac Antipater quidē in eam spem erectus erat, ut subinde aduentum Demosthenis expectaret. Vt eum igitur è Calauria redire audiit, statim iussit intrò uocari. Postquã uerò ingressus est, quid acciderit, ipse libellus explicabit.

Archias è γυρα
ἀδελφός.

* Videntur hic
uerba nonnulla,
q̃ paulo post
uersus cõplures
desse.
Philippi elogium
de Demosthene.

A R. Saluus sis Antipater. A N. Quid ni uerò saluus ero, si Demosthenē adduxisti? A R. Adduxi, ut potui. urnam enim assero reliquiarũ Demosthenis. A N. Spem meam frustratus es, ô Archia. Quorsum enim ossa & urna, quæ Demosthenē non habet? A R. Nam eius animus uir retineri nõ potuit, ô rex. A N. Nõ* Bœotię, & si hinc à me aliquid accepissetis? A R. Nos uerò mœnia Byzantiorũ cæperimus facilius, q̃ Demosthenē auro. Ego uerò, ô Parmenio, inquit, si quis Atheniēsis ciuis, cum Athenis uerba facit, me patrię antepōnit, ei ego pecuniã numero, sed amicitia mea non dignor. Si quis autē me pro patria odit, eum oppugno equidē ut arcē, et castellũ & naualia & fossas: sed idem admiror ob uirtutē, & urbē de possessione illa beatã iudico. Ac illos, cum eis non amplius est opus, summa cum uoluptate in crucem agerē: hunc autē longē malim hinc apud nos esse potius, quã Illiriũ equitatũ, & Triballorũ, & omnes conducticios exercitus. Armorũ enim uolētia uim orationis & animi grauitatē nequaquã posteriorē duco. Ad Parmenionem igitur hęc, sed eodem ferē modo ad me quoq̃ aliquando uerba fecit. Nam quũ Diopithis exercitus Athenis missus esset, ego eram sollicitus. Ipse uerò suauiter admodum ridens: Tu uerò nobis Atticum ducem aut militem metuis? Triremes sanē & Piræus & naualia, nuge mihi ac fabulã uidētur. Quid uerò facerent homines Bacchanalia celebrãtes, & uiscerationibus & choris inhiantes, atq̃ inde uictitantes? At nisi unus Demosthenes inter Athenienses esset natus, urbe facilius potiti essemus, quã Thebis & Thessalia decipiēdo, cogendo, anteuertendo, largiēdo. Nunc unus is uigilat, & omnes occasiones urget, & nostros conatus affectatur, & artibus nostris fortiter se opponit. Latemus autem eum, neq̃ cum fraudem struimus, neq̃ cum aggredimur aliquid, neq̃ cum deliberamus: deniq̃ is homo nobis obstaculum quoddam est, & cautes, ne omnia primo impetu capiamus. Nam quantũ in eo quidem fuit, nec Amphipolim cæpissimus, nec Olynthum, nec Phocenses: non Pylum haberemus, non Cherronesum, non Hellepontĩ oram in potestatem redegissimus. Sed expergeficit inuitos tanquam mandragora sopitos ciues suos, ueluti sectione aut ustione scordia libertate dicendi utens, ac parum admodum dans gratiã. Transfert autē & pecuniã commeatus à spectaculis in castra, & classē constituit legibus trierarhichis, ob confusionē tantum nõ funditus deletã. Excitat abiectã hoc tẽporis ad drachmam & triobolũ urbis dignitatem, ciues olim inclinatos ad maiores reducit, & ad æmulationē rerum, in Marathone & ad Salaminem gestarũ, cõiungit eos ad societas & contributiones Græcorum. Hunc latere non licet, non decipere: sed corrumpere largitionib. nihilo magis, q̃ Aristidē illũ rex Persarũ corruptit. Hic igitur, Antipater, magis metuendus est, q̃ omnes triremes, & omnes classes. Qui em̃ olim Atheniensib. Themistocles fuit, & Pericles, cũ ijs nunc Demosth. æquali spacio decurrit: Them-

Themistocli prudentia, Pericli magnitudine animi par. Hoc igitur effectit, ut eis auiscularet Eubœa, Megara, ora Helleſpōtia, Bœotia. Et recte sanè, inquit, faciūt Athenienſes, qui Charetē & Diopithē & Proxenū, & eius generis alios quosdā duces creent, Demosthenē autē domi in suggesto cōtineant. Quòd si huius hominis fidei arma & naues & exercitus & occasiones & pecunias credidissent, uereor ne de ipsa Macedonia mihi disputandū esset, cū nunc per decreta nobiscū cōtendens, quocunq; nos affectetur, anteuertat, cōmeatus excogitet, copias colligat. Quid uerò? non uiuentē deprehēdistis? A R. Deprehēdimus. A N. Quid igitur in itinere obiit? A R. Non: sed quo in loco fuit, in Calauria. A N. Fortasse negligētia uestra in causa est, qui hominē nō curaueritis? A R. At nec in nostra potestate fuit. A N. Quid ais? ambages quasdā narras, ô Archia: cum uiuū cœperitis, nō habuistis? A R. Nōn ne uerò iusseras, ei primū nō afferre uim? quanq; nihilo plus pmouissemus etiā ui allata, id qd facturi fuimus. A N. Ne in eo quidē rectē fecistis, q; facturi fuistis. Fortassis igitur uiolētia uestra periit. A R. Nos quidē eū nō occidimus, sed uim ei afferre, cū per suadere nō possemus, necesse habuimus. Tibi uerò, quid, ô rex, cōmodi accessisset, etiam si uiuus huc peruenisset? Omnino certè nō aliud q; eum occidisses. A N. Bona uerba, ô Archia. Nō intellexisse mihi uideris neq; q; Demosthenes fuerit, neq; meā sententiā: sed existimare, nō aliud esse Demosthenē inuenisse, q; istos indagare homines qui male perierūt, Himeraū Phalereū, & Marathonīū Aristonicū, & Pirēsem illū Eucratē, à torrentib; nihil differētes, homines humiles occasione subitorū tumultuum elatos, & ad paruā perturbationis spē audacter cōcitatos, deinde paulo pōst timore percussos, instar uespertinorū uentorū: & perfidū Hyperidē, & amicitia uiolatorē, assentatorē publicū, qui sibi turpe nō esse duxit, ad captandā aurā popularē, calūniari Demosthenē, & in ijs reb; suā locare operā, quarū eos ipsos pœnituit, quib; gratificabat. Non multo certè post eam calumniā, splēdidius eum q; Alcibiadē reuocatū esse accepimus. Iste uerò non uerebat, nec erubescēbat in summos olim amicos lingua uti, quæ utiq; illi execanda fuit propter uacordā atq; ingratū animū. A R. Quid uerò? Nōn ne omniū inimicorū nobis Demosthenes est inimicissimus? A N. Non si cui fides & integritas curæ est: si quis omne fraudis expers & cōstans ingenium, sibi amicū ducit. Honeſta enim etiā apud hostes honesta sunt, & natura uirtutis ubiuis est magnificēda. neq; sum ego Xerxe deterior, qui Bulidē & Sperchidem Lacedæmonios admiratus est, & cū occidere liceret, dimisit. Sed si quem omniū, Demosthenē certè, & ipse, bis Athenis (quanquā nō satis uacabat) cū eo congressus, & ex alijs percōtatus: ob ipsam reip. administrationē admiratus sum, nō ut aliquis existimet, ob eloquētiā facultatē, et si nihil ad eum erat Python: & alijs Attici oratores, ludus & iocus, si cū huius plausu & contētiōne, & uerborū concinnitate, et sentētiarum circumscriptionibus, & frequētiōne demonstrationū, & cōciliandi percellendiq; rationib; conferrent. Pœnituit sanè nos cōuocasse Græcos Athenas, quòd cōiūcturi essemus Athenienses, Pythone & Pythonis pollicitationibus freti, & pōst à Demosthene ac Demosthenis argumētis oppressi. Nobis aut nullus patebat aditus ad eius eloquentiā uim. Ego uerò secundo eam loco numerabā, instrumēti uice: sed ipsum Demosthenē supra modū admirabar, ob et animi et ingenij magnitudinē, qui pectus immotū & erectū in omnib; fortunæ decumanis fluctibus retineret, nullisq; terrorib; à proposito dimoueret. Ac Philippū in eadē fuisse mecū de hoc uiro sententiā meminī. Nam is cū aliquādo cōcio Athenis huc nunciata esset, qua Philippus perstringebat, & Parmenion indignaret, atq; etiā dicteriū quoddā in Demosthenē adiecisset: ô Parmenion, inquit, equū est Demostheni dicēdi libertatē dari. Solus etenim è Græciā gubernatorib; nusquam inscriptus est tabulis expensū nostris. Verū malim me ei fidē habuisse, q; scribis triemiū. Nunc eorū quemq; inscriptū est, aurū, ligna, redditus, pecudes, agros accepisse. At hic longas classes mittit, cōstruit copias, contra nos insurgit. Talia & tum & sepe ad me Philippus de uiro dicebat: & in quadam suæ felicitatis parte numerabat, quòd Demosthenes non esset imperator. cuius etiā orationib; Athenis erumpentib; tanquā arietib; aut catapultis sua quassarent & psternerent cōsilia. Nā de pugna ad Cheroneā, ne post uictoriā quidē ad nos dicere

Demosthenes
cur uiuus nō ad-
ductus.

Antipatri ani-
mus in Demo-
sthenem.

Himeraus.
Aristonicus.
Eucrates.
Hyperides.

Virtus etiam in
hoste diligitur.

Xerxes.
Bulis.
Sperchidis.

Eloquentia.

Animi & ingenij
magnitudo.
Testimonia Phi-
lippi.

Abſtinentia.

Inſtructiones.

Pugna ad Chæ-
roneam.

desistebat: in quantum nos periculum homo coniecit? Et si enim, præter spem & ignavia ducum, & militum confusione, & admirabili fortunæ nutu, quæ multis in rebus conficiendis sæpe nobis adiumento fuit, uicimus: uno tamen certè quidem hoc die me in periculum & imperij & uitæ amittendæ coniecit, præstantissimis urbibus conuocatis, & omni Græciæ potentia congregata: atq; Atheniensibus simul & Thebanis, cæterisque Bœotis, & Corinthijs, Eubœensibus, & Megarensibus, & Græciæ præstantissimis uiris adire periculum coactis, me in Atticam penetrare passus nō est. Tales is de Demosthene continenter habebat orationes, et ad eos qui dicebant eum habere grauē aduersarium, populū Atheniensem: Mihi uerò, inquit, aduersarius est Demosthenes. Athenienses autem sine Demosthene, sunt Aenianes & Thessali. Et cum legatos ad urbes mittebat, si respub. Atheniensium cæterorum oratorum aliquos miserat, legationem facillimè uincebat. At si Demosthenes, inquit, interuenisset, frustra legatos misissemus. Neq; enim de Demosthenis eloquētia trophæū erigi potest. Hæc Philippus. Nos uerò, omnino deteriore conditione essemus, si talem uirū cæpissemus. Per deos, Archia, quid censes? Nunquid ut bouē ad macellū duceremus, an potius eius consilij de statu Græciæ, ac totius imperij uteremur? Eum enim cū natura cōplectebat propter ipsam reip. gerendę rationē, tum uerò multo magis propter Aristot. testimoniū. Nā is quidē & ad Alexandrū, & ad nos subinde dicere nunquā desistebat: cū tanta esset multitudo eorum qui sua institutiōe usi essent, se neminē unquā ita esse admiratū, tū ob ingenij magnitudinē, tū ob exercitationis cōtinentiā, et grauitatē, & celeritatē, & libertatē oratiōis, & tolerantiam. Vos uerò, inquit, putatis eū Eubuli & Phrynonis & Philocratis esse similit, & muneribus eum quoq; studetis allicere, hominē qui & patrimoniū in Athenienses, cū priuatim eos qui eius opē implorarunt, tum publicē in repub. cōtulit? Quod si nō successerit, putatis uos ei terrorem incussuros, cui iam olim deliberatū est, caput obijcere incertis patrię fortunis? Et indignamini cum uestra facta reprehēdit? Is uerò neq; Atheniensem populum reformidat. An ignoratis, inquit, eum ob beneuolentiā erga patriā uersari in repub. sibi uerò administrationē reipub. philosophię exercitacionē proposuisse? Huiusmodi de causis, ô Archia, perquam uoluissim ex eius congressibus audire, tum quid de statu rerū præsentium sentiret: tum relictis, qui se quouis tēpore nobis ingesserunt, adulatoribus, simplicē aliquā ex ingenuo animo audire orationē, & consilij ueritatē spectantis fieri particeps. Atq; etiā eum admonere esset æquū, quā pro ingratissimis Atheniensibus omnē suam uitam in discrimē & pericula cōiecisset, cum licuisset humanioribus & constantioribus uti amicis. A R. Cætera quidē, ô rex, fortasse cōsecutus esses: ista uerò frustra dixisses. Adeò ad insaniā usq; flagrabat amore Atheniensium. A N. Sic est, Archia. Quid enim dicamus aliud? Sed quomodo mortuus est? A R. Magis etiā rex te admiraturū puto. Nos enim qui spectauimus, ita attoniti & increduli eramus, ut ab ijs qui nō uiderant, nihil differremus. Verūm apparet eum olim de extremo suo die hoc inisse consiliū, idq; apparatus eius declarat. Sedebat intus in eede: nos, superiorū dierum uerba frustra consumpseramus. A N. Quæ uerò uestra uerba fuerāt? A R. Multa & humana ei offerebā, & clementiā tuā ei pollicebar: quā quidē non admodū expectabā (neq; enim sciebā quo animo esses, sed te uehementer irasci hominī putabā) sed tamē utile id ad persuadendum arbitrabar. A N. Ut uerò accipiebat uestra uerba? neq; me quicquā celes. Nam cum primis me nunc ipsum interfuisse atq; audiuisse uellē. Tu uerò nihil prætermittito. Neq; enim parua res est, generosi uiri mores circa ipsum uitæ finē cognoscere, utrū ne remissus & segnis fuerit, an uerò animū profus immotū & erectū cōseruarit? A R. Nihil ille quidē dissimulabat, adeò ut suauī cū risu, meamq; priorē uitā incessendo, me ineptū tuorum mendaciorū histriōnē esse diceret. A N. Cum igitur pollicitationibus fidem nō haberet, nūquid abijciebat animū? A R. Nō: Quod si cætera audieris, nō modò tibi diffusus esse uidebit. Sed quādo, rex, dicere iubes: Macedonibus, inquit, neq; religio ulla, neq; inusitatū fuerit, Demosthenem ita capere ut Amphipolim, ut Olynthū, ut Oropū. Talia multa dicebat. Nā notarios cōstitui, ut tibi dicta eius cōseruarent. Equidē, inquit, Archia, etiā cruciatuū & mortis metu, in cōspectū Antipatrum uenire

Demosthenes solum Philippi aduersarius.

ὁ γὰρ πάλαι ἐλάλει τὸν ἀν' ἑσθ' οὖτος.

Aristotelis testimonium.

Amor patriæ.

Interitus Demosthenis.

ὁ γὰρ πάλαι ἐλάλει τὸν ἀν' ἑσθ' οὖτος. uel. nec sibi confiscebatur.

... nōlim. Se
... largis loc
... in Mace
... & tri
... Parthonia t
... libertas,
... maiorū ē
... Græciā, qu
... cōfoco, ro
... apud pa
... nō cōl
... & faci
... Demo
... attendand
... fortun
... Licollit
... Non rig
... morē sine
... Athenis, ult
... Sed xquū e
... morte iam
... Demosthenes aut
... de anit
... qui fore
... Tandē me p
... inquit,
... cum natura m
... abstrahere.
... Archia a
... animis exili
... Triballi, nec
... expugnab
... aduersatus
... neg: tū
... Nam quantū
... Acego in hac
... a. s. Id uerò c
... uenū cō
... Quā primū u
... aut nō d
... occubuerūt. Is
... oblationis
... animū et
... in tue
... sed: aut e
... in comi
... terra donat

VITA I

... olympicæ eques
... sētur. siue qs
... ego uerò

tri uenire nolim. Sed si uerè ista dicitis, multo magis etiã mihi cauendũ est. ne ipsam uitã largitionis loco ab Antipatro accepisse: ne ue, quam mihi stationẽ delegi. Græca deferta, in Macedonicã transeam. Præclarũ enim esset, Archia, si mihi uitã Piræeus ipse præberet, & trirēmis quã largitus sum, & mœnia, & fossa, meis sumptib. elaborata, & Pandionia tribus, cuius ego ultrò fui ædilis & præbitor: & Solon & Draco, & suggesti libertas, & liber populus, & decreta militaria, & leges trierarchicę, & præ clara facta maiorũ, & triumphũ, et ciuiũ beneuolentiã, qui me sepe coronis ornarũt, et copię Græcorũ, quos ego ad hoc usq; tẽpus cõseruauĩ. Quod si uiuendũ est misericordiã consecuto, tolerabilis est misericordiã apud domesticos eorũ quorũ captiuos redemi, aut apud patres, quorum filias elocauĩ, aut quos in soluẽdis collectis adiuui. Verũm si me nõ cõseruabit imperiũ insularũ, & mare: à Neptuno hoc salutẽ expeto, & ab hac ara, & sacris legibus. Quod si Neptunus fani sui uiolationẽ prohibere non poterit, neq; Demosthenẽ Archię prodere erubescet: moriar, neq; Antipatro potius q̃ Deo est assentandũ. Licuisset mihi Macedones amiciores habere q̃ Athenienses, & nunc uestre fortunæ esse sociũ, si cũ Callimedonte & Pythea & Demade me con iunxisset. Licuisset enim uel serò mutare ingenium, nisi me filiarũ Erechthei & Codri puduisset. Non igit unã cũ fugitiua fortuna fidẽ mutare uolui. Præclarus enim receptus est, mortẽ sine periculo ullius turpitudinis oppetere. Et nunc Archia nõ dederi ero Athenis, ultrò seruitute amplectẽda, & sepultura pulcherrima, libertate pro iicienda. Sed æquũ est, inquit, te meminisse id, quod est à te in tragœdia præclare dictũ: At illa morte iam premente, sedulo Cauebat in cadẽdo turpitudinẽ: idq; puella. Demosthenes aut̃ honestæ morti uitã indecorã præferat, Xenocratis & Platonis disputationũ de animi immortalitate oblitus? Ac acerbiora quædã dicebat in eos, cũ incaluisse, qui fortunę prosperitate insolecerẽt. Sed quorsum ea nunc à me referri attinet? Tandẽ me partim orante, partim minitãte, & mollẽ cantilenã aspera tẽperãte: Mouerer, inquit, istis, si essem Archias. Sed cũ Demosthenes sim, ignosce mihi quæso, cum natura mea nõ ferat, ut sim ignauus & malus. Tum uerò, tum, ui eum in stituebam abstrahere. Quod ubi sensit, apparebat eũ deridere. & Deũ intuitus: Apparet, inquit, Archiã arma sola & triremes & mœnia & exercitus, esse uires et asyla humanis animis existimare, meamq; instructionẽ cõtemnere, quã non coarguent Illyrii, nec Triballi, nec Macedones, cũ sit firmior ligneo illo muro q̃ nos olim Apollo fore dixit inexpugnabiles. Hac ego prouidẽtia securẽ gessi rempub. & securẽ Macedonib. sum aduerfatus: neq; mihi curæ fuit Euctemõ, nec Aristogiton, nec Pytheas, nec Callimedõ, neq; tũ Philippus, neq; nũc Archias. His dictis, Ne, inquit, inijce mihi manũ. Nam quantũ in me quidem erit, fanũ non uiolabit: & salutato Deo, ultrò sequar. Ac ego in hac spe eram, & cum ori manũ admouisset, nõ aliud q̃ adorare putabã. AN. Id uerò quid erat? AR. Põst, per quæstiões ex ancilla cõperimus: olim eum sibi uenenũ cõparasse, quo animũ ad retinendã libertatẽ, corporis uinculis solueret. Quũ primũ uerò limẽ transijt, me intuitus: Duc sanẽ hunc ad Antipatrum, Demosthenẽ aut̃ nõ duces. Non ita me, ac adiecturus mihi uidebat, eos qui in Marathone occubuerũt. Is uerò nobis ualere iussis, auolauit. Hunc tibi finẽ. ò rex, Demosthenicę oblidionis referre possum. AN. Demosthenis ò Archiã, et hæc sunt. Pa-

Demosthenes uita
tam Antipatro
debere non uult.

Oratio ante obitum.

ἰσιφύνημα
ἰσιλογικὴν.
ἀπεθνήκει.

Sepultura.

VITA DEMOSTHENIS EX PLVTARCHO,
Hieronymo Vuolfio interprete.

Qui olympicã equestris certaminis uictoriã Alcibiadis celebrauit, siue Euripid. ut pleriq; sentiũt, siue q̃s fuerit alius. Sossi, ait homini fortunato in primis opus esse celebri ciuitate, ego uerò eius quere fortunatus sit futurus, cuius felicitatis potissima

Vrbs celebris nõ
tam ad uirtutẽ,
quã ad scripti
onem rerum ge
starũ necessaria

pars

pars in ingenio sita est, & morib. nihil interesse cenfeo, siue ex obscura & humili patria, siue ex deformi & parua matre sit natus. Ridiculum enim fuerit, si quis existimet Iulidem parua insula non magnæ Cei partem, & Aeginam, quam Atticorū quidam tanquam lemam quandam amouere iubebat à Piræo, histriones præstantes & poetas posse alere: uirum uerò suis rebus contentum, & prudentem, & magnanimum nunquam proferre posse. Nam cæteras artes ad quæstum aut gloriam comparatas, probabile sanè est in obscuris et humilibus oppidis marcescere: uirtutem autem, tanquam robustam & opis aliene non egentem plantam, in quouis radices agere solo, si & ingenium bonum, & à labore non abhorrentem animum inuenierit.

Quare neq; nos, si uel prudentia, uel uitæ integritas in nobis desideratur: culpâ paruitati patriæ, sed nobismetipsis iurè ascribemus. Ei uerò qui opus historicum componere instituerit, idq; non ex ijs quæ in promptu, ac quasi domi suæ sunt, sed è peregrinis plerisq; & dissipatis apud alios lectionibus coiens: ei reuera opus est primùm ac maximè urbe celebri & eleganti, & populosa, ut & librorum omnis generis copiam habeat, & quæ à scriptoribus præterita, memoriæ posteritatis cum fide quasi per manus tradita sunt, auribus excipiens, & passim percontans, opus sic absoluat, ne multa & necessaria in eo requirantur. Nos autem, qui paruum incolimus oppidum, & neminus etiam fiat, libenter in patria nos continemus: cum autè Romæ, & in Italia uersati sumus, cum non daretur ocium exercendi nos in lingua Romana, propter & publicas functiones, & philosophiæ docendæ occupationes: serò tandem prouectaq; ætate, latinas literas attigimus: & res mira quidem illa, sed uera tamen nobis accidit, ut non tam è uerbis res intelligeremus & assequeremur, quàm è rebus, pro mediocri nostra peritia, etiam uerba perciperemus. Et si autem elegantiam Romanæ dictionis, & celeritatem, & translationes, & concentum, & cætera orationis ornamenta percipere, pulchrum & non iniucundum esse ducimus: eius rei tamen meditatio & exercitatio non est facilis, nisi ijs qui & ocio abundant, & ea sunt ætate, quæ ab huiusmodi studio non abhorreat. Quapropter cum in hoc libro, qui de Parallelis (hoc est, rebus Græcorum & Romanorum inter se collatis) quintus est, de Demosthene & Cicerone scribamus: ex actionib. eorum & rebus gestis, quæ naturæ eorum fuerint, & quæ similitudo inter ipsos, considerabimus. Sed orationes inter se cõparare, & pronuntiare utra sit suauior, aut uehementior, supersedebimus. Nam ea planè fuerit, quod dixit Ion, Delphinis in terra uis: qua re Cecilius homo in rebus omnib. immodicus, ignorata, comparisonem Demosthenis & Ciceronis edere iuueniliter ausus est. Sed, si semetipsum nosse cuiusuis esset, præcipi diuinitus fortasse non uideretur. Demosthenè enim & Ciceronè eundè qui primùm finxit genius, multas uidei similitudines eorum ingenijs inseruisse, ut honoris libertatisq; studium in republica, in periculis autem & bellis timiditatem: ac multa etiam de rebus fortuitis admisuisse. Nam duos alios oratores posse reperiri nõ existimo, qui & ex obscuris et paruis, potentes magniq; facti sint, & reges ac tyrannos oppugnarint, & filias amiserint, eictiq; patria honorificè sint reuocati, & rursus fugerint, & ab hostibus capti, unà cum interitu libertatis ciuium, uitam etiam amiserint. Quare si natura & fortuna tanquã artifices certamen instituerent, haud facile futurum sit iudicium, utrū hæc moribus, an illa rebus gestis eos similiore effecisset. Dicendum autem est de antiquiore primùm. Demosthenes, Demosthenis pater, uir bonus & honestus fuit, ut narrat Theopompus. Cognominabatur autem gladiatorum faber, quòd officinam magnã habebat, & seruos id opificiũ exercentes. Quod uerò Aelchines orator dixit de matre eius, natam eam esse Gylone quodam, qui ob crimen prodicionis urbe exularit, & barbara muliere: de eo pronuntiare non possumus, uerè ne dixerit, an maledicendi studio, & per mēdacium. Relictus autem à patre Demosthenes septennis in opulentia (parum enim uniuersus eius census à quindecim talentis abfuit) à tutorib. iniurijs est affectus: qui alia surripuerunt, alia neglexerunt, adeò ut magistros etiã eius mercede fraudarent. Et cum hac de causa uideretur elegantis & ingenuo puero conuenientis disciplinæ fuisse rudis, tum propter imbecillitatem & teneritatem corporis: quòd nec mater eum labores capere patiebatur, neq; pædagogis ad eos adigebant.

Querela de suis incommotis.

Verba è reb. intellecta.

Comparisonē Demosthenicæ et Ciceronianæ eloquentiæ respiciat.

Cecilij temeritas. Scipsum nosse. Multæ Ciceronis et Demosthenis similitudines

Natura. Fortuna.

Pater.

Mater.

Tutores.

Exercitationes corporis omittat

bant. Erat enim in prima ætate extenuato & morbido corpore. & probrosum Battali cognomen à pueris corpus eius deridentibus ei factum esse dicitur. Fuit autem is Battalus (ut quidam aiunt) tibicen effeminatus, cuius perfringendæ causa fabellam Antiphanes edidit. Quidam autem Battali, ut poetæ, qui delicata quedam & cõpotationibus apta carmina scriberet, meminerunt. Videtur etiam particula corporis quedam, quæ honestè nominari nõ potest, tum ab Atticis battalus esse dicta. Argas autem, (nam & hoc tributum esse Demostheni cognomen ferunt) aut propter ingenij feritatem & acerbitatem est appellatus (serpentem enim quidam poetæ Argam uocant) aut propter orationem, quæ molesta esset auditoribus. Fuit etiam poetæ cuiusdam nomen Argas, qui malos & asperos modos faciebat. Atque hæc hæc tenus. Impetum autem & ardorẽ ad eloquentiæ studium, sic in eo excitatum esse ferunt: Cum Callistratus orator causam Oropiam acturus esset apud iudices, expectatio iudicij magna fuit, cum propter oratoris facultatem, qui maxima tum gloria florebat, & propter ipsius rei celebritatem. Demosthenes igitur, cum inter magistros & pædagogos conuenisse audiret, se uelle interesse iudicio: precibus & alacritate, suo pædagogo persuasit, ut ab eo ad audiendum adduceretur: qui, cum seruis publicis prætoria aperientibus, familiaris esset, nactus est locum in quo puer occultè sedens, audiret ea quæ dicerentur. Cum uerò prosperè perorasset Callistratus, & in magna esset admiratione: tum illius gloriam præclaram duxit, quem deduci à multitudine, & cuius felicitatem prædicari uideret: tum multo magis eloquentiæ uim est admiratus, omnia uincere & mansuefacere solitæ. Quare omisis ceteris disciplinis, & puerilibus exercitationibus, ipse sese exercebat & declamabat, tanquam & ipse futurus orator. Vnus autem est Isæo eloquentiæ magistro (quanquam tum Isocrates docebat) siue quod, ut quidam aiunt, statam Isocrati mercedem pendere non posset decem minas, propter oratoriam: siue quod Isæi dictionem, ut acriorẽ & callidiorẽ ad causas agendas, præferret. Hermippus autem ait, se in cõmentarios incerti auctoris incidisse, in quibus scriptum esset, Demosthenem Platone præceptore esse usum, & ex ea re multum profecisse in eloquentia. Meminit & Ctesibij, dicentis, Demosthenem à Callia Syracusio, & quibusdam alijs artes Isocratis & Alcidasiantis clam acceptas, perdidicisse. Quum primum igitur adoleuit, actionem in tutores instituit, & scribere aduersus eos, effugia multa quæritantes, & iterandi iudicij rationem comminiscens, orationes cepit. Sic assiduitate studij (ut Thucydides loquitur) exercitatus, quanquam non sine periculo, nec per ignauiam, tandem uictoriam est adeptus: tamen uix per exiguam patrimonij partem recuperare potuit: sed ad dicendi audaciam consuetudine satis confirmatus, gustataq; forensium certaminum & oratoriarum facultatis dulcedine ac gloria, prodire in medium, & rempublicam capessere instituit. & quemadmodum Orchomenium Laomedontem ferunt, cum ad corrigendum splenis quoddam uitium, longioribus cursibus iussu medicorum uteretur, eum sibi habitum exercitatione illa comparasse, ut in curriculis de coronis certaret, atque in summum cursorem euaderet: sic & Demostheni usu uenit, ut cum ad rei suæ familiaris detrimenta sarcienda in forum uenisset, eaq; re dicendi facultatem & uim adeptus esset, in ciuilibus tanquam coronarijs certaminibus, princeps ciuium pro tribunali decertantium haberetur. Verum quum primum ad populum uerba faceret, tumultu excipiebatur & deridebatur ob insolentiam sermonis, quæ & confusas habere circumductiones, & argumentis acerbe nimium, & ad fastidium usq; contorta uidebatur. Huc accedebat, uocis quedam, ut uidetur, imbecillitas, & lingue obscuritas, & interruptio spiritus, quæ sensum orationis conturbabat, propter diuisionem circumductionum. Tandem cum omisso populo eger animo in Piræo ambularet, Eunomus Thriasius, homo admodum prouectæ ætatis, eum cõspicatus, obiurgauit, quod cum eius oratio ad Pericleam proximè accederet, ipse sibi ob ignauiam & mollitiem deesset, qui neq; turbas audacter sustineret, neq; corpus ad certamina compararet, sed delicijs obsolescere pateretur. Rursus aliquando aiunt, cum excidisset, domumq; iret obuoluto capite, ac grauius ferens, Satyrum histrionem familiarẽ eius eum affectatum, & cum eo congressum esse: Demosthene autem apud eum

In pueritia tenuis ualido.

Battali cognomen.

Argæ cognomen.

Occasio studij eloquentiæ. Callistratus.

Magistri, Isæus, Isocrates.

Plato.

Artes Isocratis & Alcidasiantis. Actiones tutoriarum.

Laomedon Orchomenius.

Conciones prima Demosthenis.

Ab Eunomo & Satyro confirmatus Demosthenes.

quiritante, se, cum omnium oratorum laboriosissimus esset, ac propemodum corporis uigorem in ea re consumpsisset, nullam habere gratiam apud populum, sed homines gulosos, nautas, & indoctos audiri, & obtinere suggestum: se uerò despici. Verum, inquit Satyrus, dicis, Demosthenes. Sed ego causa celeriter medebor, si mihi sententiam aliquam Euripidis, aut Sophoclis uoleris pronunciare. Quod cum fecisset Demosthenes, Satyrum repetisse eandem sententiam, & sic formasse, atque eo uultu & gestu pronunciasse, ut alia prorsus esse Demostheni uideretur. Postquam igitur persuasum ei fuit, quantum orationi ex actione ornamentum, & gratia accederet: eum parui, ac nihili potius duxisse exercitationem eius, qui pronunciationem, & gestum uerborum negligeret. Atque ex eo subterraneum conclauē, in quo se exercebat, edificasse, quod nostra etiamnum ætate extabat: eo que quotidie descendente, & actionem formasse, & uocem exercuisse: sæpe etiam menses duos, aut tres continuos coniunxisse, rafa altera parte capitis, ea gratia, ne, tametsi omnino uellet, egredi præ uerecundia liceret. Quin & e congressibus aliorum, & sermonibus, & negocijs, argumenta & occasiones studij petebat. Domum enim reuersus, statim in conclauē suam descendebat: & cum ipsa negocia ordine reuoluebat, tum eorundem * defensiones. Atque etiam orationes quas audierat, animo complectens, in sententias & circumductiones redigebat, & omni ratione corrigere, nouo que & alio genere sermonis explicare nitentur, tum ea quæ ad ipsum alius, tum quæ ad alium ipse dixisset. His rebus factum est, ut non ingeniosus esse putaretur, sed eloquentia & uil labore comparata uti putaretur. Et eius rei magnum signum esse uidebatur, quod non temerè quisquam Demosthenem ex tempore dicentem audisset: sed cum sæpe in concione federet, & à populo nominatim citaretur, non prodisse, nisi meditatus, & ad eam rem paratus esset. Quare cum alij multi populares oratores cum deridebant, tum Pytheas lucernam olere, per derisum dicebat, eius enthymemata. Et huic quidem acerbè respondit Demosthenes: Non, inquit, earundem tibi & mihi rerum conscia est lucerna. Apud alios autem non prorsus negabat, sed se neque de scripto, neque sine scripto prorsus dicere fatebatur. Atque etiam cum popularem hominem esse pronunciasse, qui ad dicendum meditaretur. Eam enim colendi populi esse præparationem. Negligere autem, ut acceptura esset orationem multitudo, paucorum esse potentia studiosi, qui cogere potius, quàm persuadere uellet. Illud etiam signum esse putant, quàm ab extemporali dictione abhorruerit, quod ei populi aduersa oclamatione debilitato, sæpe Demades subito sit suffragatus, ipse autem Demadi nunquam. Cur igitur, dicat aliquis, Aeschines hominem admirabili ad dicendum audacia, uocabat? Quomodo Pythoni Byzantio se iactanti, & magno impetu in Athenienses inuehenti, solus respondit? Aut quo pacto, cum Lamachus Mirrhæus laudationem scripsisset Philippi & Alexandri regum, quæ multa in Thebanos & Olynthios maledicta contineret, eamque Olympiæ recitaret, insurrexit: & cum percensuisset, atque ex historijs demonstrasset, quàm præclare se Thebani & Chalcidenses erga Græciam gessissent, & contra, quantis malis assentatores Macedonum, causas præbuisent: ita commouit eos qui aderant, ut rethor ille tumultu perterritus, e celebritate se subduceret. Enimuerò uidetur hic uir cætera quidem Periclis instituta, sibi aliena iudicasse: habitum autem & conformationē eius, & neque celeriter, neque de re qualibet quicquid in buccam uenisset dicendi consuetudinem, ut qui his rebus magnus euasisset, æmulando atque imitando, * neque prorsus aspernatus extempore dicendi gloriam, neque, uolens quidem, subinde fortunæ commisisse facultatem suam. Nam audaciam & fiduciam maiorem dicta ab eo quàm scripta orationes habuerunt, si qua fides habenda est Eratostheni & Demetrio Phalereo & Comicis, quorum Eratosthenes eum sæpe ait in dicendo esse quasi furore percitum: Phalereus autem, iurandum

Pronunciatio
nis uis.

Exercitationes
mirabiles.

* ἀποκρυψίς.

Diligentior quàm
ingeniosior.

Demosthenes
meditationis quàm
extemporalitatis
studiosior.

Scomma Pytheas.

Aeschines.

Python.

Lamachus.

Demosthenes
Periclis exemplo
cautus magis
quàm timidus
aut tardus.

* ἢ πᾶσι
δοῦναι τὴν ἐν τῷ
ναυῶν δόξαν.

Oratio Demosthenis
liberrima.

... illud ut
... affatum,
...
... terram
... eum u
... Alius in
... modum e
... Nisi fo
... cius Demo
... recipienda
... inactum
... benicos su
... de his or
... dicitur: dice
... philosophus, P
... antem in Re
... Phocioni
... sensus co
... contradic
... riam,
... Oratoris g
... incertum
... ita senserit
... hominis,
... corpus cori
... narrat, q
... & balbuti
... orationibus i
... aduorum loc
... inbrebri
... & ad id e
... eum a
... plagas a
... nihil accidit.
... Dem
... rudo hominis a
... ualere putab
... mirum in mo
... eius gestum, &
... Actionem aute
... oratoribus, d
... magnificè cum
... multum instru
... plenas esse seu
... faceret
... enim dixisset De
... nuper in Col
... id est Aereus
... aliquid dice
... Vos autem, A
... parietes le
... hic deline

jurandum illud uersu constans, cum aliquando iurasse ad populum, tanquam numine afflatum,

Iurandū iamobicum.

μά γ' ἔ, μὰ κρήνας, μὰ ποταμούς, μὰ νάματα.

Testor terram, testor fontes, testor fluuios, testor riuos. Comitorum autem alius eum uocat ῥωπρωγύθραν, quasi dicas, fasciculos farmentorum uolutantem. Alius irridens, ut * utentem contrapósito: Sic, inquit, recepit, quemadmodum capit. Libuit enim Demostheni uerbum hoc * extrinsecus assumere. Nisi fortassis Antiphanes in his etiam orationem de Haloneso irrisit, cuius Demosthenes autor fuit Atheniensibus, non accipiendæ à Philippo, sed recipiendæ. Verum Demadem omnes fatebantur, si suo ingenio ueretur, inuictum esse, & extemporali facultate meditationes & apparatus Demosthenicos superare. Sed Aristo Chius, Theophrasti etiam sententiam quandam de his oratoribus retulit, qui rogatus, qualis ei Demosthenes orator uideretur? dixit, Dignus urbe: qualis Demades? urbe superior. Is idem philosophus, Polyuctum narrat Sphettium, uirum Athenis eo tempore uersantem in Republica, pronunciaisse, Summum oratorem esse Demosthenem: Phocionem autem maxima dicendi uirum præditum, qui paucis uerbis multos sensus complecteretur. Atque ipsum etiam Demosthenem ferunt, quoties ei contradicturus Phocio suggestum conscenderet, ad familiares dicere solitum,

ῥωπρωγύθρα. ἴνους ἀπὸ νάσθου. ἄσπυ ἰλαθῆν.

Demadis ingenium.

Theophrasti de Demostb. & Demade iudicium.

Polyucti de Demostbene sententia, et Phocione.

Orationis gladius insurgit meæ.

Atque incertum est, utrum Demosthenes de oratione uiri, an de uita & autoritate ita senserit, plurimis & prolixis circumductionibus unum uerbum & nutum hominis, cui fides habetur, plus ualere existimans. Ad incommoda corporis corrigenda, talem adhibuit exercitationem, ut Demetrius Phalereus narrat, qui se id ex ipso Demosthene iam sene audisse dicit. Obscuritatem & balbutiem linguæ euicisse, & distinxisse, calculis in os indendis, & orationibus interim recitandis. Vocem autem in cursibus exercuisse, & arduorum locorum ascensu inter differendum: & sermones aliquos, aut uersus, increbescente anhelitu protulisse. Fuisse item magnum ei domi speculum, & ad id e regione stantem, se declamationes absoluisse. Ferunt, quum quidam eum accessisset, patrocinium eius petens, & commemorans, ut à quodam plagas accepisset: At tibi, dixisse Demosthenem, eorum quæ dicis, nihil accidit. Cum autem homo uoce contentiore diceret, & clamaret: Mihi uerò, Demosthenes, nihil accidit? Nunc equidem, inquit, uocem audio hominis affecti iniurijs, & male tractati. Tantum ad fidem faciendam ualere putabat, in dicendo, contentionem & actionem. Ac uulgo quidem mirum in modum eius actio probabatur: Eruditi autem humilem putabant eius gestum, & degenerem, & mollem: quod & Demetrius Phalereus sentit. Actionem autem, ait Hermippus, interrogatum de antiquis, & sui temporis oratoribus, dixisse: Si quis illos audiisset, admiraturum fuisse, modestè & magnificè cum populo differentes: sed Demosthenis orationes, si legantur, multum instructu & apparatu antecellere. Etsi autem scriptas eius orationes plenas esse seueritatis & acrimoniæ, sic in promptu est, ut dicere sit superuacaneum: facetijs tamen etiam, in congressibus, per tempus usus est. Cum enim dixisset Demades, Me Demosthenes, sus Mineruam: Ista, inquit, Minerua nuper in Colyto, in adulterio deprehensa est. Ad furem autem qui χαλκός, id est Aereus uocabatur, quum & ipse in eius uigilias & nocturnas scriptiones aliquid dicere conaretur: Scio, inquit, meam lucernam molestam tibi esse. Vos autem, Athenienses, ne miremini ea furta quæ facta sunt: quum fures æreos, parietes luteos habeamus. Sed de his, quanquam plura dicere possemus, hic desinemus. Ceteri autem mores eius, & ingenium, ex eius

Incommoda natura quo pæsto emendata à Demostbene.

Actio Demostbenica inferior, oratio superior ueteribus.

Facetia Demosthenis. In Demadem.

In Aereum.

actionibus & rebus gestis spectari debent. Ad Rempublicam igitur accessit, Phocensi bello conflato, ut ipse ait, & ex Philippicis orationibus conijci potest: quarum aliae Phocensibus iam deletis, habitae sunt, antiquissimae autem res ei bello maxime vicinas attingunt. Apparet eum etiam orationem in Midiam habere instituisse, cum annos duos & triginta esset natus, nec dum auctoritatem & potentiam in Republica obtineret. eiusque rei metus fuisse in causa potissimum videtur, ut accepta pecunia, susceptam cum homine simultatem deponeret:

Festius nec enim fuit, aut homo pectore blando,

Sed uehemens, & in persequendis inimicitijs acerrimus. Sed quum uideret non esse leue, nec suarum uirium opus, hominem & opibus & eloquentia & amicis probe munitum, Midiam expugnare: cessit ijs, qui pro eo deprecabantur. Nam ter mille drachmae per se, mea quidem opinione, Demosthenis retundere acerbiter non potuissent, si quam spem habuisset, facultatemque uictoriae. Nactus autem praclarum administrationis suae fundamentum, defensionem Graecorum, & de ea pro dignitate contendere solitus, celeriter gloriam reperit: & ob eloquentiam, dicendi que libertatem ita illustris factus est, ut & Graeciae admirationi esset, & a Rege Persarum coleretur, & inter Reipublicae gubernatores neminis apud Philippum ratio maior haberetur: & eius etiam inimici faterentur, sibi cum homine magnae auctoritatis certamen esse. Nam & Aeschines, & Hyperides, in accusando talia de eo quaedam dixerunt. Quare nescio quid in mentem Theopompo uenerit, ut diceret, eum fuisse hominem ingenio leui, qui nec hominibus iisdem, nec rebus diutius posset insistere, cum res ipsa docuerit, quam partem, quemque ordinem rerum ab initio sibi delegit in Republica, eum ad finem usque retinuisse: neque uitae duntaxat rationem non mutasse, sed uitam etiam, ne mutanda esset, proiecisse. Neque enim, ut Demades in excusanda mutatione gestae Reipublicae dicebat, se sibi quidem ipsi saepe dixisse contraria, Reipublicae autem nunquam. Neque, ut Melanopus: qui, cum Callistrato aduersaretur, & ab eo saepe ab instituto pecunia deduceretur, ad populum dicere solebat: Homo sane inimicus est, sed publica uincat utilitas. Neque, ut Nicodemus Messenius, qui, cum ante Callandro studuisset, ac post, mutato animo, Demetrii partes defenderet, negabat se sibi non constare. Semper enim expedire, ijs obedire, qui rerum potirentur: Non, inquam, sic possumus dicere de Demosthene, eum uel exorbitasse, uel seu uocem, seu actionem inflexisse, quum in una & immutabili descriptione Reipublicae eundem in rebus gerendis ordinem seruare nunquam destiterit. Panætius autem philosophus sic ait: Maximam orationum eius partem esse scriptam, ut honestatem per se dicat esse expetendam, ut orationem de Corona, ut Aristocrateam, ut Leptinianam de immunitatibus, ut Philippicas: in quibus omnibus non iucundissima, aut facilima, aut utilissima proponit ciuibus, sed multis in locis tutas rationes & salutem honestati postponendam esse putat, & decoro. Itaque si ad argumentorum, quae tractauit, praestantiam, & orationis generositatem, bellica etiam fortitudo accessisset, & in rebus gerendis abstinentia: non in Mæroclis, & Polyucti, & Hyperidis numero habendus esset, oratorum: sed inter superiores, Cimonem, & Thucydidem, & Periclem merito referendus. Ex ijs certe qui eum secuti sunt, Phocion, etsi non laudatam Reipublicae gerendae rationem tuebatur, cum Macedonibus studere uideretur, tamen ob fortitudinem & iusticiam, nihilo uir deterior habitus est, quam Ephialtes, & Aristides, & Cimon. Demosthenes autem, cum non esset in armis magnae fidei, ut ait Demetrius: neque prorsus contra largitiones munitus, sed auro quidem

Oratio Midia
144.

Gloria & auto
ritas.

Theopompi cas
sumia de leuita
te Demosthenis.

Aliorum incons
stantia.
Demades.

Melanopus.

Nicodemus.

Demosthenis co
stantia.

Panætius philo
sophicus esse te
statur Demosthe
nis orationes.

Abstinentia &
bellica fortitudo
in Demosthene
desiderata.

Phocion.

Largitiões Pers
sica.

Philippico
decreta
presta
tempo
Apparet ite
uigi cu
id quod
aliquando ad
populo forte
tamen no
Amphiboter
quem
perdu
esse pollici
interfectus est
ficeret, t
interf
Apollodor
Apollodoro
quoniam, ob qua
certabat
pugione
autem ora
sunt alijs,
anno etatis in
Amflogitoni
Cubrez filium C
eius am
habuit in matri
Oratio fal
quoniam Idome
cauise. Sed alie
orationibus ce
conuad illius con
die alijs potius d
manificia sunt, e
gebeatur, non
u, & contra hon
de ea uerba sieban
illi omnes audi
contradixit: sec
ille erga eum pra
Quare, quum
nilum, atque
quibus, eas laudes
non spongiz, regi
spectarent, quod
tunc excitabantur.
uolubilia erat, eo q
quodam. Deinde
te praestantur: & pe
que utrique it

quidem Philippico & Macedonico inexpugnabilis : ei uerò , quod Suis & Ecbatanis deferebatur , non inaccessus , ac eo potius obrutus : egregius sanè laudator fuit præstantiæ maiorum , sed imitator non perinde strenuus . Nam sui quidem temporis oratoribus (Phocionem tamen excipio) etiam uita præstitit . Apparet item , eum summa cum libertate orationes ad populum habuisse , & uulgi cupiditatibus aduersatum esse , & delicta eorum acriter insectatum , id quod ex orationibus perspicitur . Refert item Theopompus , cum aliquando ad quendam accusandum delectus , refragaretur , eum tumultuante populo surrexisse , ac dixisse : Vos , Athenienses , consiliarium me habebitis , tametsi noletis : calumniatorem , nec si uoletis . In illo etiam facto contra Antiphontem ita se gessit , ut præstantem in optimatum Republica uirum decet : quem à concione dimissum , comprehendit , & ad senatum Areopagiticum perduxit , contempta indignatione populi : & ostendit , eum Philippo esse pollicitum , se naualia incensurum . Is igitur homo senatui traditus , interfectus est . Accusauit & sacrificulam Theoridem , ut quæ tum alia scelera faceret , tum seruos imposturam facere doceret : eamque capitis condemnatam interfecit . Dicitur etiam orationem in Timotheum ducem , qua usus Apollodorus , hominem æris alieni reum peregit , scripsisse Demosthenes Apollodoro : quemadmodum etiam illas aduersus Phormionem & Stephanum , ob quas non iniuria male audiit . Nam & Phormio contra Apollodorum , certabat oratione Demosthenis : planè haud aliter quàm si ex eadem officina pugiones uenderet aduersarijs , quibus sese inuicem confoderent . E' publicis autem orationibus , Androtioniana , & Timocratea , & Aristocratea scriptæ sunt alijs , antequam accessisset ad Rempublicam . Illas enim orationes anno ætatis uicesimo septimo , aut uicesimo octauo edidisse uidetur . Causam Aristogitonianam ipse egit , & Leptineam de immunitatibus , propter Chabriæ filium Ctesippum , ut ipse ait : sed , ut alij dicunt , propterea quòd matrem eius ambiebat . Eam tamen non duxit , sed aliam quandam Samiam habuit in matrimonio : ut Demetrius Magnes refert , in opere de Synonymis . Oratio falsæ legationis in Aeschinem , haud constat an sit habita : quanquam Idomeneus ait , Aeschinem triginta duntaxat suffragijs superiorum , euasisse . Sed aliter uidetur habere rei ueritas , si è scriptis utriusque de Corona orationibus coniectura capienda est . Neuter enim eorum apertè atque rotundè illius controuersie ita meminuit , ut quæ in iudicium sit deducta . Sed hæc alijs potius disceptanda erunt . Demosthenis autem ratio in Republica manifesta fuit , etiam durante adhuc pace . Nihil enim quod à Macedone gerebatur , non reprehendebat , sed singulis in rebus turbabat Athenienses , & contra hominem inflammabat . Quare & apud Philippum plurima de eo uerba fiebant : & quum inter decem legatos in Macedoniam uenisset , etsi omnes audiuit Philippus , summo tamen studio Demosthenis orationi contradixit : sed in cæteris honoribus , & humanitatis officijs non eundem sese erga eum præbuit , sed Aeschinem & Philocratem sibi magis conciliauit . Quare , quum hi Philippum laudarent , ut & eloquentissimum , & formosissimum , atque etiam mehercule egregium combibonem : inuidia compulsus , eas laudes exagitauit : ac primam rhetoris , alteram mulieris , postremam spongiæ , regis autem nullam esse dixit . Cum autem res iam ad bellum spectarent , quòd nec Philippus quiescere poterat , & Athenienses à Demosthene excitabantur , primùm eos in Eubœam concitauit , quæ à tyrannide Philippo subiecta erat , eò que traieci ex senatusconsulto Demosthenis , Macedones expulerunt . Deinde Byzantijs opem tulit , & Perinthijs , qui bello à Macedone petebantur : & populo persuasit , ut , omisis inimicitijs , & abiecta delictorum , quæ utriusque in sociali bello admisissent , memoria , copias eis mit-

Integritas & libertas.

Magnanimi diuum.
Antiphontis supplicium.Theoris sacrificula.
In Timotheum.
Pro Phormione.
In Stephanum.Androtioniana.
Timocratea.
Aristocratea.
Aristogitoniana.
Leptinea.

Oratio falsæ legationis.

Demosthenes
Macedonum aduersarijs.Irrisio laudum
Philippi.

Eubœa.

Byzantijs.
Perinthijs.

Concitatio Græciae in Philippū teret, à quibus conseruati sunt. Deinde legationibus obeundis, & appellandis Græcis, & concitandis, eos ferè omnes, paucis exceptis, eò perduxit, ut contra Philippum conspirarent, ita uti exercitus colligeretur peditum quindecim millium, & equitum bis mille, absque urbanis copijs: & pecunia & stipendia peregrinis militibus alacriter conferrentur. Quo tempore, Theophrastus autor est, quum socij iuberent tributa definiri, Crobylum magistratum dixisse: Bellum demenso non pasci. Excitata Græcia expectatione futurorum, & nationibus atque urbibus conspirantibus, Eubœensibus, Achæis, Corinthijs, Megarensibus, Leucadijs, Corcyraeis, maximum Demostheni certamen restabat, Thebanos ad belli societatem adducendi, qui & agrum Atticæ finitimum, & iustas copias haberent, & eo tempore militaris rei gloria maximè inter Græcos florent. Neque uerò facile erat, recentibus adhuc beneficijs in Phocensi bello à Philippo cicuratos, ad defectionem impellere Thebanos: præsertim quum propter controuersias uicini agri, subinde bellicæ inter urbes dissensiones excitarentur. Sed tamen, postquam Philippus Amphissensi successu elatus, in Elateam subito fecit impetum, & Phocidem occupauit: perterritis Atheniensibus, & audente nemine suggestum consendere: nec habente quid dicendum esset, in silentio & inopia consilij: progressus solus Demosthenes, autor fuit coniungendi cum Thebanis. Et quum cæteris in rebus confirmasset, atque, ut solebat, in spem erexisset populum, legatus unà cum alijs Thebas missus est. Misit & Philippus, ut Marfyas ait, Amyntam & Clearchum Macedones, ac Daochum * & Thrasydæum Thessalos, qui contradicerent. Ac utilitatis quidem ratio non latebat Thebanos, sed ob oculos quisque habebat belli clades, quum recens accepta Phocensia uulnera nondum confanassent. sed oratoris uis, ut Theopompus ait, extimulans eorum animos, & laudis studium inflammans, tenebris inuoluit cætera omnia, ut & rationem, & metum, & beneficij memoriam ex animis eijcerent, oratione ad honesti studium, quasi diuino quodam afflatu concitati. Id autem oratoris facinus ita magnum & splendidum extitit, ut & Philippus statim caduceatoribus missis pacem peteret, & Græcia erecta esset, & expectatione futurorum ipsa etiam concitaretur, neque duces solum Demostheni parerent, mandata que eius exequerentur, sed & Bœotorum principes, atque uniuersæ Thebanorum conciones eo tempore non minus quàm Atheniensium, à Demosthene regerentur: cum utrisque charus esset, & autoritate ualeret, non iniuria, neque præter meritum, ut Theopompus pronunciat, sed omnino ita uti decebat. Sed casus quispiam fatalis, ut apparet, in conuersione rerum, qui illius temporis termino Græciæ libertatem concluserat, conatibus eius aduersabatur: multa item futuræ cladis omina extabant, atq; inter cætera terribilia oracula à Pythia edebantur, & antiqua uaticinatio è Sibyllinis libris cantabatur,

*Aeris alta ferar per nubila ceu Iouis ales,
Ne Thermodontis uideam lacrymabile bellum.
Flet uictus, sed uictorem uictoria perdit.*

Thermodon. Thermodontem autem, ferunt riuiulum esse apud nos Chæroneæ, qui in Cephisum influit. Nos uerò, nullum scimus flumen, quod hac ætate sic nominetur: sed eum qui Hæmon nunc dicitur, tunc appellatum fuisse Thermodontem, qui Herculanum fanum præterlabitur, ubi castramentati fuerunt Græci, conijcimus: facta que pugna, sanguine (quod *αἷμα* Græci dicunt) & cadaueribus oppletum fluuium, mutato nomine, sic esse appellatum. Duris autem, negat esse Thermodontem fluuium: sed cum quidam tabernaculum erecturi, circum foderent, eos paruum reperisse lapideam statuam, Thermodontis inscriptione, qui Amazonem uulneratam uulnis

Bellum demenso non pascitur.

Thebanorum cū Atheniensibus conciliatio.

Eloquentiæ uis.

Autoritas Demosthenis.

Fatalis Græciæ libertatis interitus.

Omina atq; oracula.

Thermodon.

Hæmon.

tam uuln's gestaret. Hac de re etiam aliud oraculum, in hanc sententiam cantatum memorant,

*Corue mane Thermo dontis miserabile bellum,
Tunc humana tibi caro pinguis fercula præbet.*

Sed hæc quo pacto se habeant, difficile est arbitrari. Demosthenes autem Græcorum armis fretus, & robore & alacritate tot uirorum hostes prouocantium elatus atque illustris, nec oraculorum haberi rationem, nec uaticinationes audiri passus esse dicitur: sed & Pythiam, ut Philippi studiosam, suspectam habuisse, ac tum Thebanos Epaminondæ, tum Athenienses Periclis commonefuisse, qui talia ignauitæ prætexi existimantes, rationibus usi fuerint. Et hæc nunc quidem uir strenuus fuit, sed in pugna nullo præclaro, aut uerbis suis consentiente facinore edito, relictis ordinibus, turpissimè fugit, atque armis abiectis: nec inscriptionem clypei, ut Pytheas aiebat, ueritus, in quo aureis literis exculptum erat, Quod felix faustum que sit. Ac statim quidem Philippus ob uictoriam læticia exultans, per ebrietatem ad cadauera comestatum iuit, principium que senatusconsulti Demosthenici cecinit, redactum in pedes metricos cum suppositione: Demosthenes Demosthenis F. Pæaniensis retulit. Factus autem sobrius, cum periculi, quo circumuentus fuerat, magnitudinem animo perpenderet, horrebat eloquentiam & uim oratoris, à quo in parua unius diei parte discrimen adire principatus & capitis coactus esset. Penetrarat etiam eius autoritas usque ad regem Persarum, adeò ut literis ad satrapas missis, pecuniam Demostheni dare, & eum potissimum inter Græcos colere iuberet, ut qui retrahere posset, ac Græcis tumultibus detinere Macedonem. Et hæc quidem Alexander post deprehendit, Sardibus literis quibusdam Demosthenis repertis: & scriptura regionum ducum, significante magnitudinem datæ ei pecuniæ. Tum autem, quum eam Græci cladem accepissent, alij oratores aduersæ factionis in Republica, Demostheni insultabant, rationibus postulandis, & accusationibus uexantes. Populus autem ijs criminibus eum non tantum absoluebat, sed & constanter honorabat, & rursus ut bonum ciuem, ad rempublicam capessendam inuitabat. Itaque ossibus è Chæronea allatis, & sepeliendis, laudationem hominum ei mandauit: non humiliter, neque ignauiter euentum ferens, ut scribit, & tragicè uociferatur Theopompus: sed honorando, & ornando maxime consiliario, declarans, se non pœnitere consiliorum. Ac orationem quidem Demosthenes habuit, sed decretis non semetipsum, sed per uices quemque amicorum ascripsit, fatum suum atque fortunam, ut inauspicatam & ominosam uitans, donec fiduciam recepit Philippo mortuo. Perijt is autem, neque diu post Chæronensem felicitatem uixit: id que uidetur oraculum ultimo uersu prædixisse:

Flet uictus, sed uictorem uictoria perdit.

Ac obitum quidem Philippi clam cognouit Demosthenes: sed cum occipere uellet Athenienses, ut ad secutura negocia essent alacriores: prodijt hilaris in senatum, quasi uidisset somnium, à quo magnum quoddam bonum expectaret euenturum Atheniensibus. Neque multo post aderant, qui Philippi nunciarent interitum. Statim igitur sacra faciunt, ob lætum nuncium, & coronam Pausaniæ decernunt: & Demosthenes splendida ueste prodit corona insignis, septimo antè die filia eius defuncta, ut Aeschines ait: qui hac de causa ei maledicit, & odium liberorum obijcit, cum ipse sit mollis & degener, si luctum & lamentationes mansueti pijsq; animi signa esse putat, & tales casus ferre leniter & æquo animo improbat. Ego uerò, an decuerit Athenienses, ob mortem Regis, qui secundis suis rebus eos in calamitate tam mansuetè humaniter que tractarat, coronas gestare, atque etiam sacrificare, non pronuncio. Præterquam enim quòd inuidiosum, minimè etiam generosi est animi, uiuenti honores & ciuitatem decernere: eoq; ab alio interfecto, læticiam non ferre moderatè, sed insultare cadaueri,

Demosthenes oracula negligit.

Frigida bello dextera.

Philippi exultatio & moderatio.

Persicæ largitiones.

Demosthenes etiam post cladem acceptus populo.

Funebris oratio

Demosthenis cautio.

Philippi obitum.

Fisum Demosthenis somnium.

Exultatio Atheniensium.

Reprehensio Atheniensium cum excusatione Demosthenis.

cadaueri,

cadaveri, & triumphare, perinde ac si ipsi rem fortiter gessissent. Sed quòd domesti- cum casum & lacrymas & lamentationes mulieribus reliquit Demosthenes, atque ea egit quæ è republica esse putabat, laudo, et civilis ac uirilis animi esse puto, semper rempub. spectantem, casusq; domesticos & negocia posthabentem: reipublice mul- to magis tueri dignitatē, q̄ histriones faciūt, qui regū & tyrannorū personas repre- sentāt: quos uidemus nec plorare, nec ridere, ut ipsi uolūt: sed, ut actio postulat, pro- ratione argumenti. Præterea si non committendum est, ut calamitosus sine ulla con- solatione malo suo conflicteretur: sed & uerbis leuādus est dolor, & animus ad iucun- diores cogitationes traducēdus, ut eos qui ex oculis laborāt, à splēdidis et solidis ad uirides & molles colores uisum conuertere iubent: unde cōsolatio melior petetur, q̄ si quis in patriæ calamitatibus, communia mala cum domesticis contemperet, atq; ita deteriora melioribus obscuret. Atq; ad hæc dicenda eò commoti sumus, quòd multos uidimus frangi uerbis Aeschinis, atq; effceminari ad commiserationem. Vi- bes autem rursus, Demosthene concitante, sese coniūgebant. Ac Thebani aggressi præsidium Macedonicum, multos sustulerunt, quum eis Demosthenes arma com- parasset, & Atheniēses ut opem eis in bello laturo se parabant, & pro suggesto regna- bat Demosthenes, & ad Asianos regis Persarum satrapas scribebat, atq; inde bellū Alexandro concitabat, quem & puerum & Margiten nominabat. Sed cum, regno domi constituto, ipse cum exercitu Bœotiam ingressus esset: tum Atheniensium re- secta est audacia, tum restinctus ardor Demosthenis, tū Thebani ab his deserti. suo Marte commisso prælio, urbem amiserunt. Athenienses igitur magnis terroribus cir- cumuenti, Demosthenem unā cum alijs ad Alexandrum, legatum miserunt. Sed is regis iram ueritus, è Cithærone retrò celsit, omiſsa legatione. Statim autem Alexan- der missis legatis, decem, ut Idomeneus & Duris: octo ex magistratibus, ut plurimi & probatissimi referunt, dedi sibi postulauit, hos nimirum: Demosthenem, Polyeu- ctum, Ephialtem, Lycurgum, Myroclē, Damonem, Callisthenem, Charidemum. Atq; eo tempore Demosthenes fabulā de ouibus recēsiuit, eas lupis canes dedidisse: se quidem & suos canibus pro populo propugnantibus, comparans: Alexandrum autem *μολύβδης*, hoc est, lupum solitarium appellans. Præterea mercatores, inquit, uidemus, cum specimen in patella circumferunt, paucis granis multum frumētū uen- dere: sic non animaduertitis uos, dum nos deditis, uosmetipsos omnes unā dedere. Hæc Aristobulus Cassandrensis commemorat. Deliberantibus autem Atheniensibus, Demades acceptis quinq; talētis ab hominibus, pollicitus est se legationē obi- turum, & deprecaturum apud regem pro eis, siue eius amicitia fretus, siue sperans se eum iam saturum reperturū, tanquam leonem cæde fatiatum. Persuasit ei certē De- mades, & uiros illos excusauit, & rempublicam reconciliauit. Digressio Alexandro, magni erant isti: Demosthenes autem obscurus & humilis. Cum autem Agis Spartanus se commouisset, rursus paululum & ipse se cōmouit: ac postea quieuit, cū nec Athenienses correxissent, & Agis cecidisset, & Lacedæmoniorū uires fractæ essent. Sub id tēpus etiā in forū deducta est actio in Ctesiphontē de Corona, scripta quidē Charonide prætorē paulo ante cladē Chæronēsem, sed decennio pōst dijudicata, sub Aristophonte: quæ fuit ita celebris, ut nulla causa publica, tū ob gloriā oratorū, tum ob iudicium generositatem, qui Demosthenis exagitationibus, tū potētissimis, ut Macedonum studiosis, suffragia damnando Demosthenenon condonarunt: sed eum ita splendidē absoluerunt, ut Aeschines quintam suffragiorum partem non fer- ret. Is igitur statim ex urbe se proripuit, & uitam Rhodi atq; in Ionía docēdo exegit. Non multo autem pōst fugam cœpit Harpalus ab Alexandro, & Athenas uenit, tum quòd ob luxum res suas male se habere erat conscius, tum quòd Alexandrum iam fauientem in amicos metuebat. Quum autem ad populum confugisset, unaq; cum pecunijs & nauibus sese dederet: cæteri oratores statim in diuitias coniectis o- culis, cum adiutabant, & consuadebant Atheniensibus, supplicem & recipiendum esse, & conseruandum. Demosthenes autem principio autor erat repellendi Harpa- li: & cauere iubebat, ne urbem in bellum conijcerent, nulla necessaria & iniusta de causa. Paucis diebus pōst, cum pecuniæ perquirerentur, atq; Harpalus eum uidisset delectari

Græci denud à Demosthene cō- citati.

Thebarum ex- cidium.

Legatio ad A- lexandrum mis- sa. Oratores ab A- lexandro po- stulati.

Fabula de ouib.

Demades conser- uat oratores.

Agis.

Actio de Coro- na.

Harpali largi- tio Demostheni occasio exily.

obstant regio
pendus au
nam pene
mox ta cē
adum hor
um mē gane
præsidium
pōtē lana & u
dicere inn
gangina cor
conspicam an
si emultra
miles, cum qu
paratio eius
uenas, & ade
tū eras, quod
uenerat Theop
Atheopagnic
uendos. Cur
quingua
uam, & ob co
uolūdes alios fel
procul ab ur
ille occultare.
regunt, ut uiaie
grata eum p
m grauitate
m tere grauite
uili amicos rep
uolens, & Acti
uolentane
m dices, sub
uolens infelisi
m qui ad eum
uolens Repu
uolens & con
uolens
uolens impetu
uolens uelare
uolens rem ge
uolens, & Calli
uolens, & cum eius a
uolens cum
uolens, & contene
uolens è Gre
uolens in concio
uolens deret. Fern
uolens inferi,
uolens est, in qua
uolens: Et lac almi
uolens
uolens. Ac plebs
uolens Aeginam ei
uolens

delectari regio calice, & cœlaturam atq; formam considerare: iussit eum, sublato calice, pondus auri aestimare. Admirante autē Demosthene grauitatem, & sciscitante quantum penderet: Harpalus cum risu, Tibi, inquit, talēta uiginti pēdet. & cum primum nox facta esset, misit ei calicem cum uiginti talentis. Peritus scilicet fuit Harpalus uultum hominis auri cupidi cognoscendi, atq; ex oculorum motu & nutu, ingenium indagandi. Neq; enim restitit Demosthenes, sed ictus largitione, non aliter q̄ si præsidium ei esset impositum, in partes Harpali concessit: ac postridie bene ac probe lana & uittis obuoluto collo, in concionem prodijt: ac populo iubente surge re & dicere, innuit: sibi uocem esse intercisam. At homines faceti, non iugina, sed argentangina correptum esse noctu oratorem, dicebāt. Post cum uniuertus populus corruptelam animaduertisset, & eum se defensurum audire nollet, sed & indignaretur, & tumultuaretur: quidam surrexit, eumq; derisit, his uerbis: Nō audietis, Athenienses, eum qui calicem habet: Tum igitur ex urbe ablegarunt Harpalum, ac ueriti, ne ratio eius pecuniæ à se reposceretur, quam oratores diripuisent, strenuē inquisiuerunt, & ædes ingressi, indagarunt, excepta Calliclis Arrenidē filij domo. Solam enim eius, quod nuper uxorem duxisset, atq; sponsa intus esset, perquiri nō siuerūt, ut narrat Theopompus. Demosthenes autem re seriō suscepta, decretum fecit, rem ab Areopagitico senatu esse cognoscendam, qui quos deliquisse iudicasset, eos esse puniendos. Cum autem senatus in primis eum condemnasset, in iudicium sanē uenit, & quinquaginta talentis mulctatus, & in carcerem coniectus, pudore criminis, ut aiunt, & ob corporis imbecillitatem, quod carcerem ferre non posset, aufugit, cū custodes alios fefellisset, alij elabendi potestatem ei dedissent. Fertur sanē, eum cum non procul ab urbe fugeret, sensisse quosdam ciues sibi inimicos, persequi, ac se uoluisse occultare. Ut autem illi nominatim eum compellarint, & congressi propius, rogarint, ut uaticum à se acciperet, qui ea ipsa de causa domo argentum attulissent, eaq; gratia eum persecuti essent, & hortati sint, ut bono esset animo, & casum illum nō grauiter pateretur: magis etiam euilasse Demosthenem, ac dixisse: Quī possim non ferre grauiter, cum ea urbs mihi deferenda sit, quæ tales habet inimicos, quales in alia amicos reperire difficile est? Exilium tulit molliter in Aegina & Trœzene ferē sedens, & Atticam intuens lacrymis opletus, ita ut uoces eius parum humanæ aut consentaneæ eius in republica iactationibus commemorentur. Dicitur enim ex urbe discedēs, sublatis ad arcem manibus, dixisse, O custos urbis Minerua: Cur uerò tribus infestissimis belluis delectaris, noctua, dracone, & populo? Adolescentes autem qui ad eum accedebant, & familiariter cum eo colloquebantur, dehortabatur à capessenda Republica, dicēs: Si principio duæ sibi uiæ fuissent propositæ, altera ad suggestum & concionem, altera quæ rectā ferret ad interitum, atque ipse mala publicæ administrationis præsciuisset, timores & inuidiam & calumnias et accusationes, se magno impetu eam fuisse iturū, quæ rectā ad necem ferret. Sed enim dum adhuc in eo exilio uersaretur, & Alexander obierat, & Græcia conspirabat rursus, Leosthene strenuē rem gerente, & Antipatrum Lamiaē conclusum, operibus cingente. Ac Pytheas, & Callimedon Carabus, Athenis exulantes, cum Antipatro se coniunxerant, & cum eius amicis & legatis passim obeuntes, uetabant Græcos deficere, & se coniungere cum Atheniensibus. Demosthenes autem, se Atheniensium legatis immiscuit, & contendit, atq; adiutauit, ut urbes communi ope Macedones inuaderēt, & eijcerent e Græcia: atq; in Arcadia Pytheam & Demosthenem conuicia dixisse inuicem in concione scribit Phylarchus, quum alter Macedones, alter Athenienses defenderet. Fertur autem dixisse Pytheas: Quemadmodum eam domum, in quam lac asininū inferē, omnino aliquid habere mali existimamus: sic eam urbē laborare necesse est, in quā uenit Atheniensium legatio. Demosthenes aut inuertit exemplū, ac dixit: Et lac asininū sanitatis gratia inferri, & Athenienses aduenire propter salutem laborantium. His delectatus populus Atheniensium, Demostheni reditum dedit. Ac plebiscitum Demon Pæaniensis fecit, Demosthenis consobrini, et triremis in Aeginam ei missa est: E Piræeo autē in urbem ascendit, omnibus et principibus et sacerdotibus comitantibus: sed et cæteris simul omnibus ciuibus obuiā proceduntibus,

Argentangina.

Sponsa uerecundia.

Damnatio.

Vincula.

Fuga.

Inimicorum benignitas.

Exilij molestia.

Querela de iniquitate populi.

Demosthenes exul, patriæ patronus.

Lac asininum, Atheniensium legatio.

Honorifica Demosthenis reuocatio.

deuntibus,

eum non ueneno, sed benignitate & prouidentia deorum immortalium, Macedo-
num crudelitati esse creptum, morte celeri, & haud molesta. Obijt autē x vii Cal.
Novembris, quo die religiosissimum Cerealiorum diem agentes mulieres, apud di-
uam ieiunant. Ac ei paulo post, populus Atheniensis, ut pro dignitate gratiam refer-
ret, tum aeream statuam erexit, tum natu maximo in eius familia uictum in Curia de-
creuit, tum celebrem illam inscriptionem basi statuæ addidit:

*Si magni uires animos Demosthenis æquent,
Haud Macedum possit Græcia Marte premi.*

Nam qui ipsum Demosthenē hoc fecisse dicunt, uenenum in Calauria hausturū,
ineptē nugantur. Paulo autem antē quā nos Athenas ueniremus, tale quiddam ac-
cidisse fertur: Miles qui à duce ad iudicium quoddam uocabatur, quantum auri ha-
buit, in statuæ manus imposuit: quæ ita erat facta, ut digitos inter se implexos conti-
neret. & iuxta platanus non magna enata erat, ex ea multa folia, siue à uento fortuitò
deiecta, siue ab eo ipso qui aurum deposuerat, passim eodem in loco iacentia coar-
ceruata, effecerunt, ut latèret aurum tempore non paruo. Vt autem homo is reuersus
id reperit, & ea fama sparsa est: homines ingeniosi argumēto inde sumpto, epigram-
matis inter se de abstinentia Demosthenis assidue certarunt. Demadem autem non
diu fruētē adolēcente gloria, Demosthenis ultio perduxit in Macedoniam, ab ijs
quibus turpiter assentabatur, meritò interiturū. quibus quum iam antea inuisus es-
set, tum in crimen incidit ineuitabile. Literæ enim ei exciderant, quibus Perdicā hor-
tabatur, ut Macedoniam inuaderet, & seruaret Græcos, ut qui à putri & uetere sta-
mine (Antipatrum autem innuebat) pendērent. Ea re Cassander, accusatore Dinar-
cho Corinthio, iritatus, in eius sinu filium iugulauit, ac tum demum ipsum tolli iussit
ē medio: & in maximis malis docuit, Proditores semetipsos primos uendere, quod
sæpe prædicente Demosthene nō crediderat. Ac Demosthenis quidē, Sossi, uitā ha-
bes, quantū nos uel lectiōe uel auditione per manus tradita cognoscere potuimus.

Honores post o-
bitum.

Aurum in statuā
Demosthenis ser-
uatum.

Demadis interio-
tus.

Proditorū con-
ditio.

VITA DEMOSTHENIS ALITER A PLUTAR-
cho adolēcente, ut uidetur, congesta potius quā digesta: quam qualis qualis
est, tamen non esse omittendam censuimus.

Demosthenes, Demosthenis F. & Cleobulæ, filiæ Gylonis, è Pæaniensi muni-
cipio, relictus à patre pupillus septennis, cum sorore quinquenni, quandiu sub
tutela fuit, cum matre uixit, atque Isocratem audiit, ut quidam dixerunt: sed ut pluri-
mi, Isæum Chalcidensem, qui erat Isocratis discipulus, uiuentem Athenis. Studiosus
fuit Thucydidis & Platonis philosophi, à quo eum quidam in primis eruditum esse
ferunt. Vt autem Hegesias Magnes refert, pædagogum orauit, ut Callistratū * Em-
pædum Aphidnæum, probatum oratorem, qui & magister fuit equitum, & Mercurio
Forensi aram dedicauit, quum is ad populum uerba facturus esset, audire liceret:
eoq; audito, eloquentiæ amore captus est. ac eum quidē, dum fuit Athenis, exiguo
tempore audiuit. Quum uerò is exulatum isset in Thraciam, & Demosthenes ex e-
phebis excessisset: tum se ad Isocratem & Platonem contulit. Deinde Isæo etiā qua-
driennium in ædes suas recepto, semetipsum exercuit, eius orationes imitando. Cte
sibi autem autor est in libro de Philosophia, eum per Calliam Syracusium Ze-
thi Amphipolite, per Chariclem Carystium, Alcidasantis orationes natum, in eis
se exercuisse. Adultus, quum à tutorib. pauciora recepisset, eos tutelæ reos fecit, Ti-
mocrate prætore, numero tres: Aphobum, Therippidem, Demophontem aut De-
meam: & hunc potissimum accusauit, quod auunculus suus esset: & singulas actio-
nes decem talētis aestimauit, & reos peregit: sed iudicatum non exegit, alijs pecunia
accepta, alijs gratuitò absolutis. * Quum autem Aristophon ob senectam patrocini-
um iam deseruisset, ædilis etiam factus est: & Midiam Anagyrafiū, à quo in thea-
tro in ædilitate plagas acceperat, in iudicium adductum, tribus millibus drachmarū
acceptis, periculo liberauit. Aiunt eum, adolēcentem etiamnum, in antrum ingres-
sum, dimidia parte capitis rasa, studuisse, ne egredereē: & in angusto lectulo dormis-
se, ut celeriter surgeret: atq; ita se exercuisse, ut dicendi laborem ferre posset. & quū
d 2 humerum

Magistri.

Actiōnes.

Exercitationes.

humerum in declamando indecore moueret, pepulisse id uitium, suspenso uerit: aut, ut quidam tradunt, ense de lacunari, ut ob plagæ metum quiesceret. In progressu autem facultatis eloquentiæ, speculum sua magnitudine sibi cõparauit, & in id intuens declamauit, ut uitia corrigeret. & ad Phalericum descendit, atq; ad fluctuum impetum declamauit, quo minus, si quando tumultuaretur populus, percelleretur. Cum autem spiritu esset infirmiore, Neoptolemo histroni decies mille drachmas dedit, ut integras conuersiones citra respirationem recitare disceret. Postquã ad rempub. accessit, ciuibus in duas partes diuisis, atq; alijs Philippo studentibus, alijs libertatẽ defendentibus: eam factionẽ quæ Philippo aduersabatur, elegit, perpetuoq; fuit autor, ut populus ijs quib. à Philippo periculũ imminabat, opẽ ferret: atq; in hac refocios habuit Hyperidem, Nausiclem, Polyucum, Diotimũ. Quare etiã Thebanos, Eubœenses, Corcyraeos, Corinthios, Bœotos, & præter hos alios cõplures, ad societatem Atheniensium adiunxit. Cum in concione aliquando excidisset, & mœstus iret domum, Eunomus Thriasius homo prouectę ætatis, eum confirmauit: sed in primis Andronicus histrio, quum diceret, orationes esse bonas, sed actionem eis deesse, & quẽdam pto concione ab eo dicta recensuit. Ea re adductus Demosthenes, Andronico se tradidit. Vnde quum rogaretur, quid in eloquentia primum esset? actio, respondit: quid secundũ? actio: quid tertiu? actio. Rursus in cõciones progressus, quũ nouẽ quẽdam pronunciaisset, explosus est, & ab Antiphane Comico exagitatus, & Timocle,

Administratio
reipub.

Actio.

Iururadum in
solens.

Eubulides.
Lamachus.
al Mirrbenæo.

Philippi de Demosthene iudicia.
* pro πικτινῶν
legendum uideatur πικτινῶν.

Olynthij.

Noticia.

Aeschines.

Thasus.

Absolutio.
Fuga è prælio.

Liberalitas.

Bxactio.

Corona.

Harpalus.

Per terram, per fontes, per fluuios, per amnes. Cum hoc modo iurasset apud populum, tumultum commouit. Iurauit etiam per Aesculapiũ, nec ἀσκληπιός, sed acuta antepenultima, ἀσκληπιόν pronunciauit: atq; ostendit rectẽ se dicere. esse enim deum illum Ἴπιος, hoc est, propitium: atq; ob hoc sæpe explosus est, sed institutiõ eius Eubulidæ dialectici Milesij, correxit omnia. Et profectus etiam in Olympicam celebritatem, auditoq; Lamacho * Therinaeo, Philippi & Alexandri laudationẽ recitante, Thebanos aut & Olynthios perstringẽte: cõtra eum surrexit, ac recitatis ueterũ poetarũ testimonijs de reb. Thebanorũ & Olynthiorũ bene gestis, effecit, ut Lamachus & taceret, & è celebritate aufugeret. Philippũ etiam aiunt, quũ Demosthenis cõtra ipsum habitæ orationes ad eum afferrentur, dixisse: Ego, si dicentem Demosthenem audiuissem, & ipse eum ad bellum mihi inferẽdum delegissem. Ac Demosthenis orationes militibus, propter * bellicam uim: Isocrateas pugilibus comparabat, quod oblectationẽ theatralẽ afferrent. Si à Dexitheo ad Callimachũ numeres, quo prætorẽ Olynthij, quum bello à Philippo premerentur, legatos auxilia petitũ miserunt, annos septem & triginta natus, persuasit, ferendam esse opem. Anno sequente, quo Plato obiit, Philippus Olynthios euertit. Notus fuit & Xenophonti Socratico, uel adulescens, uel adultus. Is enim libros de rebus Græcorum, & prælio ad Mantineam * Chariclide prætorẽ absoluit. hic uerò antè sub Timocrate tutores reos peregerat. Cum Aeschines post damnationem solum uerteret, eum equo persecutus est. Is uerò quum putaret se comprehendĩ, procidit, atque faciem obtexit: eum e-rexit, ac consolatus est, & argenti talentum ei dedit. Autor populo fuit, ut Thasi peregrinum militem aleret, & ea de causa trierarchus abiit. Frumentator creatus, & peculatus reus factus, absolutus est. Philippo Elateam occupante, & ipse cum ijs qui ad Chæroneam pugnarunt, egressus est, atque ibi deseruit ordinem. Cum autem inter fugiẽdum chlamys rubo adhæsisset, conuersus, ζῶρα clamauit: hoc est, uium cape. In clypeo bonæ Fortunæ insigne gessit, sed funebrem tamen orationem de interfectis habuit. Postea urbis instaurandæ munere suscepto, & murorum curator delectus, de suo argentum quod insumptum erat, contulit, centum minas. Largitus est & sacrorum curatoribus decies mille drachmas: & trireme conscensa, & circumuectus argentum à socijs exegit: quibus de causis sæpe corona est donatus, prius à Demomele, Aristonico, Hyperide, aurea corona. Postremò à Ctesiphõte. Quod decretum quum à Diodoto & Aeschine uiolatarum legum esset accusatum, ita se defendit, ut uinceret, & accusator quintam suffragiorum partem non ferret. Post, quum Alexander expeditionem in Asiam moueret, & Harpalus cum pecunijs Athenas confugere

DEMOSTHENIS VITA.

in foro, Gorgia prætor: quum ei dona hæc Demochares nepos petiisset. cui & ipsi rursus filius Laches Democharis, Leuconensis, dona petijt, Pytharato prætor de-
cennio post * in statuæ basim in foro, & uictū in Curia tum ipsi, tum ex familia eius
semper natu maximo, & principem in omnibus ludis locum: & decreta de utroque
facta, inscripta sunt. Democharis autem statua in curiam translata est, de qua supra
diximus. Feruntur eius orationes genuinæ sexaginta quinque. Quidam dicunt eum iu-
xuriose uixisse, tum muliebri ueste utentem, tum subinde comestantem: atque ex eare
Battalum cognominatū. Alij per diminutionē, à nomine nutricis, hoc conuictū in
eum dictum esse aiunt. Diogenes canis conspicatus eum aliquando uerecundantē
in caupona, & intrò se proripientē: Quo magis, inquit, processeris, eo magis intus e-
ris. Quin & hoc dicitur eum taxabat: In orationibus Scytham, in prælijs urba-
num esse dicens. Accepit & ab * Alphiato, uno è magistratibus, aurum, qui lega-
tus ad regem Persarum missus, clam pecuniam attulerat: qua inter proceres distri-
buita, bellum Philippicum accenderet. Priuatim etiā aiunt eum à rege ter mille Dari-
cos muneris accepisse. Anaxilam Oritam quendam, hospitem suum, cōprehensum
torfit, ut exploratorem. Qui cum nihil fateretur, decreuit eum undecimuiris esse tra-
dendum. Cum Athenienses eum aliquando in concione dicere prohiberent, pauca
se dixit apud eos uelle dicere. Cum igitur tacuissent: Adolescens, inquit, æstiuo tem-
pore Megara profecturus, conduxit asinum. Circa meridiem autem in maximo ar-
dore solis, eorum uterque subire umbram asini uoluit, atque alter alterū prohibuit: hic
se locasse asinum, non umbram, dicens: is uerò qui cōduxerat, se omnem habere po-
testatem. His dictis, abibat. Detinentibus autem eum Atheniensibus, & rogantibus,
ut sermonem concluderet: Itā ne, inquit, de asini umbra uultis audire, de graui-
bus autem rebus differentē non uultis? Cum Polus histrio aliquando ad eum dixisset, se
bidui certamine talentum meruisse: Ego uerò, inquit, quinque talenta unius diei silen-
tio. Cum aliquando in concione irrauisset, atque exploderet: De histriionibus, inquit,
è sono: de oratoribus, è consilio est iudicandū. Cum Epicles ei obiecisset perperuas
meditationes: Puderet me, inquit, cum tanto populo fradeam, temerè uerba fundi-
tare. Memorant eum non extinxisse lucernam ad annum ætatis usque quinquagesi-
mum, * ut perpoliret suas orationes: & ipse ait se aquam potare solitum. Cognouit
eum & Lyllias rhetor, & Isocrates uidit rempub. administrantem usque ad Cheronen-
sem pugnam, & quidam è Socraticis philosophis. * Plerasque orationes habuit
extempore, quum apto esset ad eam rem ingenio. Primus ei decreuit
auream coronam Aristonicus Nicophanis F. Anagy-
rasius, * intercessit Diondas.

Orationes.

Luxuriæ cri-
men.

Diogenis dicitur.

Persicæ largiti-
ones.

Anaxilas.

Fabula de asini
umbra.

Silentium quinque
talentum.

Rarus oratoris.

Lucubrationes.

* ἀπὸ ἀντιοχ-
οῦ.

* ἐπιπέλας.

DEMOSTHENIS VITAE, PLUTAR-
cho autore, Finis.

...pos perisset...
...ph. tum ex...
...et de...
...Quam...
...melanem...
...uticis...
...quando...
...fieri...
...ritam...
...ibus...
...inter...
...m a...
...m suum...
...undecim...
...ere...
...ens...
...aurem...
...alteru...
...se omni...
...entibus...
...sunt...
...do ad...
...tenta...
...e...
...ob...
...n...
...tatis...
...are...
...tem...
...p...
...us...
...Angy.

A B.



max. postularis:
dubitemus a
tuncum esset) ex
non orationū pe
riat Demosth
ne cuius hęc ipse
nim mentendur
gloriarum appe
tam, quod Gyl
era Pontum ha
sternis mater Cl
Seythum, Barba
ipore admodum
negalestram qui
Vnde etiam adu
Memorat enim
fura muliebribu
equo molles & e
peris ad eloquen
or Atheniensis. E
Demosthenes pr
impetrata, audito
superuacanea con
lumptra, statim a c
tate: quos tamen
tutorias, quid
dicitate ab Orate
si quod genus or
re, ab illo corre
possit scribere.
per recentem adh
est. Post eas causas
Deinde relicto eo
magistratus & ren
lulum, & spiritus
receptissimus, p
rogatus, quid el
morem uideri de
bat, ut minus aptus
autormodabat, &
bementi uento ob
est, & sonitu mari

LIBANII RHETORIS AD PROCONSULEM

MONTIVM, QUI SIBI AB EO ET VITAM DEMOSTHENIS,

& omnium Orationum eius argumenta scribi iusserat, Præfatio,

Hieronymo Vuolfio interprete.



VVM, præstantissime Proconsul Monti, ut Homericus ille Astero-
pæus, in eloquentiæ facultate ambidexter, & in Romanorum sermone
principatum teneas, eorumq; doctrinæ palmam extra controuersiam
lis adeptus: & ne græca quidem negligas, ut qui in his quoq; propter
ingenij magnitudinem possis excellere: sed cum in alijs scriptorib. uer-
seris, tum uerò in præstantissimo græcorum Oratorum Demosthene:
ac proinde à nobis, ut orationum eiusdem argumenta tibi conscribere-
mus, postularis: haud inuiti mādato paremus, gnari plus in eo honoris esse quàm laboris.
Auspicabimur autem scriptum hoc à uita ipsius Oratoris, non totam eam (quod superua-
caneum esset) exposituri, sed ea tantum allaturi in medium, & excerpturi, quæ ad plenio-
rem orationū perceptionem & intelligentiam profutura uideātur. Demosthenis igitur pa-
ter fuit Demosthenes, qui uidetur inculpato genere ortus, ut & Aeschines inimicus testa-
tur, cuius hæc ipsa uerba sunt: Ei pater fuit Demosthenes Pæaniensis, uir ingenuus, nec e-
nim mentiendum est. Is cum officinam seruorum haberet qui gladios faciebant, inde fabri
gladiorum appellationem habuit. sed maternū Oratoris genus nō purè fuit, ut ferūt, At-
ticum, quod Gylon auus Demosthenis, cum Athenis ob proditiōnis crimen exularet, &
circa Pontum habitaret, ibi mulierem Scythicā uxorem duxerit, è qua nata fuerit Demo-
sthenis mater Cleobule. Id quod ei cum alijs exprobrarunt, tū Aeschines, qui eum dicit esse
Scytham, Barbarū græca lingua utentem. Atq; hæcenus de genere eius. Pupillus autem
à patre admodum adolescēs relictus, corpore fuisse dicitur imbecilli & morbido, adeò ut
ne palestram quidem frequentaret: id quod omnium Atheniensium filij facere solebant.
Vnde etiam adulto mollicies ab inimicis obiectabatur, & Battali cognomen tribuebatur.
Memorant enim quendam fuisse Battalum, Ephesium tibicinem, qui primus calceis in
scena muliebribus furerit usus, & modis eneruatis, qui que artem omnino effœminauerit.
à quo molles & effœminatos Battalos nominarint. Magnus autem & uehemens ille im-
petus ad eloquentiam, hinc fertur in Demosthene excitatus: Callistratus clarus fuit ora-
tor Atheniensis. Eo causam quandam publicam acturo (illam aiunt de Oropo, nisi fallor)
Demosthenes præfectum sibi famulum orat, ut ueniam daret accedēdi ad iudicium: qua
impetrata, auditoq; Callistrato, sic affectus est, ut ad illa hora omnia præ eloquentia, tanq̃
superuacanea contemneret: præceptore usus Isæo, admodum perito oratore. Toga uirilī
sumpta, statim actionem contra tutores instituit, qui rem eius familiarem malè administra-
rant: quos tametsi uicit, tantum recuperare tamē haud potuit, quantum amiserat. Oratio-
nes tutorias, quidam non Demosthenis, sed Isæi esse dicunt, quòd incredibile putant eas
illa ætate ab Oratore potuisse scribi (fuit enim annorum XVIIII. cum causam illam egit)
& quòd genus orationis Isæum referre uideatur. Alij censent, cōpositas esse à Demosthe-
ne, ab Isæo correctas. Neq; uerò mirum est, Demosthenem ea etiam ætate tales orationes
potuisse scribere. Nam secuta deinceps eius excellentia, hoc quoq; credibile facit: & pro-
pter recentem adhuc sub præceptore exercitationem, stylum illius multis in locis imitatus
est. Post eas causas, paululum ætate cum processisset, docere artem Rhetoricam instituit.
Deinde relicto eo uitæ genere, in foro causas egit: atq; ijs uelut exercitationibus usus, ad
magistratus & rempublicam accessit. Illud etiam prætereundum nō est, eum natura fuisse
balbum, & spiritu imbecilliore. Propter quæ utraq; fiebat, ut in actione & pronuntiatio-
ne ineptissimus, principio nullam in dicendo approbationem consequeretur. Quare in-
terrogatus, quid eloquentia esset, actionem esse respondit: grauius ferens, se propter eam
minorem uideri deterioribus. sed & hæc studio correxit, & si quibus alijs incommodis fie-
bat, ut minus aptus ad gerendam rempublicam uideretur. Etenim primū populi tumul-
tus formidabat, & facile percellabatur, adeò ut statim cederet: proptereaq; dicunt, eum ue-
hementi uento obseruato, & mari admodum commoto, in littore ambulans, uerba fe-
cisse, & sonitu maris audiendo consuefecisse se, ad ferendos populi aduersos clamores.

Natales Demo-
sthenis.

Educatio.

Battali cog-
nomen.

Eloquentiæ stu-
dium.

Actiones tuto-
ria.

Uitæ genus.

Incommoda na-
tura industriis
correcta.

a Memorantur

standa, se non ut Olynthiorum studiosum uerba facere fingit, sed ipsorum auditorum & Atheniensium defendere utilitatem. Ac tractationē apparet Demosthenē, è duab. illis, quas dixi cōcionibus, in hāc Olynthiam transfuisse. Attētiō enim fit auditor, cum ut de suis rebus, suisq; utilitatibus consultari audit. Quantū igitur ad artificium attinet, magna est huius orationis & cōcionū illarū similitudo. Neq; enim uel Corcyrae uel Lesbij tam de sua utilitate uerba facere uidentur, q̄ de utilitate audientiū: neq; Demosthenes Olynthios, quibus patrocina-
 tur, defendere uideri uult, sed publicam utilitatem, atq; id quod futurū sit è republica. Atq; etiā ordinem capitum deprehēdes institutum ad imitationem concionis Corinthiorū: in qua & ipsa, Thucydides cum excitare uellet auditorem, non potentiam exaggerat Atheniensium, sed criminatur institutum & animum & calliditatem, qua in republica Græcorum administranda utantur. Demosthenes item illud idem factitans, passim rerum gerendarum cupiditatē Philippi inculcat, ac tempestiuā ac seriam negociorum susceptionem, neq; copijs eius, neq; uiribus multum tribuens: ut hoc caput illi capiti multis modis respondeat. Quin & ab occasione exhortari, Thucydideum est, eiusdemq; cōcionis. Admodū si
 30 milis etiam est hāc oratio concionibus Homericis, quas libro Iliados secundo Ulysses & Nestor ad Achæos habent: alter obiurgans, quòd bellum non fortiter urgeant, & monens ut beneuolentia deorum utantur: alter in memoriā reuocans iusiurandum, & fidem Atridis datam. ut & hic: Nunc, inquit, quod omnes iactabant, Olynthios ad hostile Philippi odium concitandos: commonefaciens, eos Olynthijs
 40 auxilia promississe, & quā turpē sit quod promiserint, non præstare. Vt autem quidam in illis cōcionibus diuinas promissiones adducit, & signa & auguria, & deos Græci exercitus esse præsides asserit: sic idē facit in hac oratione Demosthenes, occasiones illas & opportunitates in memoriā reuocans, quas dii sæpe ciuitati præbuerint. ueluti cum: Ac mea quidē, inquit, opinio-
 50 ne, Athenienses, si quis ea quæ nobis diuinitus obtigerunt, rectē aestimet. Proinde oratio hāc partim monet, partim increpat, partim * docet, partim hortatur: ad Homerī & Thucydidis facta concionum imitatio-

nem. Cum autem ei tria aduersentur, & in hac causā impediāt: unum, bellum nō esse domesticū (quid enim ad Athenienses bellum Olynthiacū attinet?) alterum, nec pecuniam quæ militibus detur, in promptu esse: tertium, magnam esse Philippi potentia: hęc utraq; strenuē oppugnat, primum autem illud prorsus etiam sustulit. Ac non alienum esse bellum, sed domesticum, & ad urbem attinere, bifariam ostendit. Vnū & primum est id, quo impellente natura uincuntur omnes, honoris studiū, & principatus. Ostendit enim, bellū pro Olynthijs gerendum, autoritatis eius & principatus, quem olim inter Græcos tenuerint, recuperandi fore principium. Nam penes eos futuram summam rerū in Græcia, si res hæc susceperint. Atq; id his uerbis pronunciat: Præsens certē occasio tantum non edita uoce loquitur, rerum uobis illarū ipsis curam suscipiendam esse, si modò salus earum curæ uobis sit. Nam cum oratio et adhortatio ampla sit, adhortationē occasionī attribuit: Hęc est occasio, inquit, illa, quæ uos uocat & excitat ad recuperationem & conseruationem rerum illarum, si salutem earum curatis: hoc est, si ciuitati curæ est præesse Græcis, hęc est illa occasio, quæ principatum ciuitati restituat. Altero porro argumento, quod necessitatem continet, iam terrorem etiam audientibus incutit, asserens, Philip-
 20 pum in Atticam penetraturum, ni Olynthij conseruentur: ut de cætero metuentes, rem strenuē gerant. Est autem utraq; probatio Thucydidis, sumpta è Corinthiorū, ut dixi, concione. Nam & ad Græcorū principatum suscipiendum Lacedæmonios hortat Corinthius, idemq; perterrefacit, ostendēdo, Atheniēses rectā in Peloponnesum inuadere: quā rectē necessitatē esse dix-
 40 ris. Atq; hęc hæctenus, ad ostēdendū, bellum ad ciuitatē attinere. At disputationem illam de pecunijs * per obiectionē tractat, & probat, satis multas in promptu esse, modò legem ab Eubulo latam tollere uelint. In quo miraberis tractationem eius, & singulare artificium. Cum enim sciret eam orationem molestissimā esse auditoribus, nec sine summa persuaderi posse difficultate: necessitatem maiorem aliam eis ob oculos
 50 ponit. Ait enim, pēdere tributum oportere unumquemq; non modò diuitum, sed in uniuersum omnium: ut tributum de suo ueritū, legem abolere malint, quæ parum eis
 2 2 afferre

Triā incōmoda Demosthenis.

Bellū Olynthiacū ad rempublicā pertinere.

Comparatio Demosthenicarum cum Homericis orationibus.

Non deesse pecuniam reipublicæ.

is arrisus.

in hoc in q̄

7
 afferre lucelli uideatur. Et hæc pars facultatis Atheniensium partem continet. ac quemadmodum in eo confirmando, bellum ad ipsos attinere, metum ad ipsos transtulit, ut non tanquam de Olynthiis, sed tanquam de semet ipsis deliberarent: eundem ad modum & hic sollicitudinem eis iniicit, ne non modo è publico nihil accipiendum, sed etiam è privato sit aliquid erogandum: ut optione duarum rerum proposita, uel pauca non accipiendi, uel pro tempore, multa, si sit opus, confendi, publicis omiſſis priuata retinere, atque in lucro deputare malint. Ac, mea quidem opinione, duplicis instructionis mentionem fecit, non quod re uera duos mitti uellet exercitus, alterum in Macedoniam, alterum ad Olynthum: sed ut magnitudine sumptuum perterriti, si necesse foret de priuato conferre, toto animo, & quouis pacto pecuniam theatralè missam facerent. Vnum adhuc restat, ordine tertium, quod ei in hac causa incommodet: ea uerò est potentia Philippi. quod incommodum Thucydideo artificio repulit, ut ille in Siculis concionibus, & Isocrates in Panegyrico. Quia enim negare non potest potentiam Philippi, eam membratim diuulsam, atque in particulas minutissimas concisam, oratione fecit minorem: atque ostendit, præfectos uacordes esse, ceteram turbam ei partim insidiari, partim supapte natura esse imbecillem. Id quod ille fecit in potentia Perfarum regis. Non tamen simili ordine usus est in tribus hisce, quibus causam hanc impediri diximus: neque singulis obiectionibus occurrit, sed primum ponit illud, quo probat, domesticum esse bellum tanquam præcipuum: quo progresso, & iam excitatis atque aduersis studiis, dissimulanter obiectionis & absque suspitione mentionem facit. Cum enim sæpe probasset rerum curam suscipiendam, subiicit: Nunc enim quod omnes iactabant, Olynthios concitandos esse in Philippum: eo ueluti tollere uidetur obiectionem. Quis enim amplius alienum dixerit bellum, quod ipsi concitare sæpe instituerint? Est autem hoc ei familiare, ut occultatis iniuriis, à fine ordiatur, si quibus in rebus tanquam confessis, extorquere assensum nititur auditoribus. Nam alia res est, statim pugnare aduersum aliquid controuersum: alia hortari, ut in rebus manifestis, præsertim cum necessitas ostendat impendens periculum, si fœcordes fuerint. Et hæc prima pars est capitum. Alteram uerò partem, que dis-

Duplex instructio.

8 Potentiâ Philippi non pertimescendam.

Ordo Demosthenicus.

Callidi etc.

putationem de pecunia continet, per obiectionem proposuit, cum de pecuniæ facultate loquens: Sed unde, inquit, pecuniæ suppetent? quam quaestionem quod ei difficilima uidebatur, cum approbatione in exordiis usitata proposuit, antè conciliato sibi auditore: atque insuper pollicens, feliciter eis successura omnia, modo pareant. Tertia per obiectionem aperte splendideque adducitur. Summa igitur orationis capita duo sunt, utilitas & facultas. Per utilitatem autem probat, nec alium esse bellum, nec parui momenti. Nam tamen si uideatur in Thracia fore, reuera tamen ad Atticam, ad ipsos Athenienses, ad gloriam, ad honorem eorum pertinere. Idque uariè ostendit, non solum probabilibus & hortatoriis rationibus, sed etiam per contraria, docendo, quantum dedecus, & quantum probum ad rempublicam, rediturum sit, si hoc bello neglecto, de suis opibus, suaque ditione dimicare cogantur. Deinde etiam ab emulatione aduersus hostem: quæ turpe sit, illum propter industriam esse ubique superiorem: Athenienses autem, qui præsertim & deos & fortunam adiutricem habeant, nihil uel semetipsis uel suis maioribus dignum gerere. Atque hæc utilitatis sunt. Facultas autem in utramque partem tractat. inquit enim tam quæ sint domestica uires, quam quæ hostium. Sed domestica cuiusmodi esse queant, & unde pecunia suppetat, cum nimirum de legionibus constet, constet item de equitibus, & satis magnæ sint cum Atheniensium copiæ, tum uerò Olynthiorum: de his tanquam de confessis, omiſſa est disputatio. Sed Philippi potentiam refutat, atque ostendit ruinosam eam esse, propter multas et magnas causas, quæ singulatim significantur. Necesse autem est, ut à capite repetentes, diuidamus orationem, & ostendamus quæ sit eius dispositio & collocatio. In priore igitur exordio perspicuum est, eum illud de pecuniis, unde numerandæ sint militibus, constituere: quod facere solet ad abripiendum auditorem, secunda priora primis collocando. Tanquam enim in confesso sit, pro eis geri bellum, sic de pecunia uerba facit: quanquam prius ostendendum fuisset, nunquid domesticum, nunquid non domesticum esset bellum. Sed ipse hoc professo arripit, à secundis orditur. quod idem & in oratione pro Corona fecit. Antequam enim constituisset, se ne an Ctesiphontem causam dicere oporteret, hoc tanquam indubitatum arripit, ac petit ab auditoribus, ut sibi

III
 Precipua capita orationis. Utilitas.

75 p. 117.
 v. p. potentia ribus. id est, dicit, habet exemplar. Facultas.

Orationis dispositio.

Prior exordij pars.

Oratio de corona.

libi permitat, q
 oratione. Po
 hoc colle innu
 hoc, neq; melio
 Non illa ad or
 ostendens est, &
 minus repellit il
 orationes. Nam t
 oratorum, ac
 orator. Ita priu
 et si facultatis, c
 non pecuniarum
 uis melior con
 habere. Sed sec
 sed quidē, unilit
 pum est, & sente
 neq; Grecorum
 uicere princip
 uis amiserint
 uis parte facul
 opit, mixtum u
 quod quidem e
 tam quæ sequitur
 quæ mihi uideant
 uis continent. I
 uis probet, & c
 uis bellum prius in
 uis uelut in cō
 uis enim, utrum op
 uis et quaestio e
 uis sed illud, utrum
 uis exercitibus
 uis hoc artium cur
 uis magni momen
 uis edum auditorē, t
 uis sunt, quæstio
 uis uis saepe quali
 uis uis ad huc
 uis uis principale si
 uis uis sed cum iam e
 uis uis uis esse arg
 uis uis de his quæ tan
 uis uis collocatio tamē
 uis uis non tam qu
 uis uis ostendens, uel m
 uis uis tractans, quo
 uis uis sese obie
 uis uis ueretur, ne cō
 uis uis uis, & al
 uis uis uis. ob qualia d
 uis uis uis uis, urba
 uis uis uis. Postea hac pa
 uis uis uis uis, legationem
 uis uis uis uis, & societatem

sibi permittat, quo ipse uelit ordine cōtexere orationē. Posterior autē pars eiusdē exordij occultē innuit, eum cōfidere suis rationibus, neq; meliora quenquā esse prolaturū. Nam illa ad omnes oratores prouocatio, confidentis est, & freti suo inuento: quo in primis repellit illas de pecunijs aduersarias rationes. Nam tota illa sententia prouocationis oratorū, ad disputationē de pecunijs refertur. Ita prius exordium simul et utilitatis est, & facultatis, cum prior sententia necessitatem pecuniarū innuat: altera prouocet, si quis meliorē comatus rationē queat ostendere. Sed secundū exordium innuit illud quidē, utilitatem. nam à glorioso sumptum est, & sententiā de principatu continet, eos Gregorū esse patronos oportere, et uēdicare principatū, atq; recuperare, quem dudum amiserint: nihilominus tamē etiam innuit partē facultatis. Proinde pro natura capitū, mixtum utrumq; fuerit exordium: quando quidem et capitū mixta est natura. Iam quæ sequitur ab hoc loco: Sunt igitur quæ mihi uideantur, hæc: accessum ad facultatem continent. Priusquā enim utilitatem aperte probet, & demonstrat, domesticum esse bellū: prius inserit orationem de facultate, ut uelut in cōfessis sursus cōcludatur. Nec enim, utrū opitulari expediat, nec ne, prima ei quæstio est, sicut natura suapte esset: sed illud, utrum urbanis copijs an peregrinis exercitibus sit utendū. & in uniuersum hoc artificium ostendit, in urgentibus & magni momenti rebus, semper ui arripendum auditorē, nec de his quæ potestate prima sunt, quæstionem faciendā, sed de secundis sæpe: quasi confessā illa sint, hæc dubitationem adhuc admittat. Neq; tamē uel ipsum principale sine confirmatione relinquat: sed cum iam occupasset auditorem, & probatum esse argumentū uideret, tum etiam de his quæ tamēli natura præcedunt, collocaione tamē secunda sunt, suadere instituit, non tam quidē docens, quā uel reprehendens, uel monens: ac eos deniq; sic ubiq; tractans, quod & hic fecit. Statim autem in initio sese obiectioni opponit. Quia enim ueretur, ne cōductio exercitū rursus utatur ciuitas, & aliquod usitatum effugium querat, ob qualia & socij perierāt: succidit obiectionem, urbanum auxilium mitti iubens. Postea hac parte absoluta, statim subiungit, legationem ad Olynthios mittendam, & societatem eis promittendam.

Estq; in toto argumento notatu dignum, cum serē omnes, qui ante nos Demosthenem enarrarūt, * de legatione dixerint: contra eum statuere, mittendam esse legationem: & rationem, propter quam legati mittendi iam necessariò sint, subiicere, quòd Philippū fallere, atq; aliquid de rebus subtrahere posse, prætexit. Ac opinetur sanē aliquis, ad utilitatem pertinere hoc de legatis mittendis. Confirmat enim, expedire ut legati mittantur. neq; errarit aliquis si dixerit, ab hoc loco adduci utilitatem tanquam aduersus obiectionem, quæ paulo post proferenda sit. Causæ tamen omnes & confirmationes, facultatis erunt. Facit autē idem & Thucydides, qui capita ubiq; implicat, idq; inuenies in hac oratione. Eisdē enim sententias & utilitatis & facultatis esse dicas. Admiratione autem digna est eius solertia, qui terrorem quendam admirabilem incutiat audientibus, commemorādis moribus Macedonis, non uiribus: quorum alterum efficit, ne magnitudine terrorum de rebus desperent: alterū eos excitat & commouet ad idem institutum æmulandum. Deinde quibus terret, per ea ipsa rursus consolatur: facile deprehendi posse ostendens ingenium Macedonis, proptereaq; iam non facile fraudibus circumuentum iri Olynthium: id quod & Thucydides facit in concione Corinthiorum. Quibus enim rationibus reprehendit, iisdem rursus laudat, & increpationibus commendationem miscet, & terret & hortatur, & laudat & obiurgat, contrarijs rebus concionem pertexens. Deinde ueluti relictis Philippi terroribus, rursus ad eosdem redit. Prodest enim auditorem nō celeriter metu liberari. Quæ eadem & Corinthius continenter facit aduersus Lacedæmonium. Cum autem eum etiam auditorum ignauia sollicitet, ubiq; occasionē inculcat, qui est locus facultatis hortatorius: nullam eis remissionē concedens, aut ignauia causam: & ut eodem modo rebus intenti sint, quo Philippum res suas tractare uideant, postulans. Cum utilitatem nomino, facultatem etiam uolo intelligi. Hæc enim omnia cum utilitatis sint, nihilominus etiam sunt facultatis. Nusquam uerò in his illam uideo obiectionem, quam iactare omnes solēt: At Olynthij fidem reip. nostræ non seruarunt? Neq; enim confirmat eos bellum aduersus Philippum non deposituros, nec illius uerbis credituros,

Altera exor
dy parti.

ἐπιτομή πρὸς βέλ-
λοισι: locus mutila
tus.

Terrendi ratio
conducibilis.

Ignauia occasio
opponitur.

Constitit Olyn-
thiorum curia
sa mentio.

aut fideles futuros esse probat: sed postquā dixit mittendam esse legationem, & terrorem à Philippo impendētem exaggerauit, eiusq; calliditatem suspectam fecit, ne socios eorum corrumpere: repulso hoc metu, & ostenso, irrita fore Philippi aucupia, si modò legati Atheniensium aduenerint, & promiserint auxilium: meritò ad commendationem utitur his uerbis, non quòd excuset Olynthios, sed ut probet, eos Macedo-
 nis imposturis nō cessuros. Id quod & Corcyraus apud Athenienses concionem habens, fecit: *Cum ijdem, inquit, nobis hostes sint, quod est certissimum fidei pignus, atq; hi non imbecilles, sed ijs præditi uiribus, ut eis à quibus deserti fuerint, incommodare possint.* Nam quæ ille Corcyraū pro se dicentē fecit, hæc ipse Demosthenes pro Olynthijs dicit, asserens, nihil amplius Philippi calliditatem ualiturā, ubi legatos republica miserit. Quo pacto igitur hæc ad obiectionem pertinerent, eam, quam enarratores sibi fingunt?

Hæc igitur statuentes.) Hactenus absoluta parte quadam utilitatis, in qua causam, ob quam legatos mittere conueniat, exposuit: & non deceptum iri Olynthios, neq; posse Philippum factū cum eis foedus imminuero, si modò ciuitas rerum curam susceperit, legatosq; miserit, cōfirmauit: in quibus minus utilitas, facultas magis explicata est: deinceps ad aliā partem eiusdē capituli transit, utilitatis inquam, implicans nihilominus hic etiam facultatem. Sed ut in superioribus, facultas abundauit, atq; illic principem locum tenuit: sic in sequētib; utilitas potior est ac prior, facultas posterior.

Nunc enim quod omnes iactabant.) Hæc est refutatio obiectionis illius: Atqui bellum nihil ad nos attinet, quam nō posuit, propter id præceptum quod supra tradidimus, ut ne uideatur de rebus dubijs pugnare: & quòd anteuertit auditorem, & ostendit, non fore ut seducantur socij, ut uideantur modò non etiam optasse ut bellum incidere, & bellum sibi esse domesticum cōfessi. Confirmat autem & sequente sentētia eandem refutationem: eos etiam Eubœensibus, tametsi alienis, tulisse opem.

Nam si, cum Eubœensibus opitulati, rediremus.) Etiā in his utilitas antecedit. Increpat enim eorum ignauiam, & negligentiam incensit. Sequitur autē per subintellectionem etiā facultas. Vbi enim eos auxilium et salutem tulisse dicit Eubœensibus, haud obscure ci-

uitatis etiam potentiam ostendit. Operæ-precium autem est, exemplum etiam admirari. Cum enim & Eubœenses uideantur deseruisse societatem, & tamē defensi, propriè & hoc exēplo est usus. Quin illa etiā et utilitatis fuerint, & iustitię simul, & facultatis, ubi eos accusat, quòd prius affectos iniurijs non iuuerint, cum eorum principatū expetant Græci, cum accersantur à Pydnæis, cum Potidæatæ semetipsos & urbem eorum fidei committant. Vbi uerò eos ipsos auxisse Philippi opes asserit sua ignauia, simul terret, simul etiam consolatur. Amplificando enim percellit: dicendo autē, eum per eorum ignauiam factum esse magnum, rursus id molitur, ut de timore non nihil remittant, cum in ipsorum potestate futurum sit, eundem rursus deicere. Et sic facere Thucydidem, liquet in concione Corinthiorum. In his uerò utilitas præcedit, cetera sequuntur. Facta autem diuinæ beneuolentię mentione, comprobauit eam per ea quæ non expectasses. Dum enim Thraci calamitates, & Græcarum in Thracia ciuitatum, à diuina beneuolētia esse ortas dicit, potentiam urbis per ea asserit: ut simul & utilitas & facultas implicitæ sint. Et hactenus confirmando progressus est, ciuitatem, cum in eius potestate fuisset principatum recuperare, oscitasse: ac uel nunc, quando pridem factum non sit, eum recuperandum. Per quod ostendit, domesticum esse bellum, siquidem in eo principatus agatur. Quæ hinc sequuntur, necessitatem continent, & ab his uerbis incipiūt: *Sin ô Athenienses, etiam hos homines deseremus.* Terret enim, & ostendit, eos non ita multo post de priuatis opib; in periculo futuros, Philippumq; ordine progredi, quemadmodum & Thucydides fecit in concione Corinthiorum: *Ac nouimus qua uia finitimos aggrediatur Athenienses: sic etiam Philippus, primū Amphipoli capta, deinde Pydna & Thracia, & Paoniibus, Athenienses inuadet, non tanquā obiectioni responderit, ut aliquis existimet qui per speciem refellendi accipiat: Et quid nobis incommodabit Olynthiorum excidium?* Sed cum initio instituisset ostēdere, domesticum esse bellum: deniq; id confirmauit, & à principatu qui sit reipublicæ uendicandus, & ab eo quòd bellum non multo post in Atticam uenturū sit, nisi opem tulerint Græcis qui adhuc in Thracia sint reliqui. Idq; probaturus, obscure innuit, quas clades ciui-

Diuine beneuolentię ostensio.

est ciuitas accep-
 tiam penetr-
 m. utq; prolixè
 rationibus magi
 na parte finita, u
 complexæ sum
 sequente utili
 tatem ordine
 tione ipsa utilita
 tione omni n
 libortationē
 rationibus, tam
 ipeatur ab h
 ratione aliquis, se
 duplicatus. Fa
 cit, tum in rat
 pecuniar copiat
 tione exordio est
 tione ei aperte ac
 tione prius cap
 tione auditoribu
 tum sit, ut unus ex
 os, duos decerni
 tione duntaxat
 tum semper maior
 tione postulat
 tione minora
 tione ut terros
 tione mag
 tione adigat ad the
 tione. Non au
 tione copiar mittat
 tione nec pro
 tione esse mi
 tione ad rationem p
 tione nota d
 tione non im
 tione sed ita tim
 tione de industria
 tione necessitatem
 tione theatralem
 tione de suo confi
 tione etiam in opes. I
 tione Non enim imm
 tione pecunia, ne offi
 tione etiam eandem
 tione appetit cōme
 tione non facit, non c
 tione pendant, f
 tione pecuniam the
 tione. Non autem q
 tione. Est quidē ad
 tione referri debet
 tione sententiam,

ἰπποκλή τῶν ἀσ
παυλίαν

existimanda est obiectio, sententia illa sumpta ab animo Philippi, ut Zeno stultè putauit: sed sententia illa * necessitatem in peroratione colligit. Postquam enim supra docuit, interesse Atheniensium hoc bellum, per secundum illud, quòd uenturus in Atticam sit Philippus Olyntho capta: meritò etiam hic inter concludendum, eorundem meminit. Chalcidica enim gente deleta, & duabus & triginta urbibus captis, qui tandem illi obissent? Ea uerò, quæ ipsi Athenienses bello ad ipsius Atticæ fines translati passuri essent, amplificaturus, bifariâ diuisit, in ea quæ bellum antecedunt, & in ipsum bellum: quid toleraturi sint agricolæ, quid ipsi agri, fumentum inde Atheniensium exercitu ad comitatum necessaria: & quæ

facturi sint hostes in agris, cum necessitate compulsi, tum proteruitate impulsis: afferens Atticæ duplex imminere bellum, alterum à domesticis, alterum ab hostibus. Quibus absolutis, postulat ut queuis ætas, & quoduis hominum genus, & pauperes et diuites & oratores bellum in Thraciam repellant: ostendens non parua lucra ex eo consecutura, nec parum interfore, id fieri. Est autem & tractatio & uarietas consideratur digna. Præcedit enim suasionis ratio, adhortationis statim sequitur. Hoc modo igitur implexa est oratio. Nam suasio est, oratio quæ docet esse aliquid agendum: adhortatio, oratio impellens ad res confessas suscipiendas. Admonitio est, oratio quæ & esse agendum aliquid docet, & modum actionum complectitur.

VLPIANI RHETORIS PRIMAE DEMOSTHENIS ORATIONIS OLYNTHIACAE ENARRATIO,

Hieronymo Vuolfio interprete.



Arbitror uos, Athenienses, magnæ pecuniæ prælaturos.) Obliqua laus auditorum, quum honesta de re agatur: & primus locus est eorum qui ex opinione ducuntur.

Magnæ prælaturos.) Modestum simul et efficax exordium est. Nam uerborum moderatio & ciuilitas beneuolum facit auditorem, & affectum addit orationi. At refutatio obiectio, & sparsim inserta capita, exordium faciunt actiuosum. Nam Demosthenis & Thucydidis maximè proprium est, exordia ducere non modò à capitibus quibus iuuantur: sed & ea quæ obstant, statim in principio amoliri, perquam artificiose & callidè. Sublatis enim contrarijs, & his quæ auditorum animos uelut irretitos tenebāt, expeditis: ea quæ restant eiusmodi sunt, ut contra nihil dici possit. Exordium igitur implicitum est à capitibus utilitatis & facultatis, unde etiam tota oratio propagatur. Sed quia pecunia theatralis eum sollicitum habebat, in initio sensim præparat auditores ad pecuniam contemnendam. quam sententiam grandius elocutus est, dum non simpliciter ait pecuniæ, sed & magnæ. Nam si uestra consuetudo fert, magnam pecuniam aspernari, quanto magis spernetis paruam? Dixit autem, Arbitror, non, persuasum habeo: quod illud uerecundum cum sit, efficit ut assentia

tur auditor: hoc, quoniam affirmatione includit, magis eundem ad repugnandum inclinat. Aliter.

Arbitror uos.) Sententia est: Si quis uobis offerat pecuniam simul & utilitatem, utilitatem statim potius quàm magnam pecuniam arriperetis. Queritur autem, quo consilio statim hac sententia sit usus, qua pecuniam cum utilitate comparet? Respondemus, cum suspectus esset, quasi corruptus largitionibus ab Olynthijs, eorum defensionem suscepisset: uoluisse per hoc eam suspicionem amouere, cum diceret, præponendam pecuniæ utilitatem. sed hæc interpretatio commentitia est. Nec enim dixit, Ego præpono utilitatem pecuniæ: sed, uos id cõfido facere. Alij dicunt, quia creditum sit eum à rege Persarum pecuniam accipere, quæ & ipsa priori similis est expositio. Alij, quia paulo post de tributis cum eis sit acturus, ideo hæc eum dixisse, ut eos in initio faciat animosiores, quæ ut molestia illa moueantur. Sed uerior causa est hæc: quoniam pecuniam militarem, quam habebant Athenienses, nuper theatralem fecerāt, ut singuli ciues binis inde obolis ad spectandum acceptis: alterum ad emendum uictum retinerent: alterum possent architecto theatri penderè (nec enim tunc theatrum habebant è lapidibus constructum) quum postea Demosthenes uellet eam in stipendia militum conuerti, instante iam bello Philippi:

lippico: & uereretur ne statim initio Athenienses offenderentur, si binis illis obolis eos defraudaret: id initio aperte dicere differt, atq; ipsis conijciendum relinquit, cum dicit, utilitatem esse pecuniæ præferendam. Neq; simpliciter dixit pecuniæ, sed & magnæ. Constat autem, si propter utilitatem magnam pecuniã contempturi sint: multo minus eos iacturam binorũ obolorum propter utilitatem ægrè laturos. Sciendũ est autem, publicam illam pecuniã à Pericle primũ theatricalẽ esse factam, propter huiusmodi causam: Quia in magna frequentia spectatorum, tum ciues, tum hospites seditiose de locis contendebant: magistratus Atheniensium ad eas rixas prohibendas, uenalia loca fecerunt. Post diuitibus, loca eminentibus, ad captandum plebis & pauperũ fauorem, ut & ipsis esset unde loca emerent, decretum fecit, ut redditus ciuitatis omnibus 20 ciuibus ad spectacula præberentur. Deinde Apollodoro quodam eandem in stipendia militum denuò cõuertere aggresso: Eubulus, unus è magistratibus, captator auræ popularis, magis sibi deuincire plebis animos studẽs, lata lege capitalem in eum pœnam statuit, qui theatralem pecuniã facere militarem institueret. Quapropter quoties in Philippicis eius pecuniã meminit Demosthenes, suadet tantum, non etiam de scripto pronunciat (quod periculosum erat) legem eam esse abrogandam. Non tamẽ persuasit ut abrogarent, nisi fortè id ipsi postea bello coacti fecerint.

Vos prælaturos arbitror.) Verbũ uos, magnã uim habet, quasi diceret, uos quos non cepit opulentia Persica, non Lacedæmonij magna pollicitates. Verbum autem *νομίζω* (ut iam * in Socraticis dictum est) & *δοκέω* atq; alia eiusdẽ generis, nõ semper in re dubia usurpant ueteres, sed sepe etiã de re uera. Sic igitur hic etiã arbitror, pro iudico & credo.

Quod cum ita sit.) Ratio exordij non exprimitur, sed reticetur. Translit enim ad alium sensum, priore sine confirmatione relicto. huius rei causa est propositionis autoritas. Communis enim sensus hoc probat, pluris facere homines utilitatem quã pecuniã. Autoritatem autem habent propositiones eã, quarum probationem auditor non requirit, sed eandẽ ab opinione Græcorũ aut sensu cõmuni sumit, interdũ etiã à legibus.

Eos qui consilium dare uolunt.) Hortatur omnes ad dicendum, cum ut hoc pacto inui-

diam fugiat, ut qui non solus audiri uelit: tum ut, si suum consiliũ fuerit præ alijs probatum, ipse reliquis suaforibus antecellere omnibus intelligatur.

Sed & uestræ fortunæ.) Cum potentẽ Philippum uocaturus sit propter felicitatẽ, simpliciter præ se fert, se Athenienses felices iudicare: ut, ubi illuc peruenerit, eos habeat iam antè ad audiendum assuefactos, quod & ipsi agere possint quæ debeant.

Multa opportuna dictu.) *δ'εὐτυχία* uocamus non solum conducibilia, sed etiam decora.

Præsens certè tempus.) Consentaneum priori exordio est secundum. Illic enim cũ prouocauerit eos qui consiliũ dare uelint: nunc ex superuacaneo occasionem cõsultricem introducit, perinde ac si innueret, Quid oratores dicturi sint, incertum est, sed occasio hanc sententiam dicit. Habet autem hæc oratio profopopœiæ formam: sed differt ab illa qua poetæ utuntur. Nam illi, ipsi occasione, uel alicui rei alteri, cui sermonis facultas negata est, orationem attribuunt: at orator illius uoce fungitur, ut sit oratio probabilis.

Vobismetipsis.) Hoc est, uobis Atheniensibus suscipienda & tuenda est causa Olynthiorum.

Nos uerò nescio quomodo.) Ad declinandam inuidiã, seipsum quoq; crimini immiscuit, nos, inquiens, & non uos. Dicitur autem hæc figura *ὑποσιώπησις*, subticentia, si quis adiuncturus aliquid asperum & affine conuicio, id ad declinandum odium dicere non uult, sed per ambages quasdam obscurius indicat. Etenim cum hic dicere uelit, occasionem omnia facere, hortantem nos ad curam rerum suscipiendam: nos uerò segnes ac socordes esse, & neglectis rebus necessarijs, spectaculis atq; delicijs deditos: id quidem uitandę causa offensionis subticet, sed subijcit, nescio quo nam mihi uidemur modo erga illas esse affecti. Differt autem *ὑποσιώπησις* ἵδ' ἀποσιώπησις, hoc est, subticentia à reticentia, quod hæc quidem rem prorsus obticet, cuiusmodi illud est, Nolo autẽ quicquam dicere omniosum, initio orationis meæ. at Subticentia subobscurè aliquid indicat, ut hoc loco fit. Ac membrum quidem hoc, conclusio exordij fuerit: cum illa cõfirmatio sit, Siquidem de salute uestra solliciti estis.

Sunt autem quæ mihi quidem uideantur.) Sententiæ dictio. Est autem hoc loco principium & ingressus utilitatis.

b Qui

Qui hæc dicant.) Videlicet, uētuos Athenienses, opemq̄ illis laturos. Qui item sua præsentia eos consolētur, & caueant ne locus Philippo detur, eos decipiēdi, cum præsentem illam legationem ueluti pro pigno remittendi auxiliij habituri sint.

Auertat & auellat.) Constantiā Olynthiorum indicat, quòd etiā inuitos eos auerte re atq̄ auellere queat. Est autem sumptum hoc uerbum ab ijs qui ad aras confugientes, inde abstrahūtur. Aut loquitur tanquā de membro aliquo corporis: ut ostēdat coniunctionem Olynthiorum. Particula *aliquid* hic pro multum ponitur: quemadmodum illud quoq̄, *copias aliquas possidentes, id est magnas.*

Etiā uobis utilissimum.) Hæc figura *παρά προσδοκίαν*, præter expectationē nominat, cum eadem res & terribilis & conducibilis esse dicitur.

Aduersatur.) Illud ipsum, inquit, quod Philippus oppugnatu superatuq̄ difficilis est, oblitit, quo minus eius amici fiant Olynthij. Deinde causam subiicit.

Se nunc non de gloria.) Videlicet nō id nunc tantum agitur ne à Philippo uincantur, sed ut ne pulli patria, sub hasta ueneāt: hoc est, in seruitutem ab eo redigantur.

Et in uniuersum suspecta res liberis ciuitatibus.) Postquam singularia exēpla recensuit, eadem uniuersali sententia ueluti obsignat.

Si diuionem finitimam habeant.) Nam ipsa loci uicinitas ueluti p̄rere crimina & querelas solet.

Et cætera quæ conuenit omnia.) Quasi diceret ea quæ de maiorib. memorari solent: fuisse illis in more positum, ut periclitantes conseruarent.

Et ut ipsi exeuntes.) Vult ipsos Athenienses descendere in aciem, neq̄ fidem habere cōductitio militi. Hæc uerò callidè dicit, ut si qua clades accepta fuerit, hæc sibi defensio relinquatur, suis consilijs non plenè esse obtemperatum.

Nec enim quod omnes iactabant.) Primum uniuersali uocabulo, omnes, adducit eos ut suæ uoluntati assentiantur. Deinde cum dicit, *iactabant*, p̄nitentiæ prætextum & excusationem tollit. Neq̄ enim occultè, neq̄ secretò quicquam horū dicebamus, sed omnes clamoribus, & cum tumultu nitebamur Olynthios hostes reddere Philippo. Hæc enim uerbi *ἐθελουως* uis est.

Non igitur negligenda.) Postquam animum

Olynthiorum commendauit, et eos firmos fore socios ostēdit: amplificat eam rem, tanquam fortunæ benignitate Atheniensibus obiectam, & temporis quandam felicitatem uocat. Nam *πῶς περὶ τὸν πόλεμον*, id est oblatam, seu quæ incidit, rerum fortuitarum est, & præter expectationem obueniens.

Nam si, cum rediremus, Eubœensibus.) Studet eos excitare. Proinde in memoriam præterita eis redigit, in quibus neglectarum, occasionum pœnas dederunt.

Teneretis Amphipolim.) Hoc uocabulum uelut indignationem & deplorationē continet, quòd ex sola socordia tum Amphipolim amiserint.

Et rursus cum Pydnam, Potidæam.) Celeriter et sine coniunctionibus oppida commemorauit, ueritus, ne magnum efficeret Philippum: reliqua uerò dicere noluit, ut ne populo terrorem incuteret.

Vni primo.) Velut obiectionē soluit: ut ne dicat Atheniensis, quī potui tam multis uno tempore ferre auxilia? Infert, si uni saltem primo alacriter auxiliati essemus, alterum non attigisset.

Nunc uteremur Philippo.) Hoc significat Philippi humilitatem. nam uerbum *utendi* de eo dicimus, quem nostro arbitratu tractare nobis licet, qui nobis ad uoluntatem nostram paratus est.

Eutura autem ultrò.) Veluti depingit, atque oculis subiicit nobis hic ignauorum hominum & socordium ingenia.

αὐτόματα.) forte fortuna.

Auximus, o Athenienses.) Per hoc indicare uult penes eos esse, ut etiam nunc eum diligentia deiciant & debellant: quemadmodum per socordiam eum reddere magna potuerint.

Quæ illa est: hæc Olynthiorum.) Quidam *ῥῆσις*, ut sit interrogātis: *ῥῆσις*, ut sit respondentis. Alij *ῥῆσις* encliticè accipiunt, pro quædam.

Aestimatores.) Aestimatores dicit ueluti iudicem, ut iudicet diuinitus eis oblatas commoditates, ipsorum socordia neglectas.

Deinde Thessaliam inuasit.) *ἔπειτα, καὶ ἰδὲ καταβῆναι*, hoc est, accessit, & accedo, cum genitiuo: item *ῥῆσις ἀντιρροπον*, hoc est, contrarium, uel æquiparans, cum genitiuo. at *ἔπειτα, καὶ ἐπιεβήθη*, insulto & aggredior, cum datiuo.

Exeramus.) ueluti expurgemus & eluamus. translatum est à macula, qua uestis ali qua polluitur.

Dicat mihi aliquis.) Rursus fide dignum animum custodiens, dixit, mihi: ueluti, amanti reipublicæ.

Quocumq; uult.) Sic uerecundè Athenas intelligit, subterfugia denuò usus.

Primum Amphipoli capta, deinde.) Particulæ de inde, & postea, & rursus, et denuò, atq; eius generis aliæ, tarditatem notant. Imitatur enim semper etiam per uocabula, naturā rerum, hic orator. Cum igitur significare uellet tardos progressus, atq; infirmas esse Philippi opes: tardam etiam orationem fecit, talibus particulis adiectis. Nam eum qui Philippi potentiam exaggerare uellet, sic efferre deceret: Amphipolin, Pydnam, Potidæam, Methonem, Illyrios, Thraciam cepit. Nam frequentatio nominum uehementiam habet, potentiæq; magnitudinē ostendit, per inde ac si tempus ad urbium expugnationes non sufficeret. Eius uerò qui extenuat, est, orationē ita ut in historijs fit, extendere. Quare id quod inter orationis uitia habetur, si tempestiuè atq; utiliter assumitur, admirabilem ostendit oratorem. Summæ enim & perfectæ artis est intelligere, quo tē pore id fieri conueniat.

Recreatus ex morbo.) Minus est quàm si dixisset, pristina ualetudine recuperata. Significat enim tantum leuationem quandam morbi: ut indicet naturam & consuetudinē Macedonis, qui nullam temporis partem elabi sibi patitur.

Illyrios & Pæonas.) Gentes Barbaræ sunt, Macedoniae finitimæ: ut ostendat, eum, quanquam Barbarum, tamen nec Barbaris parcere.

Et aduersus Arymbam.) Hic rex fuit Molosorum, Olympiadis Philippi uxoris auunculus. Ait autē, tanta esse cupiditate imperandi omnibus Philippum, ut nec à cognatis abstinere. Quidam, Quid igitur, dixerit aliquis, puncto signant. postea subiiciunt, hæc nobis dicis.

Quid igitur, dicat aliquis.) Figura est Anthypophora. Interest autē inter Anthypophoram, antithesin, & antipipton. nam Antipipton, id est contrà cadens, est, quando scit occursum sibi iri, tanquam absurdū aliquid dicenti, & seipsum emendat dissimulanter, & ueluti clanculum. Anthypophora, obiectio uerò, quando partem orationis ueluti

probat auditor, de reliqua uerò ambigit. ut hic: perinde ac si quis diceret, bene quidem dicis. habet enim hæc Philippus, sed intempestiuè. Neq; enim prodijisti, ut nobis Philippi res gestas cōmemorares: sed ut ostenderes, de Olyntho quid fieri oporteat: subijcit, etiam hæc ad præsens argumentū esse conducibilia. Antithesis, oppositio uerò est, cum ab aliquo capite proceditur: ueluti à iusto, aut utili, aut eius generis alio. Ne uerò oratio rectà producta in fastidium auditorum incurrat, uoluptate quadam eam condit, aduersarij persona introducta. in quo id etiam spectat, ut ueluti prouocatus ab alio, coactusq; non sua sponte reprehensionem subiungere uideatur.

Quis uestrum, Deum immortalē, adeò socors est.) Personæ loco rem posuit. non enim dixit, hostes contra nos uenient, sed bellum. Est autē hoc etiam Thucydidi familiare, tum ut res pro personis, tum rursus personas pro rebus ponat. Nam huiusmodi uocum immutationes, nouitatis quandam speciem orationi conciliant. Artificiose autem hoc interrogauit, ut unusquisq; cauēs ne ipse se stoliditatis condemnet, in sententiā oratoris, tanquam uera dicentis, concedat.

Τῶν ἀρχαίων.) uidelicet pignoribus. nam ἀρχαία Demosthenes pignora & hypothecæ sæpe nominat. Quidam uerò hunc locum non de mutuantibus, sed de scenerantibus exponunt, dicentes, passiuæ sæpe actiuorum loco accipere Athenienses, & uocare ἀρχαία ipsam sortem. Cum enim usuras, inquit, soluere nequeāt, tandem obæratī aufugiunt. Sic creditores & sortis & usurarum iacturam faciunt.

Magno.) scilicet scœnore: ut scœnus intelligamus, ignauiam & scœrdiam: sortem, ipsam rempub.

Omissis & delicatis animis fuisse.) Non simpliciter negligētibus, (nec enim hæc uocabuli ἐξήλαθ' ἀδύμνητες notio est) sed potius remissionem & studium uoluptatum significat.

In necessitatē ueniamus.) Familiare est oratori, tum rerum molestarum communiōne se quoq; complecti, tum bonarum fructum reipublicæ in uniuersum transcribere. idq; magnam uim habet ad conciliandam ei auditorum beneuolentiam.

Ac reprehendere quidem.) Breue exordium è loco tum facultatis, tum utilitatis ductū. Nam cum ad aliud caput transeat, non omnino proprium exordium sumpsit, ne ueluti

luti secta oratio uideretur: sed inde auspica-
tus est, ubi dicere desierat, nempe in capi-
te utilitatis. Ipsum uerò argumentum & in-
ductionem à facultate sumpsit. Quapro-
pter etiam exordium adhibuit. Differunt
autem exordia capitum, ab ipsarum oratio-
nū principijs, quòd hæc toti orationi uiam
muniunt, & uim eorum quæ dicenda sunt,
sparsim cōtinent: illa uerò his solis meden-
tur, quæ ipsum caput lædunt. Exordium
autem uelut ab obiectione duci, nihil noui
est. quia enim in media oratione colloca-
tur, ideo quiddam habet certamini com-
paratum. Sed sciendum est, obiurgatio-
nem loco utilitatis conuenire. Obiurga-
tionem uerò dixit, non conuicium. Nam
conuiciari cuius in promptu est: sed ὑδι-
μῶν, obiurgare, quod est monitoris, & eius
qui de re utili, cum honore auditorum dis-
ferit, nō cuiusuis est, sed eius dumtaxat, qui
audientium spectat utilitatem.

Ac obiurgare quidē.) Obiectio à iusto, huius
modi: At iniquè facis, Demosthenes, qui
tantum obiurges nos, quod cuiusuis homi-
nis est, non uerò consultoris, hoc est orato-
ris. Sciendum uerò, eum non statim adiecif
se refutationem: sed posterius, interposito
& explicato eo quod uerebatur, ut per id
in primis quasi corrigeret consilium quod
daturus erat.

Affirmo igitur bifariam.) Rationem auxilio-
rum explicat, quæ ad caput facultatis refer-
tur. Quicquid enim de occasionibus & rei
conficiendæ rationibus differitur, id omne
ad facultatis locum pertinet. In his enim o-
stenditur, quomodo possint aduersarij su-
perari. Quia uerò scit Athenienses ingenti
focordix esse mancipatos, bina eis auxilia
proponit, ut saltem unum mittant.

Si hoc pertulerit, Olynthum expugnabit.) Pro-
prium est uocabulū. Ἐπιμένειν, id est sustine-
re, enim dicit, pro καρτερῆν, id est tolerare,
cū uidemus domestica nostra afflicta.

ἡδυσίωσεν τὸν.) Idem est quod χερῶσεν τὸν, su-
biget. Distingui autem hic debet, ut sit, tole-
rabit, & sinet patriam suam affligi, atq; inte-
rim Olynthum subiget: post facile in Mace-
doniam profectus, auctus Olynthiorū so-
cietate, & uiribus, illic nos ulciscetur.

Superabit tempore.) Vide ut suprā dixerit,
eum urbes facile cepisse: de Olyntho autē
difficultatē significat, cum, superabit, inquit,
tempore: itaq; conatur ostendere potentiam
Olynthiorum.

De pecuniæ uerò ratione.) Translit ad caput
facultatis, eamq; bifariam diuidit, in pecu-
niæ copiam, & uim militum.

Vt uultis, accipitis.) Iterum usus est subicen-
tia, cum dicere uellet, eam ad spectacula ac-
cipitis.

Reddetis.) Bene dixit, reddetis, non dabitis.
Redditur enim alienum illi, cuius rem esse
constat. Proinde hæc, inquit, non uestra est,
sed propria militum.

Deest pecunia.) Deesse quidem significat,
prorsus non habere: sed non satis esse, cum
partem habeas, requirere aliquid amplius
ad perfectionē. Ait igitur: siquidē pecuniā
restituētis, nihil uobis deerit, sed satis habe-
bitis: sin minus, deerit. Deinde quoniam
emphasin habet illud, esse etiam aliam pecuniam
extra theatralem, qua accepta, paucis indigeant: subie-
cit, Imò nulla pecunia satis est. Proinde nisi
theatralem in ueterem locum restituētis,
summa penuria laborabimus.

Quid igitur, dixerit aliquis.) Rursus anthypo-
phora est: Tu, inquit, scribis, theatralem pe-
cuniam in stipendia militū conuertendā?
Deinde refutat: suadeo id quidem, sed non
scribo, periculi gnarus, & legis Eubuli non
ignarus.

Ego enim cenfeo.) Ego quidem, inquit, eam
in milites erogandam dico, uos uerò ean-
dem in ferijs absumitis.

Instaurari.) Perinde ac si penitus ab aliena
ta esset ab Atheniensib. res militaris, dixit
instaurari, tanquam de possessionibus fundi
tus euersis. In eo uerò quod efficiendū est,
causam efficientem uult intelligi.

Adhuc reliquum.) Nihil amplius, inquit, re-
stat, si militibus pecuniā restituere non uul-
tis, nisi ut ipsi tributum pendatis de uestris
opibus. Summā uerò non definit, ne sit mo-
lestus: sed in tempus & necessitatem defini-
tionem illam reijcit.

Opus omnino est pecunia.) Quasi diceret, ma-
gna ne an parua indigeatis, definire nō est
meum, sed necessitatis. hoc uerò scio, uos
omnino indigere.

Nihil potest confici.) Dixerit aliquis, nun-
quid etiā pecunia opus est in optando, aut
temperantiæ officijs faciendis? Responde-
mus, eum ad præsens negocium respexisse,
bellum uidelicet. semper enim bellum pe-
cuniam flagitat.

Neg. enim ut uidetur.) Non tam præclarè se-
res eius habent: neq; ut existimari queat,
optimo in loco sunt,

25 Operæ precium est considerare.) Absoluta una parte facultatis, ea quæ est reipublicæ: iam nunc ad alteram facultatis partem, nempe Macedonis, accedit. Cum enim ostendere non posset, Athenienses, multis amissis, esse potentes: artificiose contrarium probare conatur, posse eos Philippi potentiam euertere.

Et postea frustratus est.) s. spe, & expectatione sua. Ecce enim bellum cum eo gerūt, 10 contrā quā putarat.

Deinde res Thesalorum.) Non dixit, Thessali, sed res Thesalorum, ut eorū perfidiam exprimeret: atq; indicaret, eos illa perpetuò & familiariter uti.

Etenim Pagasus.) Historia sic habet: Aleuas quidam ex Herculis familia Thessalus, tyrannide in Thessalia potitus est. Deinde huius etiam liberi. Cum autem Thessali tyrannidem ferre non possent, & quò se uerterent, nescirent: Philippum ascuerunt in 20 auxilium. Is cum uenisset, Aleuadas tyrannide deiecit. Ob id beneficium gratū suum animum declarantes Thessali, usum fructum Pagasarum, portoriorū item ac mercatum uectigalia concesserunt. Perfidii autem existimati sunt Thessali, uel propter Thessalum Iasonem, qui Medæ fregisse fidem uisus est: uel, quòd bello Peloponnesiaco, cum utraq; acies iam in prociectu staret, ab Atheniensibus ad Lacedæmonios defecerunt, ut refert Thucydides. Magnesia uerò regio fuit Thessaliæ finitima, ac Thessaliæ ditionis: atq; etiam urbs eiusdē nominis. Quam, cum ab eis defecisset, Philippus in Thesalorum gratiam subegit, ac postea castellum in ipsa urbe Magnetū extruxit, ut ne secundò etiam deficerēt: sed re uera id spectauit, ut inde facilius Thessalos oppugnaret. qui cum id animaduertent, 40 prohibuerunt eum àmunitione.

Enimvero Pæonem.) Postquā ostendit eius infirmitatem à Græcis, idem efficere uult & à Barbaris, atq; ipso uocabulo uires eius extenuat. nō enim dixit pluraliter Pæones & Illyrios, sed singulari numero, Pæonē & Illyriū.

Etenim insueti sunt ad nutum parère.) Obseruandum est hoc uerbum. Non enim dixit parère solum, sed ad nutum parère: quod est, omnino esse obnoxios, ut etiam serui existimentur. 50 At Philippus, inquit, homo superbus est, & importunus.

Nam successus.) Quia, inquit, præter meritum foelices, fortunæ prosperitatem, ob in-

genij nequitiam, tueri nō possunt: occasionem prouerbio dederūt, difficilius esse tueri parta, quā parare. id quod uerum non est.

Oportet igitur uos Athenienses.) Absoluta inuestigatione facultatis, probatoq; Philippum ab omni parte ruinosum esse: ad exhortationem trāsit. Differt autem exhortatio à suasionem, quòd in suasionib. etiam id ipsum bonum quod suademus, controuersum est: & ratio qua parādæ sunt utilitates, contradictionem admittit. In exhortationibus uerò, cum ipsum bonum, tum ad ipsius sciendū modus est manifestus. Sciendum autem, horum generum argumenta inter sese misceri, & suatoria in exhortationibus, & contrā in consilijs hortatoria usurpari. Est autem causæ genus ex eo cēsendum, quod in argumento dominatur.

Συμπράδει τὰ πρᾶγματα: unā adiutare res.) Dicendum fuit τῶν πρᾶγμασι, opem ferre rebus. Sed illud Atticum est, & aduerbiū unā cum, eam uim habet, quasi dixisset, unā cum fortuna res gerendæ sunt, illis in locis ubi est necesse. Circumductio hæc unimembris est, extensa, uerborū traiectione figurata. figura uerò est Obiurgatio.

Mittendis legatis quò oportet.) Legati, inquit, mittendi sunt ad eos qui Philippum ignorant, ut eos doceant, illi non esse fidendum. Ad eos uerò qui cum sciant, tamen formidant, ut nunciatur uos esse in armis, utq; eum formidare desinant.

Si Philippo offerretur contra nos talis occasio.) Si tales, inquit, ei contingerent multæ commoditates, quales nunc nobis. Atque iterum, si quod bellum finitimū haberemus, quemadmodum ipse nunc bellum habuit Olyntho uicinum.

Itā ne nihil pudet.) Obscurus esse uidetur hic locus. non enim constat utris oporteat tribuere, τῶν τῶν τῶν ἰν(ου), id est, hæc facere, Atheniensibus ne an Philippo? uidef enim utrisque quadrare. In his igitur obscuris & ambiguis, à fine ad initium est ascendendum. sic enim lucefcet obscuritas, uelut in præsentia, infra statim auspiciatus dic: non aut debitis data occasione ea facere, quæ pateremini, si ille posset? nam quod prius utroq; posse referri uidebatur, nunc de Atheniensibus dictum esse constat.

Præterea Athenienses.) Quemadmodū locū utilitatis bifariā secari dicimus, in ipsam utilitatem & necessitatem: sic & facultatem, b 3 in ipsam

in ipsam facultatem simpliciter, & facilitatem & necessitatem, quam hoc loco tractari dicimus. nam optionem dat Atheniensibus, bellum ubi sit gerendum. Ac bellum quidem in Macedonia expeditum: sin maneat in Attica, graue & formidabile facit.

At heus tu, minimè uolet.) Anthypophora cōiecturalis, quam soluit signis: sed ὅ δ' ἔταῖν duæ sunt partes orationis, & significant, ὁ sodalis.

Si, quæ nunc cum stultitiæ reprehensione tamen eloquitur.) Se in Atticam irrupturum.

Num eius rei data sibi potestate, facere prætermitteret?) Querendum est, cum eum supra hominem callidum, & in rebus gerendis acrem nominarit, qui nunc stolidum appellet? Respōdemus, præ uehementi cupiditate impressionis in Atticam faciendæ, fingi eum talem qui moderari sibi nequeat, quin prodat animi sui desiderium.

Nihil opus esse uerbis existimo.) Non enim, in

quit, confirmanda sunt manifesta: & cum bina mala proponantur (malum enim est bellum) minus eligitur.

Extra esse.) Non simpliciter extra urbem, sed extra ditionem, in Macedonia. Agricolas autem uocat, non modò terræ fossiores, sed eos etiam qui prædia & fundos possident.

In prius bellum.) Amphipolitanum inuit, in quod mille ducēta talēta insumpta sunt.

Omnia igitur hæc.) A capite utilitatis conclusiones petijt. sumendæ enim sunt semper ex firmis & continentibus, capitū enumerationes atq; conclusiones.

Florentem ætatem.) Iuniores. ætas enim per excellentiam de adolescentibus dicitur. ea enim ætate agere omnia possumus.

Bona uerò sint omnium gratia.) Votum addit consilio. Vtinam, inquit, bona sint, & bene procedant per omnes, per diuites, adolescentes, oratores.

ENARRATIO IN OLYNTHIACAM SECUNDAM DEMOSTHENIS ORATIONEM, HIERNIMO Vuolsio interprete.



in multis in rebus Atheniensibus perspicere mihi posse uidetur.) Secundus locus exordiorum, quæ ex subdivisione ducuntur. Orationis autem figura sumpta est ex indefinita adiunctione. Cum enim dixerit, in multis, quod indefinitum est, subiunxit definitum, illud de Olynthijs. Si mile huic est Theologi principium in laudatione diui Basilij. * Personis enim, etiã ante res peculiare comitantur opiniones.

Videur aliquid deesse.

Cum multis in rebus perspicere.) Argumentum quidem huius orationis, & capita finitima sunt primæ. Hoc autē solum interest, quòd in prima queritur, sit ne ferendum auxiliū Olynthijs: in hac iurandos esse constat, sed uires Macedonis atq; potentiam perhorrescunt. quapropter etiam Orator concionē hanc potissimum habuit. Caput igitur huius orationis facultas maximè est. Emergunt autem capita partim ex ipso ordine, cum in initio nota non sint auditoribus, neq; statim requirantur. Quædam uerò auditores mox & ante ingressum postulant: illis igitur Oratorem statim in exordijs occurrere oportet. id quod hic etiam factum est. Cum enim potentia Macedonis terrorem

incuteret Atheniensibus, primo impetu eū terrore propulsare nititur, Philippi potentia benevolentiam opemq; deorum obijciens. sunt enim uiribus aduersariorum maiora nostra præsidia opponenda. Secundã uerò esse hanc orationem, hinc apparet, quòd in prima deorum benevolentia probatam, hic tanquam confessam assumpsit. Sciendum autem, etiam Philochoro auctore, terna esse missa auxilia, singula singulis orationibus habitis, cum primum non esset satis. Primæ caput potissimum est, utilitas: facultas breuiter perstringit. Hic contra fit, de facultate multa, de utilitate pauca dicuntur.

Et regionem finitimam.) Tametsi, inquit, & uiribus instructi, & inferendi belli cupidi essent: id tamen procul ab eo disitis eis, face-re non liceret. Obseruabis autem, ut à dijs auspicatus, secundo loco societatem Olynthiorum collocarit.

Admirabili cuidam, & diuino.) Dialecticus, quia cum aduersario contendit, etiam conclusione utitur, ut ostendat, se palam uicisse. Orator uerò, si concludere uelit, excitat auditorem ad repugnandum, atq; efficit, ut ad persuadendum difficiliorem se præbeat, eaq; de causa entymematis, quæ uocantur,

cantur, utimur: in quibus duabus propositionibus positis, conclusionem reticemus, illius eam cogitationi relinquentes. Vult enim etiam domo aliquid ad rerum inventionem auditor afferre secum. Nunc uero Orator necessario conclusionem est usus. Primum enim confirmatio propositionis producta longius, necessitatem ei imposuit, per conclusionem id quod ad probandum propositum fuerat, in memoriam reuocandi. Deinde cum in confirmando & confirmationibus uersamur, haud iniuria conclusionem dissimulamus. Nam cum multa & ante dicta sint, & adhuc dicenda restent: auditor facile inuenit illud quod reticuit Orator. Sed in exordio dum nondum quicquam est dictum, non habet unde quod deest, compleat. *δαμνόνιος* autem nihil differt à *Διόφ* apud Oratores, sed utrunque per duplicationem pro eodem accipitur.

Illud igitur iam prouidendum nobis est, Athenienses. Hæc est exordij conclusio. nam ostensa deorum beneuolentia, sociorumque firmitate, & uiribus Atheniensium amplificatis: occasionem habuit obiurgatione utendi. Prouidendum igitur, inquit, est, ne proiciamus ea que diuinitus oblata nobis ac donata sunt, & ipsi in nos pessime consulere uideamur.

Ac *Philippi quidem uires recensere, Athenienses.* Primum exordium ab argumentis facultatis sumptum, propositum hoc habuit, ut à benignitate deorum, potentiam Atheniensium exaggeraret. Alterum in potentiam Philippi inquit, eamque destruere nititur, quo ad eius in exordijs fieri potest.

Non consultum esse existimo. Reuera quidem potentiam eius, quod multos habere socios putabatur, commemorare noluit, ut ne terrorem Atheniensibus incuteret. simulat autem se id propterea omittere, ne gloriam Philippi in illustriori collocare loco, atque amplificare uideatur.

Pro quibus igitur ille debet. Trimembris est periodus, habens unam protasin bimbrem, & unam apodosin.

Quorum igitur ille quidem. Quibus igitur rebus proditores isti Philippi opes auxerint, de quibus Philippum decuisset gratiam eis confiteri: uobis uero sumendum de eisdem supplicium esset: illis de rebus, inquit, hoc loco dicere, intempestiuum uidetur. nec enim ad illos accusandos, sed ad dandum de Olynthijs consilium prodij.

Ac *periuurum quidem.* Tertium hoc exordium est, sed non ea uel præditum, qua superiora. nam illa ad totum argumentum pertinent prius, de facultate Atheniensium: posterius, de facultate Philippi. Facultatis autem caput totam continet orationem. at hoc exordium partis est, & proxima confirmat. Cum enim iniurias & perfidiam exquirere Macedonis instituerit, rationem in exordio per occupationem reddit, quamobrem id facturus sit. *Aliter.* Sciendum, secundum & tertium exordium ad euertendum Philippum adhiberi: in secundo uires eius extenuari: in tertio, ingenium perstringi, atque indicari eum potentiores habere aduersarios. Ex eodem autem argumento, uidelicet facultatis, sumpta sunt utraque: Quia Philippus, qui formidabilis & potens putabatur, terrebatur Athenienses. Proinde totius orationis constitutio ad facultatem reuertitur.

Et breui oratione. Postquam uidebatur prolixia instituta esse oratio, si omnia & dicta & facta Philippi recensere uellet, prolixitas autem inuisa est auditoribus, huic incommodo breuitate orationis medicatus est.

Eum percurrisse omnia. Si res eius incrementa capere nequeunt, & humana, ut in eodem loco persistant, fieri nequit: nullum dubium est, quin iam eius potentia ruina immineat. Omnia enim percurrit id est, nullam amplius machinam reperit. omnes enim eas absumpsit, & omnes eum iam norunt.

Ego enim, Athenienses. Hinc iam ad ipsum caput facultatis accedit à refutatione auspiciatus. Obiectio enim est: Sed formidabilis Philippus. qua, quanquam aperte non posita, refutationes adiicit. Cum enim aduersarium habemus obiectionibus necessario usurum, siue nos dicamus, siue reiceamus, tum palam obiectiones ponenda sunt. Cum uero auditor sedet obiectionem apud se habens, tum soluenda est, etiam si posita non fuerit. Id quod nunc quoque factum est. Accesserat enim ipse populus, Philippi metu percussus. Quare superuacaneum fuit, eam ponere, propter quam deliberaturi conuenerant.

Nunc dum rem diligenter. Transiectio sic ordinanda est: Nunc uero inuenio nostram stultitiam hoc (id est, per hoc) pellexisse Philippum, perinde ac si redemisset nostram stultitiam, & potuisset nos decipere, propterea quod pollicebatur se nobis Amphipolim traditurum. Promittebat enim se eam conseruatur.

seruaturum Atheniēſibus, ſi Olynthios in amicitiam & ſocietatem non recipere. Quibus uerbis adducti Athenienſes, eos tū repulerūt, atq; poſt amicitia cum eis conſtituerunt. Deinde uidens Philippus ſibi non ſatis eſſe uirium ad Olynthios oppugnandos, quod eos Athenienſes nō deſeruiſſent: donata Potidæa, ab Athenienſiū amicitia eos remouit. Ait enim, et hos ab eo deceptos. Obſeruabis autem cum dixerit, Athenienſes eſſe deceptos, & Olynthios, priore loco Athenienſes poſuiſſe: ut uenia daretur Olynthiis ſecundo loco deceptis, poſt ſapientiſſimos Athenienſes.

Quod iactabatur.) Idem iactabatur apud nos, arcanum uerò erat Græcis.

Noſtram quidem ſimplicitatem.) Non dixit, ueſtram: & quia eſt odioſum, ſeipſum inſeruit crimini. aiunt autē ὁμολογῶν nō ſemper ſignificare ſtultitiā, ſed interdum lenitatē, æquitatem & ſimplicitatē: in qua notione hoc loco accipienda eſt.

Repellebant quidam.) Cum dicendum eſſet, uos repuliſtis: tota erim ciuitas id fecerat: ipſe culpam in oratores tranſmouet. Significanter autem dixit hinc, quali diceret: ab Athenienſibus, tanquam ab ara miſericordiæ, ubi Herculi dæ conſeruati ſunt, iſti ſupplices repulerunt.

Et quod iactabatur aliquando.) Pydna, ut ferunt, Macedoniæ oppidum fuit, Potidæa Thraciæ. ac Pydna: quidem paruit Philippo, Potidæa uerò Athenienſibus. Accidit autem aliquando, ut Potidæa ad Philippū, ad Athenienſes Pydna deſiceret. Vtrique autem, tam Athenienſes quam Philippus, ſua deſiderabant. hoc igitur dicebat Philippus, quod iactare uer & deſiderare, ſe clam perfecturum. quanobrē uerò clam? ut ne utriq; tam Potidææ quam Pydnæ, recognita ſibi cauere. Theopompus autē ait, de Pydna & Philippo ſolum hoc eſſe intelligendum, ut daret ipſe Athenienſibus Amphipolim, & Pydnam ſuam urbem ab eiſdē reciperet. Clam uerò, ut ne præmoniti Pydnæ, qui Philippi imperium detrectabant, ſibi cauere.

Theſſalos uerò nunc poſtremo.) Non iniuria Theſſalos poſtremo circūuenit, ut qui deceptu faciles eſſent, nec tum Athenienſium, tum Olynthiorum circumuentione prudentiores fierent.

Quem non deceperit.) Quoniam imperatoriu uidetur, decipere hoſtes: propterea mu-

tauit, ac dixit, eorū qui ipſo uſi ſunt: quod Philippus non hoſtes, ſed amicos decipiat. Id uerò perfidiæ eſt euidentis argumentum. ſumptum autē eſt uerbum φωναίſεν, ἀπὸ τῆς φωνῆ κησ, quod ſignificat appoſitiuam comam, quæ fit impoſtura gratia. ſtudet enim eum ornatum accerſere, quo naturā caret.

Ut igitur per hæc altē aſcendit.) Quemadmodum, inquit, per ignorantē factus eſt magnus, ſic eum per cognitionem ruruſ deijci decet.

Imò uerò uobis oſtendat.) Hæc correctio dicitur. Nam ſi me, inquit, indignum putat qui cognoscam, uobis oſtendat. Cōtrouerſum enim eſt illud, dicat mihi eum non eſſe infirmum: ſed hoc, deceptos ei fidem non habere, cōfeſſum.

Quod ſi quis ueſtrum.) Et hæc antitheliſ, id eſt obiectio eſt facultatis, uer anthyphora prædita. Nā anthyphora nō integra eſt antitheliſ, ſed antitheliſ pars, quæ alterū admittit, alterū repellit: id quod nunc quoque fit. Nam cum prima fuerit antitheliſ, Philippum eſſe formidabilem, eaq; à iuſto refutata ſit: anthyphora locū à iuſto quidem non oppugnat, ſed partē habet facultatis: tametſi Philippus & iniuſtus & perfidus eſt, uer tamen res tuebitur.

Putat autem uer fore ut tueatur.) Hoc eſt, propterea quod loca ad eos oppugnandos oportuna tenet: ut ſunt caſtella, portus: ut deſicere, tametſi uelint, non poſſint.

Cum enim beneuolentia.) A iuſto ruruſ obiectiōnem refutauit. Nam ſi per iniuriā imperium eſt adeptus, non beneuolos habet oppreſſos.

Prima quæq; occaſio.) Obiectiōnem ſoluit: pugnandum igitur, & pericula neceſſariò adeunda erunt, ut uincamus: ipſe uerò cū ait, prima quæq; occaſio, & paruū erratum: quā facile debellari poſſit, oſtendit. Eſt autem locus à facili, precioſiſſima pars in capite facultatis.

ἀνὰ χεῖρὶ πρὸς, retraxit.) reflexit. Translatio ſumpta eſt à iumentis, quæ quia diu ferre iugum nequeunt, id ſæpe euertunt. Optime autem quadrat oratio in eos, quos Philippus ſubegit, cum etiam ſeruitus iugo ſimilis uideatur: & ſerui deſciſcere cupiant, quod eius graſſationes & periuria diutius ferre nequeunt: ſed frequentatione nominum eum & dijs & hominib. eſſe inuiſum oſtendit, ut graſſantem, ad homines referat: peierantem, ad deos: mentientem, ad utroſq;.

φωρῶται, deprehenditur.) redarguitur. Trāſlatum

latum est ἀπὸ τῆς φωρῆς, hoc est, à prædone. φωρῆ enim est prædo. Vnde etiam ἐπὶ αὐτῷ φῶρῳ, in re præfenti, in ipso furto.

καταφθῆ, defluit.) hoc est, corrumpitur, perit. Trāslatum à ueteri pariete aliquo, cum uetustate & diuturnitate temporis ipse à se pereditur, & consumitur.

Et fieri sanè potest, ut.) Dubitatione, & spei & florendi uerbo usus, temporariam & instabilem ostendit potentiam Macedonis. Nam & flores temporarij sunt, & non diuturni.

Infirmas partes firmissimas.) Quidā reprehendunt oratorem hic, dicentes κατῶ, non κατῶδει, fuisse dicendum, sed isti nō animaduertunt, id quod consequitur. κατῶδει enim dixit, quòd ab imis, hoc est à fundamentis extruitur domus: similiter nauis etiam à carina.

Itaq; censeo à nobis.) Hactenus absoluit orationem de iusto. Cumq; probarit, deos ut Philippo infensos, sic populo placatos esse, ad exhortationem uenit. Semper enim argumentis & probationibus exhortationes subiungit.

Pulcherrimè & celerrimè.) Bene coniunxit hæc duo. Nam utrumq; destitutum altero, minus præclarum est.

Legationem mittendam.) Pendet à uerbo φημι.

Quæ alios doceat.) Bifariam enim diuidit Thessalos, in eos qui Philippum ignorent, & alios qui eum metuant.

Pro dignitate ciuitatis.) Bona cautione usus est. Poterāt enim sæpe quidem mittere, sed paucos. Quare addidit, pro dignitate ciuitatis.

Tanto magis diffidunt.) Quia, inquit, facile et promptè pollicemur, ac nihil præstamus, meritò nobis omnes diffidunt.

Si modò quisquam uobis fidem adhibere debeat.) Vsq; adeò, inquit, omnes diffidunt nobis nihil agentibus, ut tamen si uiderint nos agere, mirer si tum etiam credere poterunt nos agere.

Domestici imperij.) Hoc est, ipsius Macedonici, non externi sociorū. iam enim de hoc dixit.

Omnino enim Macedonica.) Nam contra Olynthios bellum gerentibus Atheniensibus adiutor fuit Perdicas Philippi frater, cum Macedonibus. Obscurè igitur hoc dicit: potentia, quam tum additamenti uice numerabamus ad societatem, nunc de principatu nobiscum contendit.

Sub Timotheo.) Hic imperator fuit Atheniensium, filius Cononis imperatoris. atq; inuictio, si quisquam alius, ualde felix fuit. Nam proditum est, ad quodcunq; bellum mitteretur, in eo uictoria potitū esse. Vnde pictores eum cum reti pinxere dormiētem, ut ferunt, & addidere mulierem, Fortune nomine adscripto, ei assistentem, quæ cassēs & alia uenationum instrumenta gestaret. Quo figmento innuebant, fortunam pro eo facere omnia, ipso nihil laborante. Hæc molestè ferens, cum se nunquam per fortunam, sed per semetipsum uicisse diceret: postea tanquam eius dicti arrogātis pœnas exigeret numen, non amplius uicit.

Thessalis laborantibus.) Laborantibus, ait, animis, quòd eorum alij popularem statum desiderabant: alij, ut tyranni Aleuada, & eorum amici, tyrannidem.

Tyrannicam domum.) Familiam Aleuadarum dicit.

Vel paruam potentiam.) Quia per superiora uisus est ueluti quandam opinionē potentia conciliare Macedonibus, id commune esse ostēdere uult: & cum uniuersale sit, extenuare. At coniunctio καὶ, saltem, significat hic electionem minoris, si maiore frustrari cōtingat. Non enim sunt duæ partes, sed una.

Infirmiorem etiam.) Quæritur, quomodo infirmiore, ac nō multo magis firmam reddat exercitationibus & disciplina militari. Respondemus: infirmitatem illam, de qua loquitur, non ad corpora pertinere, sed ad animos, quòd oderint eum propter ea quæ ipse faciat, ut subiicit: aut, quòd perpetuis ærumnis confecti, infirmiores fiant.

Neq; enim putetis Ath.) Cum timiditatis accusare non possit, in Philippi animū inquit, & Macedonum affectionem. Cum aut eorum cōsilia inter se cōtraria esse pronunciet, eos non consentire probat.

Et instituit agendo.) Et instituit agendo & periclitando, pati quicquid acciderit: post hæc distinguendum, & pronuncianum est: Atq; instituit gerendis rebus atq; periculis adeundis, nullum casum recusare. & hanc opinionē, ut ea perfecisse dicatur, quæ nullus alius Macedonia rex, ut & securitati antepōnit.

Afflicti autem semper expeditionibus.) Id quòd è militia euenit: dico autem rerum bellicarum peritiam, ut quæ metum augeat, omisit: uolūtatem autem excussit, eos molestè ferre cōtinua bella. causamq; adiecit, quòd agros colere prohibeantur, et suam rem fa-

miliarem curare. Deinde cum & cōtra hoc obijci posset, Atqui *lucrum è bello faciunt, cum & manubias & eius generis alia accipiant*: etiam illud esse *lucrum* inutile ostendit, quod quæ nacti sint, distrahere nequeant: sed sumptibus augeantur alendis illis, quæ uendere, clausis emporijs, nemineq; mercaturā propter bellum exercente, nequeant. & addit, sic ut possunt: ostendens, eos nō armis uincere, sed rapinis & prædationibus rem facere.

διαβέδαι, disponere.) uendere. Verbum hoc extat apud Isocratē in *Buliride*, cum *πὺ δὲ διάθεσις*, dispositionem, id est uenditionē, seu distractionem nominat.

Qui autem cum eo uersantur.) Vide ut paulatim infirmitatem Philippi ostendat. Primū dixit, eum inuisum esse socijs, tum Græcis, tum Barbaris, eosq; ad defectionē spectare. Deinde, ipsis etiam Macedonibus ciuibus suis. Postea, ne quis dicat, Etiam si isti sic animati sunt, at conductitios habet quosdam exercitus bene cupientes: ostendere uult, etiam illos haberi quidem & existimari egregios bellatores, sed rem aliter se habere: idq; per sequētia demonstrat.

πεζέταιροι, pedites.) Huius uocabuli multe feruntur explicationes. Nam hi dicunt id esse nomen exercitus, qui sic nominetur: illi, quosdam fuisse apud eum milites, altero pede nudos, armatos altero. quamobrē etiam eos *πεζέταρος* uocari dicunt, quod alterum pedem nudum haberēt. *πέζα* enim est infima pars, id est planta pedis. unde etiam *πέζου*, humi ambulare, id est, pedibus iter facere. Alij dicūt, eos quos è turba peregrinorum militum haberet, in sodalitatē & amicitiam receptos, ueluti selectos quosdā propter fortitudinem, ad custodiam corporis, sic nominari. Variat autē scriptura pro explicationis uarietate.

Nullis.) Grammaticæ artis scriptores negant propriè inflexū esse *ἄδης ἄδερδς*.

Ambitione omnes.) id est, Per, uel propter ambitionem. uult enim suam esse laudem. Non ne igitur laudandus est, cum gloriā expetat? Siquidem in ea re modum seruaret, laudandus esset: nunc, quia modum excedit, in uanitatē, ut dicimus, incidit. Singulas enim uirtutes bina uitiā comitantur: quorum alterum in eo quod parū, alterum in eo quod nimium est, cernitur.

Aut iustus alioqui.) ueluti, à natura. Ut indicet institutionē apud Macedones tēperantem fieri posse neminem, *ἄλλως* autem apud

ueteres tria significat: aut alio modo: aut naturā, ut hic: aut frustra. Platonīcam autē opinionē secutus est. Ait enim is, consequi sese uirtutes mutuo: ut qui temperans est, idem sit & iustus, & prudens, & fortis.

Quotidianam intemperantiam.) Nec hoc simpliciter dictum. sed ne quis putet eum ut tyrannum luxuriose uiuere, ac certis diebus, & certos quosdam ad prandiū uocare: perstrinxit eum, ut qui singulis illa diebus faciat, ut ebriosum & huic uitę ratiōi deditū. *κορδακισμὸς.*) Cordacismus est genus saltationis obscenę & indecorę. Nam alia saltatio est militaris, ut Pyrriche. alia ridicula, qua utuntur in theatris & cōpotationibus.

Despectū esse.) De fortibus, eijciendi: de his, despiciendi uerbo est usus, quod contemni significat. Causa uerò est, in fortes, inuidia: in temperantes, odium.

Latrones & adulatores.) Latrones, hoc est, rapaces quosdam milites. Deinde quia latronum uocabulum quandam fortitudinis significationem habet, siquidem hostes deprēdant: ut id deprimeret, adulatores subiecit. Sūmilsis enim animis sunt adulatores.

Constat autem hæc esse uera.) Hæc ad fidem ei qui nunciauit conciliandam pertinent. Ipsos quōdammodo uult Athenienses facere teites, ex ijs quæ norunt.

Calliam istum publicum.) Obseruandū, cum pluraliter dixerit, quos omnes repellēbāt, unū subiecisse, atque ex uno multitudinis petiisse testimonium. *Publicum* uerò dicit, quia seruos quosdā habebant Athenienses è captiuis ad publica ministeria delectos: eos literas docebant, & in bellis cum quæstoribus & ducibus ablegabant, ut tabulas expensū conficerent. neq; in eo imprudenter fecerunt: sed eò, quia illos ut seruos uerberare licebat, ut exquirere ueritatē possēt. Nefas enim habebatur Athenis, ingenuos uerberare. Quod si uerò uerberibus seruorū, dux aut quæstor mēdacij cōuincebat, tanq; serui deinceps & ipsi malè accipiebantur.

Imitatores ridiculorum.) Appendix necessariò est addita: non enim quæuis imitatio ridicula est, cum quædā etiam grauis & seria habeatur. Nam tragœdia est imitatio morū et perturbationū. Est & comœdia imitatio. & graues Mimi habētur Sophronis. & turpium cantionum, apposuit. sunt enim & probatarum cantionum poetæ.

Atqui hæc tametsi parua exist.) Ne quis dicat: Ecquid uerò ista eius potentia nocent?

infert

infert, ea specimen esse infelicitatis eius, ut qui deos iratos habeat. Consentaneū enim est, à mimis etiā potentiores salibus incelsi.

Sed opinor nunc quidem obscurat.) Obijci poterat, Qui sit igitur, ut sua retineat, & potentiam tueatur, si infelix est? respondet igitur, quia nunc felix est. Sin cladem aliquam acceperit, statim hæc omnia deprehendentur. Deinde ne denuò terreat, felicē nominando, statim infert: Nō diuturna erit eius felicitas, si uos uoletis. Quare, si uerū dicendū est, uestra sordidia fouet illius felicitatem.

Si & dii uoluerint.) Ad res enim gerendas opus est & Fortunæ fauore, & uirorum industria.

Siue ruptum, siue luxatum.) ἔρημα, uasis alicuius ruptionem nominant medici, ut uenæ, aut arteriæ: ἔρημα, articuli elisionem. aut ἔρημα nerui diuisionē, ἔρημα oſis emotionē.

Quòd si quis uestrum, Athenienses.) Absolutis prioribus facultatis partibus, transit ad tertiam de fortuna. Primam autem & uniuersalem obiectionem, Philippum esse formidabilē, refutat, ostendendo non esse formidabilē, cum per iniuriam sit potēs factus. alterā & singularem, fore ut ui tueatur imperium, reijcit, ostendendo eum tueri non posse imperiū, cum & subditis & socijs & peregrinis militibus sit inuisus: præsertim quòd & ipse sit helluo, & homo perditus. Tertia & postrema obiectio est: sed fortunatus est Philippus. Proinde tametsi adiutores in bellis nō ita beneuolos habet, fortunæ tamen beneficio sit uoti cōpos. Duæ igitur posteriores partes sunt primæ uniuersalis.

Prudentis quidem hominis.) Extendit obiectionē, & eum à quo affertur, laudat. Eius rei quæ causa est? Solet Demosthenes, quādo refutationem obiectionis in promptu non habet, eam nō nudam ponere, sed paulatim dilatare, donec latenter tale aliquid apposuerit, ex quo refutationis occasione arripiat: id quod hic quoq; fecit. Fuit enim obiectio, Fortunatus est Philippus: quam cum refutare non posset, paulatim extēdit, eò usq; dum eam ab ipsa Philippi fortuna, ad cōmunem hominum fortunā traducat.

Multo enim plures.) Tanquam à Platonica progressus disputatiōe, hic philosophatur, fortunā etiā uirtutū esse comitē asserens.

Non fert autem natura, ut ignauus.) Duplex est propositio. Aut enim uniuersalis est sententia, uidelicet si legas, ἔκείνῳ δ' αὖ, ut sit ὁ αὖ cōiunctio pro δ' ἢ. Neq; uerò fieri potest. & ἔκείνῳ αὖ, ut uerū accipias, ut quispiā

ignauus. aut ἔκείνῳ αὖ, scilicet ὁ αὖ ὁ αὖ ὁ αὖ, Fieri nequit ut ipse homo.

Pro Græcorum iure.) Bellum dicit pro Thebanis susceptum, Cadmea à Lacedæmonijs occupata. Bello enim Peloponneliaco uidentes Lacedæmonij Græcos malè tractari ab Atheniensibus, libertatem eis polliciti sunt, si ad se defecissent. & hoc prætextur eos ad defensionem impulerunt. Quo bello feliciter confecto, cum ipsi postea crudelius uexarent Græcos: Athenienses id agrè ferentes, bellū Lacedæmonijs propter eos qui premebantur, intulerunt. Et ex eo, bellum id, pro iure Græcorum susceptum, appellatum est.

Et multa priuatim.) Ut accipientes pecuniā à Lacedæmonijs, potestatem eis facerent Græcos impunè uexandi.

Et singulatim eorum unumquemq;.) Non ait singulatim unumquemq; uirum, sed, singulas gentes et nationes.

Nos mutuo culpantibus.) Ad Charetem hoc attinet. Quem ne defendere uideatur, uniuersali oratione suspicionem tegit. duces enim accersebantur, & rei fiebant.

Rursus sperantibus.) Duces rei facti, ut absoluerentur, rursus promittebant se has & illas insulas Atticæ ditioni adiecturos, & nescio quæ strenuè confecturos.

Incogitantes estis.) ἀγνώμονας dicit incogitantes, quasi priuatos cogitatione. nō ut nunc ἀγνώμονας uocamus eos, qui debita, id est uicem non reddunt, hoc est, ingratos.

Nunc uerò quod quidem tueamur.) Obiectionē soluit, conducticijs utemur exercitibus: ipse uerò, quid ait? Siquidē haberemus, inquit, quod tuendum esset, non esset incommodū conductitios mittere. nam in eum usum cōductitios ablegabāt. Sin quid parandū est, perspicuū est ipsum populū oportere militare.

Affirmo igitur oportere.) Nunc iam ad perorationē trāsit, ad quā per formā enumerationis accedit. Quidam uerò aiunt, hæctenus absoluto facultatis loco, eum ad utilitatis locum transire.

Prætextus eripere.) Duces defensionis loco afferebant, se non accipere pecuniam.

ἡμεῖς μάλιστ'.) id est defectus, uocat ipsam pecuniam. Pauca enim, inquit, militibus stipendiij nomine datis: cætera quæ integræ mercedi desūt, ad spectacula ipsi retinetis.

Non enim potest acerbè.) prò, iustè. Nam ius acerbum iniustis uidetur.

Priuata uerò inueniant.) Propria dicit, quæ ipsi

ipsi privatim gerunt iniussu ciuitatis. Alludit fortassis ad Charetem.

Cum uero data dicendi potestate.) Si dixerint, se non accepta pecunia, non posse propugnare pro republica. Proinde hic etiam de theatri pecunia agit.

Prius enim Athenienses.) Cum decem essent tribus apud Athenienses, & urbs ipsa uelut in decurias distributa: necesse habuit unaquæque tribus ex omnibus designare in ea uiros ditiores centum uiginti, qui pro defensione reipublice munera obirent. Deinde hi centum uiginti se in binas partes diuidebant, ut sexaginta essent ex eis ditissimi, reliqui sexaginta minus diuites. Id uero faciebant, ne de improviso, urgente bello, forte accideret, ut minus diuites, praesentes nummos non haberent. Nam ditiores & pro eis, & ante eos tributum pendebant: & quæ sic expenderant, postea per ocium recipiebant. Nominabatur autem sexagenorum ille ordo symmoria, hoc est, coetus seu classis, eo quod tribuum pars esset. Proinde cum decem tribus essent, & singulae centenos uicenos designaret: fiebat, ut uniuersis qui publica munera obirent, mille ducati essent. Diuidebant porro eos decem coetus in bis sexagesimos uiros: & rursus harum duarum partium quamque in duas partes, hoc est, in trecentos & quinque coetibus delectos. Hi uero erant trecenti locupletissimi et primi, qui & præ cæteris tributa pendebant, et eos habebant in omnibus rebus dicto audientes. Proinde efficitur, ut duæ partes sint omnium. Siquidem utrinque erant uelut ag-

glutinati alterius partis trecentis locupletioribus. Habebant autem singuli quadran-tes, & peculiarem ducem, & peculiarem oratorem. Nihilominus tamen secundarum & oratores, & duces, prioribus cedebant. Olim igitur, inquit, se diuidebant in symmorias, ob maiorem sollicitudinem, ut pecunie tempestiue penderentur. nunc uero non ob aliud in symmorias diuidimini, nisi propter administrationem reipublicæ, hoc est, propter factiones. Reprehendit igitur eos, quod olim, cum propter tributa symmorias facerent, & rerum gerendarum tempus adesset, principatum teneri sciebant à ditioribus: secundo loco esse duces, qui rem bene gererent: tertio oratores, qui tantum uerba facerent. Nunc uero cum occasio sit concionandi & dicendi, principatum tenere non diuites, sed oratores: & suffragatores esse primos trecentos, qui laudent ea quæ à suis oratoribus dicta fuerint, reliquos utrisque esse attributos.

Alijs cogi.) Postquam supra dixit, Affirmo igitur opus esse pecunia: ne dicant pauperes: Proinde conferent diuites: occupat, & eos defendit: Quod usque tandem, inquit, triremes instruent & conferent, & omnia insument? Nam si eis spem omnem, quam in diuitibus habebant, præcederit: aut alias opes quærent, aut theatri cedent. Ac in uniuersum solet Demosthenes patrocinari diuitibus. Intelligit enim neros esse reipublicæ locupletes.

Dico igitur in summa.) Propterea opus ei fuit secunda capitum enumeratione, ut in eam necessitatem adducti, theatralem pecuniam missam facerent.

ENARRATIO TERTIAE OLYNTHIACAE

DEMOSTHENIS, HIERONYMO VVOLF-

sio interprete.



On eadem statuere possum Ath.) Exordium, ut in rebus arduis, ab obiurgatione ductum est, uel ab admirabili. Est enim admirabile, cum res uerbis non respondet. Vel, à comparatione. comparando enim ostendit, uerba rebus esse contraria.

Non eadem.) Vehemens exordium, & plenum grauitatis. Dum enim elatum populum, & uictoria superbientem reprimit, & in metum conijcit: ab uno affectu in alium traducit auditorem. Dum uero mutat animum Atheniensium, Periclis autoritatem

ipsis factis repræsentat. Nam is quoque populum consternatum consolari, & in spem optimam erigere poterat: contra, ferocientem iniecto metu cohercebat. Est autem tripartita oratio. Nam quod primum uidetur, causamque maximè continet, atque id de quo in presentia deliberatur, quod περὶ τῶν ἰσχυρῶν, id est præcipuum seu principale dicitur, est, utrum copiae traducendæ sint in Macedoniam: an uero eodem in loco ad iuuandos Olynthios relinquendæ. Alterum, an theatrales leges abrogandæ sint. Postremum, quod in epilogo tractatur, reprehensionem habet administrationis eorum magistratuum qui populum eo tempore gubernabant.

Harum

Harum partium singulae peculiari capite continentur. Prima enim utilitatis esse uidetur. Secunda legitimi est, atque ad probationem facultatis ascita. Etenim caput capite probatur. Tertia uero iusti illam autem dico, per quam praesentes magistratus reprehenduntur, et maiorum administratio celebratur. Omnis enim suggestio, quae circa personam uersatur, laudatione aut uituperatione constans, ad iustitiae caput refertur. Ac utilitas quidem bifaria secta est, in necessitatem: inuadet enim Atticam Philippus, subactis Olynthiis, & in ignominiam: sciunt enim Graeci omnes, auxilia pollicitos esse nos Olynthiis, si cum Philipuo bellum gererent. Est enim ignominiosum, in mendacio palam deprehendi. Quae autem potest, cur nam, cum in Macedoniam traduci uetet exercitum, nullam eius rei mentionem fecerit, neque ostenderit, eò traduci copias sine incommodis haud posse? Respondendum est, plures esse rationes, per quas aduersari liceat. Aut enim ipsas aduersariorum rationes oppugnemus, ostendendo futes eas esse: aut alterius alicuius rationis autores sumus, per nostram, eam quae illorum est, evertentes: aut id quod illi expedire contendunt, refutamus, atque ipsi aliud consilium proponimus. Hic igitur orator, animose sane, illorum decreti mentionem nullam facit: sed id quod sibi uisum est, in medium affert & tractat.

Res autem.) Exordium a necessario. Ducitur autem ab opinione rerum quae malae sunt.

Satis.) abunde, quasi diceret: Quod si perficere poteritis, praecclare uobiscum agetur, pro praesentibus copiis.

Anteuertamus.) Tanquam de cursoribus locutus est, summo studio festinantibus, ut praemium in medio positum praeripiant. Intelligendum est autem, praemium esse Olynthum: Philippum & Athenienses, cursores.

Eò progredi.) Non dixit, sic habere se: uerbi mora ostendens, cunctationem causam esse malorum.

Prius feramus infortunium.) Magnae confidentiae magnum metum opponit, idque artificiosissime fit. Vehementes enim affectus uehementioribus sunt soluendi.

Nihil igitur aliud uidentur.) Quasi innueret, nunc eis Philippi studium obijcere non possum. Id uero quod sequitur, sic est accipiendum: nihil igitur aliud mihi uidetur, qui talia dicunt oratores, quam errare. Deinde in medio confirmat, quomo-

do? qui cum id argumentum uobis afferant, & suadeant, de quo & uos deliberatis: consultant nunc de ulciscendo Philippo, id uero non proprium & uerum argumentum est (uerba, qui cum uobis afferant, ad utrumque membrum pertinent) quod est, ut primum defendamus Olynthios. Est autem haec ueluti prolixior exordij conclusio.

Quam cum argumentum prorsus.) Admodum uiolenter populum sui consilij socium facit, cum ait, quibus de rebus ipse consilium daturus sit, de his ipsis populum ad deliberandum conuenisse.

Ego uero aliquando.) Ad hunc modum sententiam expolit. uult autem ea tempora intelligi, quibus Amphipolim, Potidaeam, & Thraciae imperium tenuerunt.

Quorum salus ubi in tuto.) Negare Olynthios ab eis esse defensos, impudentiae fuerit. id uero destruxit, dicendo, non in tuto. Quare necesse est, ut ibidem relinquatur exercitus.

Et ratione qua.) Etiam in modo ulciscendi errare oratores, ostendit. Ait enim, tum fore ut liceat de modo deliberare. Innuat autem, mari Philippum esse inuadendum, et claudenda emporia: id quod ipse postea in quarta oratione Philippica suadet.

Antequam autem principium.) Consentanea est primae propositioni conclusio. Cum enim haecenus increpauerit oratores, quod alia pro alijs consuluerint: nunc ait, frustra de fine deliberari. Principium quidem sociorum incolumitatem, finem uero Philippi euerionem esse docens. sed conclusio, quae sententiosa est, illustrem exordio* sedem praebet. Nam in principijs exordiorum sententiosa cauenda sunt, quae & sterilem & antiquariam orationem esse indicant. at sententiosa in fine, obsignant singulares ratiocinationes appendice uniuersali.

Praesens quidem occasio.) Secundum exordium. Cum enim in primo suam sententiam sparsim exposuerit, milites non esse transferendos: eique praecipuam orationis partem attribuerit: in secundo rursus, duas reliquas partes complexus est.

Sed illud dubito.) Alteram partem ex eo quod est de theatriali pecunia, mouit. ostendit autem se scire malorum remedium, & eloqui non audere.

Dubito quo nam modo.) Hoc multas habet significationes, apertene, an contra subdole, liberè an dissimulant er. Non dicit autem, dubito quid dicendum sit, sed, quomodo possim absque assentatione persuadere. Sciendum autem est, cum

est, eum sine confirmatione posuisse exordium, ut pro confesso sumeret, *negocia magnā curam postulare.*

Persuasum enim habeo.) Hoc est, tum ex his quæ ipse suadeo, tum ex illis quæ alij dicunt. Concedit enim, etiam alios oratores interdum conducibilia suadere, ne si omnia sibi tribuat, arrogans uideatur.

Peto autem a uobis.) ἄξιόν, æquum esse puto, nec enim reperitur apud Atticos, nisi rarò, ἄξιόν pro ἄδικαλόν, id est, hortor, uel oro.

uidetis enim.) Hinc tertia pars existit, *inrepatio* nimirum præsentium magistratum.

Necessarium autem existimo.) Transit hinc ad eadem capita. estq; ipsa utilitas ea pars quæ in quæstionem uenit, et principatum tenet: utrum Olynthi manere debeat exercitus, an transire in Macedoniam.

Meministis Athenienses.) *Persuasurus* Atheniensibus, exercitum nō esse loco mouendū, probatione ab exemplo utitur: quæ una plus ualet ceteris omnibus ad fidem faciendam. Quare Isocrates plausibilior uidetur, quòd exemplis abundat: sed Demosthenes uolentus esse credit propter argumenta, nunc quidem exemplis, mox* artis experte probatione utens.

Mensis quidem fuit μαυμακθηρίων, September.) Hybernus est hic mensis: quo hoc ostēdit, quamuis hyems esset, nauigandum esse decreuistis: tanta estis in auxilio ferendo alacritate usi.

Vsq; ad quintum & quadragesimum.) Hoc tanquam admirabile dixit, ut ostēderet ingens eorum studium. Nam cum lex Athenis iuberet ad quadragesimum usq; annum militare, à decimo octauo auspiciatos: ac ad uigesimalium quidem usq; dum pueri essent, urbana & suburbana castella custodire: & à uigesimo demū anno ad externa bella proficisci: ipsi tum eos etiam, quos lex militare non iubet, in bellū proficisci iusserunt, propter ingens, ut dictum est, studium.

Vacuas.) Vacuas Atheniensibus, quòd est, peregrinos loco Atheniensium habentes.

Philippus ægrotare.) Periculose Philippum ægrotasse memorant. Cum enim in oppugnatione Methones, Aster quidā Methonæus miles in muro hastili inscripisset, Aster Philippo letiferum telum iacit: eo cōiecto, forte fortuna eius oculum tetigit. Ferunt autē Philippum contra inscripisse telo, & quamquam id coniecisset, aberrasse tamen: *Aget in crucem captum Philippus Asterem.*

O' facitos et o-
ciosos bella to-
res,

Erat autem ea occasio ipsa.) *Audito, inquit, ægrotare Philippum, opem ferre destitistis.* Atqui tum maximè opportunum tempus erat eos iuuandi, dum malè cum Philippo agebatur.

Si enim tunc illuc auxilia misissemus.) Promisit quidem se deinceps liberè uerba facturum: sed nihilominus tamen nunc etiam obiurgat, & populi leuitatem atq; socordiam deridet. sed tamen occultata est perquam artificiose, obiurgatio. Cum enim aliquid persuadere uolumus auditoribus, et si obiurgandi causa non deest, dissimulanda tamē est libertas, ne iritati pertinacius nobis aduersentur. Cum uerò id solum propositum habemus, ut eos obiurgando emendemus, tum apertius uti libertate conuenit.

Mutari nequeunt.) *Causam* quodammodo nobis explicare uult, cur ea cōmemoratione sit usus. Nam quī fieri potest, facta quæ sunt, infecta ut fiant? Cum etiam Philosophi dicant, omnia posse à numine confici, uno excepto, ut mutet ea quæ iā facta sunt.

Quo igitur pacto ea utemur Athenienses.) *Quæstione* proposita, responsionem non subiecit, *Opitulabimur.* sic deinceps reliqua, nisi enim opem feretis omnibus uiribus: sed responsione ommissa, eam per id quod sequitur, subindicauit, *Nisi enim opem feretis.* Ex quo apparet, quæ responsio fuerit, nempe, *opem esse ferendam.*

Omnibus uiribus.) auxilijs omnis generis, ueluti classe, legionibus, & reliquis.

Velut in statione esse ad eius occasiones.) Bene usus est uerbo ἐφορμῆν. Cum enim finitima esset Macedonia, aucupatura erat eius clades: ut, cum aduersa fortuna uteretur, tum eum per occasionem inuaderet.

Præter enim eam quam caperemus.) Et ab ignominia, & à periculo utilitatē probat, ut prudentes & generosi, uerecundiæ metu: uulgius et plebeij, impendētis periculi terrore Olynthijs opitulentur.

Sed opem quidem esse ferendam.) Hic principale caput absoluit, hoc est, utilitatem. & ad facultatem digreditur, quæ obiter incidentis locum obtinet. Utilitatem enim ostendenti, cur succurrendū esset Olynthijs, occurrebat, *Qui poterimus sine pecunia?* factus igitur est ingressus ad facultatē, obiectione contra utilitatē. Nam cum probatū fuerit, eos etiā pecuniæ copiā habere: tum confirmata erit utilitas, opem ferendā esse socijs.

Ne igitur Athenienses.) Quia, cū auditor expectaret se de bello auditurum, ipse de legumlatoribus

gumlatorib. dicturus erat propterea in primis delinit multitudinem. Nam prudentes id non absurdum, sed omnino necessarium putabant. Audax autem facinus est, iubere legulatores creati, quasi oppressa esset Respublica, aut ad paucorum potentiam res spectarent. Ideo praemunitio usus est, propter absurdam consilij & autoritatis speciem. Quod igitur a populo dicendum erat: Tu legumlatore constitui iubes: an uero leges non habemus? praecidit his uerbis: Per eos uero legem iubeatis nullam: sed eas quae uobis in praesentia nocent, abrogate.

Legumlatore constituite.) Legislatores apud eos uocabatur, & qui legem nouam rogabat: et rursus is, qui quae ratae essent, diiudicabat, ne quae forte inter se contrariae reperirent: id quod Sexuiris, quos Thesmothetas uocant, curandum erat.

Alia perturbatores disciplina.) Quid interest inter $\alpha\tau\alpha\kappa\tau\epsilon\upsilon\sigma\alpha\varsigma$, $\lambda\epsilon\iota\pi\omicron\lambda\alpha\kappa\tau\epsilon\upsilon\sigma\alpha\varsigma$, & $\alpha\sigma\sigma\alpha\kappa\tau\epsilon\upsilon\sigma\alpha\varsigma$? $\alpha\sigma\sigma\alpha\kappa\tau\epsilon\upsilon\sigma\alpha\varsigma$ dicitur is, qui nondum in catalogum militum est inscriptus. $\alpha\tau\alpha\kappa\tau\epsilon\upsilon\sigma\alpha\varsigma$ uero, qui, cum inscriptus sit, expeditionibus quibus debuisset, non interfuit. $\lambda\epsilon\iota\pi\omicron\lambda\alpha\kappa\tau\epsilon\upsilon\sigma\alpha\varsigma$ uero, qui in praelio et castris ordinem et comitones deseruit. Leges autem fuere, quae iuberent quosdam immunes esse a militia, ut pompam Bacchanalibus ornarent. Aediles igitur, emerendi fauoris causa, natu-
 30 nimos, eosque maxime qui nomina militiae dederant, suo arbitratu eligebant. Sed Demosthenes in catalogum inscriptos militare iubet, & ex aetate inutili deligi salutatores.

Postquam uero haec sustuleritis.) Studet decretum impetrare a populo, quod legem illam accusare sine periculo possit.

Qui ea scribat.) Captione usus est, ut populo assensum extorqueret. Nam cum diuites duntaxat expedire iudicarent, ut the-
 40 atralis pecunia tolleretur: ipse omnes apposuit, quasi populus etiam idem cuperet.

Praesertim cum hoc solum.) Obiectionem soluit, ne quis dicat: Cur igitur dubitas tu Rei publicae amator, pro patria oppetere, ut Cordus, et quidam alij: responderet, illos quodam habuisse solatium, quod cum utilitate Reipublicae perirent. Ego uero, si nunc, in-
 50 quit, occubuero, non tantum iuuabo neminem, sed & liberam sententiam dicturis suggestum formidabilius efficiam.

Sed priusquam haec comparata fuerint.) Obie-

ctionem remouet, *Legem nihil uerearis*. occurrit igitur dilemmate, hoc est, ancipiti conclusione: Si legibus, inquit, uiolatis, poenas non dederis, id quidem tyrannicum fuerit: sin adire discrimen est necesse, non ne demens ero, qui me in certum periculum committam?

Ac ne illud quidem.) Obiectionem corrigit: Nihil metuas Demosthenes, si legem sustuleris. Decretum enim facimus de ea tollenda. Quid igitur, inquit, si & decreueritis, & nihil deinde quod ad rem pertineat, feceritis ueluti, si ad eam tollendam non conueneritis, aut, congressi non sustuleritis: quae futura est decreti utilitas?

Neque si uos multa decernentes.) Obscurus locus. quod uero dicit, sic est accipiendum: Non eguissetis multis decretis, per quae aut parum aut nihil conficeretis. Satis enim fuisset, unum decretum fecisse ad Philippum debellandum.

Nam cum facta dictis.) Locum Aristotelicum in hac sententia tractauit. Is uero locus est talis: Quod alicubi rei causa est ut sit, id primum est: Causae autem sunt facta dictorum: Priora igitur e-
 runt. Ac iterum: Cuius gratia aliquid fit, id potius est.

Quod enim tempus.) Et hoc ad partem facultatis pertinet. Omnis enim de occasione & tempore disputatio, ad facultatem referenda est.

Sed haec iucunda non sunt?) Interrogatiue. Non iucunda, inquit, est mea oratio, quod suadeo, ut theatrales pecuniae fiant militares? Non ego, inquit, in culpa sum, sed natura rerum, quae non finit, ut iucunda simul suadeam et, salutaria.

Nisi cum uota facienda essent.) Nisi forte in hoc, inquit, delinquo, quod uota non facio, ut uobis utraque contingant, & iucunda & salutaria.

Nam uota quidem facere.) Quid, inquit, a consiliario postulatis? optandum istuc est, ut apparet. Est enim non modo facile, sed etiam suaue. Optare enim licet, quicquid uel libitum fuerit. Addit uero $\eta\delta\epsilon\omicron\upsilon\upsilon$, id est, cum oporteat, ut cum sententijs Philosophorum congrueret. quorum sunt qui dicant: Non exoptanda esse ea quae in nostra potestate sint: aut fortassis, irrita esse uota indicare uoluit.

Si quis uero possit theatralem.) Non est obiectio, sed sententia, qua cauet, ne populus diu moretur. Ne enim multo post pecuniam quaerant, cum negotia uehementer
 urgeant:

47 urgeant: propterea dixit, se mirari, si cui copia esse possit eorum quæ absunt, ad ea quæ necessaria sunt. Nam futuri comæatus, nihil faciunt ad præsentia negotia. Quæ negotia non quærendam, sed quæsitam pecuniam postulent.

Etiã mercedem habebitis.) Maiorem pecuniae copiam eis proponit. Merces enim pecunia est, quæ quotidie numeratur. theatralium uerò tantum in solennibus festis accipiabant.

Non certè prudentium aut generosorum.) σοφρόνων, pro prudentium. γενναίων, pro nobilium, ingenuorum, non pro fortium.

Neq; cum contra Corinthios.) Repetendum est: Nequaquam prudentium aut generosorum est, Megarenibus quidem & Corinthiis, hoc est, Græcis, inferre bellum: Philippo autem, qui est Barbarus, non item. Hæ autem belli aduersus Megarenenses & Corinthios suscepti, causa fuerunt. Megarenenses consecratae terrae partem, quam δεγὰς uocant, sibi uendicabant. Corinthii autem iuuabant Megarenenses, proptereaq; ab Atheniensibus bello petiti sunt. δεγὰς autem regio uocabatur, uel propter δεγὰ, id est festa deorum: uel quod ignaua iaceret, & ultrò in ea herba nascerentur.

Sed boni ciuis.) Hinc ad tertiam orationis partem transit, quæ quidem epilogica uidetur: sed tamen & legè de theatri pecunia exagitat, & eiusdem autorem. Apto autem ordine collocata est hæc pars. si enim propter pecuniam Respublica detrimenta cepit, eorumq; detrimentorum causa lex fuit, decuit tam ipsam, quam auctorem eius, reprehendi. Facta est autem reprehensio per comparisonem præsentium magistratum cum ueteribus, quorum his se similem facit, in illos uerò inuehitur. seq; bifariam commendat: cum quod illos non imitetur: tum quod alteris, non quidem rebus præclare gestis, sed more & consuetudine gerendæ Reipublicæ similem se esse studeat.

Atqui considerate.) Ad hanc disputationem accedit, quam trifariam diuisit: quemadmodum se gesserint erga Græcos: quomodo erga Rempublicam: quæ priuata eorum uita fuerit.

Dicto autem audiens erat istam regionem qui.) Alij Perdiccam fuisse dicunt, qui Atheniensibus tributa penderet: alij Philippum quendam, unum ex huius Philippi maioribus.

Soli uerò mortalium.) Quia qui alijs inuidet,

maledictis illorum gloriam defruunt. At illorum celebritatem extinguere, aut obscurare nemo potuit.

Proinde nemini posterorum.) Nō de ædificijs loquitur, aut de donarijs: nam hæc superari fortasse possunt, sed exaggerat donaria propter res gestas, ob quas dedicata sunt. Nam Xerxis sella, & Mardonij acinaces, altera è Salaminia, alter è Plataensi uictoria sunt dedicati. his uerò facinoribus nemo quicquam reperit excellentius.

Quomodo uobis à commodis.) Figura ironia est, sed ironia quædam statim habet oratione adiunctum argumentum, unde appareat esse ironiam, id quod modò fit à Demosthene: alia rebus ipsis, cuius generis Platonica ille sunt, cum se nihil scire simulat Socrates, & ab alio uelle discere proficitur. ac diu post, rebus ipsis refutationem adiicit: qua ostendit, se ab initio simulasse.

Sed quantam omnes uidetis.) Per contentione disputat de Eubuli administratione, eam item cum rebus Græcis & priuatis & ciuilibus comparando.

Quos uerò in bello.) In bello sociali defecerunt ab eis Chij, Rhodij, Byzantij, & alij quidam: bello igitur suscepto, alios recuperarunt, alios subigere non potuerunt. Deinde pacem ea conditione fecerunt, ut socij omnes liberi essent. Hoc igitur uult, cum ait, eos etiam quos bello parauimus, pace amisimus. At ut tantilis pax fieret, in causa, inquit, fuit Eubulus, sua illa rerum administratione.

Sed heus tu.) Obiectionem soluit, recensendis Eubuli rebus gestis.

Propugnacula.) Hoc Eubulus studio habuit, ut propugnacula candidis tectorijs induceret.

Λήρος, nugas.) Alij dicunt eum fontes innuere, παρά τὸ λίαν εἶναι, à ualde fluendo. alij, nugaces res. Nam inde etiam Aristophanes, à delirando compositionem fecit, cum quendam exagitantem gratia nominat, κρονοχύτρον λίρωτον, id est, Saturniis ollis delirantem.

Quorum alij è mendicis.) Demadem, Eubulum, Phrynonem, Philocratem, & alios eiusdem generis innuit.

Publicis ædificijs.) Nō illis quæ à Pericle & eiusdem ætatis uiris extructa fuerunt, sed quos isti ciuitati apparauerant, fontibus & nugis. Fortassis autem de donarijs loquitur. Hisce uerò dictis, populum in oratores committat. Inuidum enim est mortalium ingenium.

Quæ igitur causa est omnium.) Explicatio causarum,

terram, qua eos
hortatur. Na
millant, fuisse
nem eos excita
Enarr.) nem
mos reipublica
est translatio
hæc quæ transla
re corporis, uti
quo est & ius
Arbuculas.)
enarr. festam, m
enarr. fuit: sed &
enarr. Anticc
enarr. est omne
enarr. etiam & p
enarr. accipitur. C
enarr. non cre
enarr. debens g
enarr. gratia Char
enarr. iusticia.) Tra
enarr. quam obre
enarr. subijci
enarr. per Cere
enarr. Dicit
enarr. periculi caus
enarr. am.
enarr. ego uerò nunc e
enarr. dicitur solet, r
enarr. eius uice nō
enarr. dicit, mirar uel
enarr. pofitetur: hortat
enarr. it copu.) hoc
enarr. & pofitetur. id e
enarr. preteritibus, ca
enarr. iusticia.) Tanc
enarr. hære de illis

ENAR



enarr. equidem
enarr. led tum,
enarr. pofit deliberat
enarr. tene, sed de Phi
enarr. iustiam hisce

farum, qua eos ad faciendum officium exhortatur. Nam cum dicit illos, quod ipsi militarint, fuisse felices: ad eorū æmulationem eos excitat.

Eneruati.) neruis spoliati. Nervos autē & vires reipublicæ, socios uocat. Sed quia dura est translatio, subiungit, *πῶλε κρημυλοῖ*, mutilati: quæ translatio & ipsa sumpta est à parte corporis, ut in uerso dicendi genere, ex quo est *ἄεννευθευεομυλοῖ*, perseveraret.

Aut bucculas.) Scribitur etiam *Βουδῶμια*. id enim festum, misis à Charete manubijs, actum fuit: sed *Βουδῶα* diminutiuum est contractum, Atticorum more.

Et quod est omnium uiro indignissimum.) Scribitur etiam *ἀνὸρπῶπιτον*, fortissimum, ut ironice accipiatur. Cuius rei quidam ignari, scripturam nunc receptam fecerunt.

Insuper debetis gratiā.) Hoc dixit, quod prædæ gratiā Charetem coronarunt.

Inclusos.) Translatum à brutis animantibus: quamobrem etiam, *cicurant*, & mansuetos faciunt, subiicit.

Hæc per Cererem non.) Hinc incipit peroratio. Dicit autem hæc orator fugiendi periculi causa, cum præparatione quadam.

Ego uerò nunc etiam.) Quia id * quod ferè usurpari solet, male dicitur, eo non utitur, & eius uice *τῷ ὄντι καὶ νῦν* usus est. Cum uerò dicit, *miror uel nunc uos fecisse mihi dicendi liberè potestatem*: hortatur eos ut id faciant.

Et copia.) hoc est, pecuniâ theatri. *ἀφορμῶν*. id est *πρὸ φάσεων*, occasionibus, prætextibus, causis.

Fortasse.) Tanquam per correctionem, dubitare se de illis subindicat.

Quæ egrotantibus.) Hac parabola opportune usus est, ostendens, eos stultitiæ morbo laborare.

Igitur.) Quoniam mercedis acceptio contumeliosa uidebatur Atheniensibus (seruorum enim est) obiectione est usus, qua soluit & tegit turpitudinē. Quia uerò scit, eis persuaderi non posse ut theatralem pecuniā missam faciāt, uult eos illa sola esse contentos: neq; si ius in foro, aut in senatu sententiam dicant, aut foris militent, mercedē accipere.

Licet agere ocium.) Omnino præclarè ociū priore loco posuit, nam de ignauis differit. Deinde ne bello nominato molestus uideretur, id subicit: sed dixit, *quale etiam nunc est*.

Ab his iisdem.) Hoc est, ne ad theatrales mercedem accipiant militarem.

Quemadmodum iustum est.) Nec enim legibus est contrarium, pro patrio solo militare.

Præter parua.) Quoniam suasit eis, ne uel militari, uel senatoriam, uel iudiciariā mercedem accipiant, sed theatralibus contenti sint: dicendo, *parua*, facit ut ea non grauati aspernentur.

Ordine.) Ordinem seu stationem uirtutis nominat, non Græciæ principatum, sed illud quod olim suis corporibus militare solebant.

Ferè dixi.) Ne aliqui culparent, eum consilia quædam omisisse, ne uefocordes essent, quasi omnia audiuisent, ferè apposuit.

Profuturū.) Rursus etiam hic data ipsis optione, iudicium de theatri pecuniâ efigit.

ENARRATIO PRIMAE IN PHILIPPVM DEMOSTHENIS ORATIONIS, HIERONYMO Vuolfio interprete.



Ide noua quæpiam re instituta esset deliberatio.) Excusat se in exordio de præcepto senib. dicendi loco. Sciendū autem est, eum id crimen ratiocinatione soluere, quasi dicat: noui equidem necesse esse, ut senes primi dicant: sed tum, cum de nouo quopiam negotio deliberatur. Nunc uerò nulla noua de re, sed de Philippo agitur. Proinde cum senes iam hîc de rebus sæpe dixerint, le-

gi fraudem non facio. Et in hunc fanè modum ipse ratiocinatur. Sed res ita se habuit, siue negotium uetus esset, siue nouum, senibus primo loco sententiâ dicenda erat. Quia uerò tum Athenienses ualde turbati erant, propter iacturam duarum & triginta Chalcidicarum urbium, & ob magnos Philippi successus & incrementa, propterea primum dicendi locum occupare studeuit.

πρὸ τῶν. pro *πρὸς ἅμῶν*, propositum esset. quidam pro *πρὸς γράφῶν*, id est, scripto d significatum

significatum esset, acceperūt, quod tabellas quasdam conscribere solerēt olim, quibus res de qua cōsultaretur, & propter quā indicta esset concio, contineretur: easq; ante concionem proponerent, ut cognoscerent omnes, qua de re indicta esset concio.

Dicendum esset.) Subdistingvendū est hic, ut sic accipiatur: Si noua quapiam de re dicendum esset, repressissem me, & expectassem, donec senes isti sententiā dixissent: ac tum ipse etiā quæ sentio, dicere conatus essem. Sciendū autē est, eum Iso cratico exordio esse usum, eo quod in Archidamo habetur. Nam ibi quoq; id argumentū tractat, quare adolescens senes anteuertat.

Eorum qui solent.) Senes intelligit. Vide autem ut eos clanculū perstrinxerit, dicendo, eorū qui solēt, ut significet, eos tantū habere consuetudinē primo loco dicendi, nō tamen etiam utilia suadere.

Si quid mihi placuisset.) Partitione & suppartitione hic est usus. Cum enim coniunctionem ἢ posuerit, & nō statim subiecit, sed aliud μὲν. Est enim μεισιμὸς ἢ ἑπομεισιμὸς, cū binis μὲν ἢ positis, necesse est bina & subfungere. id quod hic etiā reperitur. Vide autem, ut rursus cū autoritate dixerit, mihi placuisset: quod est, bono cōsiliario bonū consilium. Figura hæc apud poetā extat, χαῖρ' ἀχίλλεῖ, δαίφης μὲν κίονος ἐν ἰδιδυεῖς, ἢ μὲν οἱ κλισίῃ. Salue Achille, cōiuiū quidem æquali non caremus, siue quidem in tentorio.

Sæpe dixerūt.) Iterū eos ingeniose perstrinxit, dicēdo, sæpe quidē uerba fecerūt, sed nihil profecerūt. Quærunť autē, cū suaforiĝ generis propria sit adhortatio et dehortatio, minimē uerō in accusando uersēt, quo pacto hæc oratio inscripta sit, tota suaforia, cum in Philippum inuehatur: Respondemus, tria causarum genera sæpe inter se misceri, & aliud alij præbere materiā. Cum enim probare uellet, populandā esse Macedoniā, materiā usus est infectatione Philippi. Sciendū est in cæteris orationib. ἔλκεν, materiā fuisse Olynthiorū obsidionē. nam ea dicēdi copiā oratori suppeditabat: σωίερον, cōtinens uerō & firmamentū, Athenienliū potentiā. Sed hic materiā est Macedo, continēs uerō Athenienses. Quamobrē etiā diuersam à superioribus inscriptionē sortita est. Orationis, οἱ δὲ μὴμα πικρὰ κεφάλαια, argumēta & capita tria sunt, ut remp. fortiter defendāt, ut ipsi militent, ut pecunię subsidia excogitēt, undemilitibus stipēdiā numerent. Recitatione autē

Philippi epistole nihil aliud agit, nisi ut eos exacuat, & remp. defendendā esse doceat. Exordiū non à re, sed à persona ducitur.

Nam cum ipse ante seniores surrexisset, & id quidā ægrē ferrent, ei incōmodo medetur. Verbo, *me repressissem*, significat, se tunc quoq; uix sibi temperaturū fuisse, quo minus de bono publico diceret. Translatio sumpta est ab equis, qui currendi cupidī, cohibentur. Figurā alij uocāt διπλῶν μεισιμὸν, duplicem partitionē, alij partitionē & suppartitionē. nam cum prius bina μὲν μὲν posuisset, bina & subiunxit. Coniunctiones autem sæpe non ordine redduntur, sed ita ut postrema pars primæ respondeat. Nam in capite, πῶδ' πῶδ' ἐκολλῆς, de cōplexione, seu cōprehensione dicit Hermogenes, ἢ ἰδ' ἰαω, formæ approbationē priorem esse propositionē. Nam, si de noua quadam re dicendum esset: propositio est in hanc sententiā, etiam naturā minori primo dicenti locū esse dandū. eius uerō approbatio: quod ij qui consulere soleant, hoc est, seniores, nihil dixerint, quod ad rem pertineat. At Aesculapius sophista cōfirmationē ait esse sine propositione. Iso crates autē in Archidami oratione, primo loco propositione posita, confirmationem subiecit, hoc modo: Fortasse quidam uestrum mirantur, *me*, qui reliquo tempore legibus nostræ ciuitatis ita, ut haud scio an quisquam meorum æqualium, paruerim, usque adeo esse mutatum, & cætera. Hæc propositio est, sequitur confirmatio: Ego uerō, si quis eorum qui apud uos uerba facere solent, pro reipub. dignitate differuisset, omnino quieuisset.

Quale uos.) Hoc uerecundē & urbanē, & citra offensam dixit omnino, dicendo, *quale uos uultis*: hoc est, cum ignauia uincere.

Exemplis.) Si ἡρώμω s, id est, utentibus: referēdum est ad illud, nihil uobis metuendum est. Sin ἡρώμωι sine s legitur, ad illud, ut sciatis utentes.

Ista præsentē insolentia.) Suprà de Lacedæmonijs loquens, *robur*: hic Macedonem deprimere uolēs, insolentiam dixit. id quod erat inuisissimum Atheniēsis, libertatis perpetuis amatoribus.

Si quis uerō uestrum.) Quasq; obiectiones scit orator esse firmas, earū refutationes primū recitat: deinde earū utilitate ostensa, palàm proponit, quemadmodum nunc hic etiam. Præsentem autē obiectionem bifariam confirmat, tum à potentia Philippi, tum uerō in primis à domestica infirmitate Atheniensium, Deinde quia, ut maxime refutata

refutata uideretur obiectio, prorsus adhuc uehemens erat, in initio assentitur aduersario. Nam oratorem oportet, ne impudens uideatur, & manifestæ ueritatis inimicus, in huiusmodi locis principium concedere, ac tum demum etiam concessione infirmare.

Difficile superari.) *δυσωπέλητος* dixit, & *ἀκαταγύνητος*: id est, inexpugnabile. Nam inexpugnabilis nunquam expugnatur: sed *δυσωπέλητος*, difficulter ille quidem, sed uincitur tamen, id quod hoc uerbo innuere uoluit.

κύκλω, circumcirca.) Quidam eum, quia litus sit hic locus, propterea sic dixisse putant, alij, quod oppida illa uelut in circulo posita sint.

ὕψι τεύχεσσι, arce.) *ὕψι τεύχεσσι* locus excelsus est, quem hostes occupatum munire solent, ut ex eo progressi hostes inuadant. Recte igitur propter industriam laudat Macedonem, ut Athenienses ad emulationem prouocet. Scit enim Demosthenes, etiam hostem tempestiue laudare.

Esse quidem uniuersa loca hæc, præmia belli sita in medio.) Translatio sumpta à præmio, quod pugilibus in medio ponitur. Vox *ἐπιθλα*, non nisi semel reperitur apud Euripidem.

Et uolentibus.) Vide ut dicat Philippum ea ratione cepisse urbes illas, qua ipse uelit, Athenienses rebus gerendis animum intendere.

Alia ut aliquis capta.) Quia uerbum euertit, terribile est, subiecit extenuationis gratia, ut aliquis bello capta habeat.

Etenim socij esse & adherere.) Quia molesta erat Atheniensibus sociorum amicorumque copia, quam Philippus habebat, ei incommodo per generalem sententiam est medicatus.

Omni omisa dissimulatione.) Sciendum (*ἀρρωεία*) dissimulationem (*ἀλαζονεία*) arrogantiam esse contrariam. Nam arrogantie est, profiteri te plura præstare posse, quam possis: dissimulationis, negare te minora posse facere.

Si quisque uestrum se nihil.) Nam & hoc est omisi animi proprium.

Si Deus uolet.) Spem sursum in cælum misit, ut si forte, tamen illa fecissent, res non optime caderet, defensionem haberet: ea gratia hic iam Dei gubernationem appoluit, alij dicunt, eum numinis amore, suos mores commendare uoluisse.

Odit aliquis eum.) Odit, qui iam male acceptus est: metuit, qui nondum est passus quicquam, sed malum expectat: inuidet, cum uideat eum ciuitates ita euertere.

Et omnia quaecumque.) Hæc figura uocatur *καταίρεισις*, destructio. Per hæc enim facile potissimumque detrimentum capitur. Vniuersali igitur sententia orationem confirmauit.

Trepidant.) submisisse sese gerunt. Nec enim is qui odit, nostre socordie culpa, ei nocet: nec qui in metu est, aliud quippiam cogitare potest, cum sit periculosum. nec qui inuidet, resistere: uiribus enim destituitur.

Qui nec optionem.) Hoc est, propter Macedonis insolentiam ne agere quidem potestis quæ uultis: sed bellum gerere necesse habetis, & per hoc necessitatem ostendit. Necessarium autem est, sine quo uiui non potest.

Et uerba superba.) Ne recitandis Macedoni uerbis male ominari uideatur, ea gratia illa prætermisit.

περὶ ἀεὶ κάμετ, in super circumdat.) Aiunt, cum ciuitates in circulo sitæ fuerint, quas Philippus cepit, propterea eum sic esse locutum. alij translatum esse à uenatoribus uolunt, qui unde quaque uias omnes, omniaque effugia cassibus obsepant, ut ne per ea feræ elabuntur. Et rursus, *ποδισι χίεπυ*, obambulat ordine: subiecit, quo uerbo figura iuuatur.

Et sedentes.) Quia dictum illud terret, ait, Philippum, ut qui suffragatricem possideat socordiam Atheniensium, ea omnia perficere.

Quando igitur, Athen.) Transitus etiam hic fit ad locum à necessario. Ostendit enim hæc necessario esse faciendam. Tractatur autem increpatione: quapropter etiam secundum *ὠίπ*, quando, uoce grauiore effertur. Describit autem hic mores socordium, estque sermocinatio. Deinde interrogationi responsionem non reddit, sed ipse præ iracundia, pro eo qui interrogatus fuerat scilicet, loquitur.

Postquam aliqua necessitas.) Certo quodam gestu legendum. Cum scilicet aliqua necessitas. Nihil enim liberis Atheniensibus ea ignominia grauius esse potest, quam si eos qui Persam Græcia expulerunt, Pella oriundus homo, bello superet.

Mortuus est Philippus.) Etiam hinc argumento sumpto dicunt, hanc primam esse orationem. Nam Philippi ualetudo antecessit Olympi oblitionem. sed nos dicimus, absurdum non esse, ut hoc exempli uice ponat, tamen id ea tempora præcesserit, cum uidelicet illi quæ fieri optabant, uulgò iactarent.

Celeriter uos.) Desidia, inquit, multos gignere Philippos potest. Nam dum nos negligentiā fouemus, celeriter alius etiā Philippus existet. Alij uerò quidā curiosi, propter Alexandrū aiunt eum hoc dicere. Dicitū hoc καὶ τὸ πρῶτον, per fictionē, est accipiendum

Scitote uos, si prope.) Nam & rege recens defuncto, & subditis, ut uerisimile est, dissentientibus, ipsi sese quibusdam eorum ad iungentes, alteris superiores esse, & regem sibi coniunctum constituere possent.

Faciendum igitur esse officium.) Hinc ad alteram facultatis partem transit. Eam enim dupliciter secuit, cum in hoc, Si Philippum imitabimur, uincere poterimus: (id quod iam absolutū est) tum in copiarum multitudinem & pecuniariam rationem, quam nunc explicabit. Interijcit autem necessitatē, ac in ratione copiarum differit, utrum ex delectibus ciuiū, an peregrinorū eę sint conscribende.

Et quamprimum.) Verbū hoc apposuit, quod paruū auxiliū esse ferendum suaturus est, ut festinationē excusationis loco retineat.

Precatus à uobis.) πρὸ δὲ παρῆα, cōciliatiōe usus est, nō ignarus, uidelicet eos maxima libēter decernere, sed nihil decretis dignū ad ministrare. Vult autē eos id mittere auxiliū qd possunt, propterea q; hac ratiōe usus est.

Novum apparatū.) Respicit ad Atheniensium opinionē. Etenim ipsi multū uolebant: sed Demosthenes, cum sciret quo in loco res essent, exiguum.

Qui celeriter & hodie iubēt, rectissime consulunt.) Nō qui nos statim egredi iubēt, optimi cōsiliarij sunt: sed is optimus consiliarius fue-

rit, qui apparatū inuenerit, et commeatum, per quem copię conseruentur.

Dum aut bellū deponamus.) Omnino preclare, ne inuidiosum quidā iubere uideat, si priore loco posuisset, uincamus, preposuit, bellū deponamus. Deinde propter mala consilia adijcit, persuadeatur nobis.

Sic enim non iam deinceps.) uictores, aut cauentes hostium aggressiōnem.

Non prohibens.) id est, cōcionari uolentib, nō obliuēs. Quidā dicunt, oratorē uelle reuera duplicē fieri apparatū: rectius aut dicitur, si dixisset alterū apparatū dūtaxat, eum fuisse molestū futurū Atheniensib, magna libēter decernētibus. Propterea & hunc ad iecisse. Tandē in progressu orationis hunc subticit, ac de altero multa uerba fecit.

Et naues.) Quę commeatum uehāt, et ministeria.

Ad Pylas.) Portę Gracię fuerunt intra Parnassum & mare, 25. pedū spacio, quę & Thermopylē uocātur, propterea quod ibi Minerua Herculi calidas balneas dedit, post certamē defatigato. Eā incurSIONē facere Philippus cum in Thesalia esset, conabatur: sed Athenienses eum, re cognita, & classe missa, repulerunt.

Et olim aliquando.) Nam res ad Aliartū ante sexennium gesta fuit, in Eubœa ante triennium, quo etiā tempore noster orator triremē instruxit: aut, cū ante multos annos praliū ad Aliartū cōmissum est. unde dixit, et postremo. Postremò quidē, collatione ad has expeditiones facta: dudū uerò, respectu eius temporis, quo oratio habebatur.

QVARTAE IN PHILIPPVM ORATIONIS

DEMOSTHENIS ENARRATIO, HIERONYMO

Vuolfio interprete.



VM & graua existimē, Athenienses, ea de quib, deliberatis, & necessaria reip.) Qui decimā orationē ante nos exposuere ac diuisere, ignorarūt hanc orationē a Demosthene ad quendam subitū parumq; secundū nunciū allatū ē Thracia, fuisse habitā. Quamobrē etiā festinanter ob urgentē tum necessitatē, orationem hanc pronunciauit. Idē in causa fuit, quo minus peculiare de hoc argumēto rationē meditatus prodiret, tēporis angustijs exclusus. Apparet etiā Philippū suppetias uenisse Cardianis, Diopithe eos aggresso. Quapropter interiectorū locorū tanquam

dubiorū in septima meminit, & in octaua dixit, sed si cōiectura capiēda est ex ea epistola, quam ad uos misit, se ulturū eos ait, qui in Cherroneso sunt. Cum aut res inter se multum cognatę sint, quod aduersus Philippū pace uiolata grafsantē instituta hęc est oratio, pleraq; ex orationib, prius habitis uelut ē penu promit, et presentib, tamē negocijs q; aptis, accommodat. Vnde aut cōstat Philippū opem tulisse Cardianis, & dum cætera Thraciæ loca uexat omnia, molestū esse populo? Ex ipsius oratoris uerbis. Nam statim initio hoc innuit, cū sic ait: Si quid noui motus nuncietur, & Ac improbitatis & rapacitatis quidē tantus est numerus, quantū auditis. Ac rursus in media ferē oratione adijcit: Priusquam, ut nunc, ipsę adfuerint res.

Quæ

Quæ omnia indicio sunt, nunciatū esse ali-
quid. Cardianis autē opē tulisse, uerbū opitula-
tur declarat. Nā hæc omnia perspicue osten-
dūt argumentū. Dicūt autē ijdē, Alexander,
Diocorus, & celebris ille Zeno, caput utili-
tatis tantū tractatū esse in hac oratione.
Qui quidē ignorasse omnino capitū etiā na-
turā uident. Cōtinet enim facultatē quoq;
oratio, eamq; duplicē. Legitīmū itē et iustū
habet: ut ipsa quidē diuisio et dispositio, ubi
explicata fuerit, ostendet. Demostheni autē
propositū est tueri et amplificare Diopithis
copias, cū ipsum ei tēpus maximā liberē di-
cēdi potestātē daret: sic tamē ut fastidiū inte-
rim caueat, ne uideat gratiæ causa uerba face-
re. Studet etiā excitare populū, metuit enim
ne ad pacificatiōes & legationes ijs de reb.
mittēdas se cōuertat. et impetrare studet, ut
dicūt est, ut ipsi de bello decretū scribāt. Au-
ditorib; etiā persuadere nitit, ut legatos ad
Medū mittāt, de pecunijs, & regis Persarū
sibi beneuolentiā adiungāt. Iam qd ad Dio-
pithē attinet, ut imperatoris exercitus reti-
neat, et ne ipse Demosthenes decretum de
bello scribere cogat, magna ui et solertia op-
ponit pacis uiolationē, & iusiurandum nō
seruatū. Quibus probatis occasionē nactus
est, & suadēdi et cogēdi auditores, ut et re-
tineant, & augeāt Diopithis exercitum: &
quod à se postulare, superuacaneū esse o-
stēdit. Nā si Philippū uiolasse pacē cōstat,
quo iure ipse cogi posset ad scribēdū de bel-
lo decretū, nisi qui id iubēt, occasionē ipsius
calumniandi queritarent? Ac duo quidē ca-
pita in hunc tractauit modū. De legatione
autē, (nā eis pecuniā interim ab eo cōpara-
re uult) presentē urbis inopiā exponit. O-
portere enim eam, quæ nūc præsto sit, pecu-
niā distribui populo, & erogari de more in
spectacula, & nō auferrī quæ è bello dētur:
neq; etiā à diuitib; extorquēda tributa, qui
calumnijs premāt, & publicatione bonorū
per iniuriā uexent. Quibus cum auditorū
uoluptate cōmemoratis, (nec enim quicq;
ita uēdicabāt, ut publicæ pecuniæ fructus)
occasionē nactus est eis suadēdi à rege pe-
cuniam esse petendam, quod non aliunde
ciuitati sumptus necessarij suppetēt. Vni-
uersum igitur institutum, & consiliū &
propositum oratoris hoc est, quod ante nos
cū nemo (quod ego quidē sciam) sciret, opi-
nati sunt, tertiam quæstionē de theatri pe-
cunia, ut à presentē argumēto alienā, incidit
se. Quod nō ita se habere apparet, nec ap-

parebit unquā. Expediit autem denuò diuisi-
onem & dispositionem, qua usus est ora-
tor, explicari, ut eius ordinē & collocatio-
nē admiremur. Quin ante partitionē opere
preciū fuerit, etiā elocutionē, qua est usus,
admirari. Etenim est alicubi splendida, ali-
cubi acris, alicubi tracta leniter. Ac (ἡ πλε-
γματικὸν) dicēdi genus actuosum multis in
locis præfert: sed hæc genera sæpe inter
se cōiungit, utpote necessitate eū adigen-
te, et usum eorū ad multa applicante. Talis
autē est eius dispositio & ordo: (ἡ ἡγεσίμων)
legū uiolationē statim in exordio per occu-
pationē innuit his uerbis: Cū nō pauca peccata
sint, neq; paruo collecta tēpore, per quæ præsentia ne-
gotia sint afflictā. Nam asserimus, è capitalib; su-
menda esse exordia. Magnitudinē etiā cau-
sæ addit necessariò, ut magis persuadeat &
cogat auditorē, ut admonitionē admittat.
Nec enim aliter adduci posset ad sententiā
perfectē audiendā, nisi in eam opinionē ad-
ducere, ut sentiret, magnā esse rem, et cura
dignā de qua agatur. Verbū autē ἀποδύα,
tū celerius esse opitulandū, tum magno stu-
dio in eam rem incumbendū, quasi Atticus
ager infestaret, significat. Præterea uerbum
ἀναγκία, nō indulgendū ignauie, ut soleat.
Nam nō alienas, sed domesticas opes esse
in periculo, eamq; prouinciā, unde nec pau-
ci nec parui reditus accedant reip. Quancq;
autē ea tractatio cōmunis uidet, eā tamē esse
proprijsimā cōstat. Hæc de priore. Iam
de tractatiōe posterioris, illud ipsum legiti-
mū esse perinde uiolatū, et euidentius, indi-
cat, dicēdo: Improbitas et rapacitas, qua in omnes ho-
mines Philippus utitur, manifesta est & euidens, ut &
uos auditis: nec esse confidendū aut acquiescendū orato-
rū uerbis, tanquā qui rem in integrū restituere possint.
(Etenim si nulla re alia.) Hactenus progressa
est secundū exordij sententiā. Videtur autē
mihī artificiosimē & ingeniosissimē initio
remouere suspicionē, ne suspicari incipiāt,
Philippi conatus sola posse legatione re-
primi. Vnde tali ei sententiā fuit opus: requi-
ri non tantū uerba, sed etiam facta. Et hæc
suspicionem nobis dilucidiorē etiam fe-
cit per hoc, quod post exordia tractata est:
quod & ipsum ante nos perspicere nulli
potuerunt. Quomodo autē auspicetur sta-
tim post secundū exordium, & quæ uerba
faciat eò pertinētia, cur legatione utēdū nō
sit, neq; sperandū, oratoris uerbis persuade-
ri posse Philippo, ut iniurijs onerare Athe-
nienses desinat, operepreciū est cōsiderare.

Nos minime unquam, ubi de iure disputandum fuit, neque uicti, neque iniuste fecisse uisi sumus. Post allatum enim nuncium de Philippi iniurijs, & misso Cardianis auxilio, prudenter cogitauit, posse fieri ut Athenienses natura socordes, ad aliquam legationem conuerterent. Eam igitur opinionem capite ab impossibili tollit, probans fieri non posse, ut Philippi rapacitas uerbis cohibeatur. & duas huius rei partes tractauit per contentione, ueluti, quid possint orationes, quid facta ualeant: & Athenienses uerbis utentes, suis commodis non consulere, neque illos pro quibus uerba faciant, iuari: sed proditores, Philippi commoda procurantes, solos florere successibus, et posse omnia. Sic igitur prima pars orationis progreditur, impossibile continens comparatione tractatum: quo ostendit, non eas esse uires orationis, ut ea rite conficiat, quorum natura sit ut re gerenda recte conficiantur. Ac per hanc partem efficere instituit, unum quod uel maximum est, non esse de legatione cogitandum. ac rursus duo post hoc: alterum, se non esse cogendum ut scribat: alterum, quod premonitionis uim habet. Si ipsi nihil agere uelint, quamobrem tandem audiant: post quod sane utilitatem etiam tractauit, ab his uerbis auspiciatus: Postea opinor (uera enim, ut ego iudico, dicenda sunt) in id crimen uenimus. Iam euentum examinat, quid Athenienses sua illa perpetua fiducia uerborum consequuti sint. Deinde metuens, ne nunc etiam aequae omisis animis essent, & ea nunciata quae erant, leuiora ducerent, commonefacit eos locorum quae per socordiam & despectum & negligentiam perierunt. Ea igitur metuens, enumerat, quam multis olim etiam contemptis, quam multis sint spoliati. idque dicit ab hac dictione auspiciatus, Videtis Serrium & Doriscum: haec enim primum neglecta sunt post factam pacem: haec perdidere Thraciam & Cersobleptem, et reliqua. Haec igitur utraque iam perfecit, tum legationibus non esse utendum, tum Philippum imitandum, factis magis quam uerbis negotia conficiantur: ac tertium, non esse tanquam paruum aliquid negligendum, id quod modo acciderit ac nunciatum sit, cum soleant neque in paruas, neque contemnendas clades incidere, dum ea subinde contemnant quae capiantur. Eodem hoc etiam pertinet, non indulgendum socordiae, neque putandum, legatione Philippum reprimi posse, et aliud quiddam, quod ipse innuit his uerbis: Sed ut hoc uobis ostendam

non prius temperaturum ab omnibus hominibus laedendis, omnibusque sibi subiiciendis, nisi quis eum prohibuerit. Alij ipsum caput a iusto petutum, alij ad reuincendam eorum ignauiam id esse adsumptum dicunt. Constat autem recte dici, pertinere hoc ad inutile. Ac prima orationis pars hucusque pertinet, totumque epicherema sumptum est a facultate, confirmatum ab utili, cur neque legatio sit mittenda, neque nunciata quae sint, ociose contemnenda: & dare eos iubet operam, ut factis magis quam uerbis Philippi conatus prohibeant. Hoc etiam caput ignorarunt, qui ante nos meditationes et diuisiones in hanc orationem ediderunt: post haec legitimum introducit, eodem consilio usus quo etiam in octaua. Quin simili etiam elocutione & doctrina utitur.

Sunt autem quidam, qui priusquam quid de rebus dicatur audierint, interrogare soleant, quid sit faciendum. Hic accedit ad legitimum (κατ' ἀνάγκην) per occupationem. Est autem callide tractata occupatio per preteritionem: deest enim in hoc, quid igitur est faciendum? illud, cum pax sit? Retiuit autem hanc partem tanquam firmam, eaque per refutationem subindicauit. Quomodo autem eam refutauit, et unde uenanda est occupatio? Ex uerbis eius, cum dicit ac subiicit, Primum hoc apud uos certo statuere debetis, Philippum cum nostra urbe bellum gerere, pacemque uiolasse. Nam haec subiicit, cum occupatio talis non sit, cum pax sit: sed ut auditorum assensum eliciat de pace uiolata, propterea inter rogatione callidior est usus, quasi parati essent auditores ad officium faciendum. Proinde non aliud eos statuere iubet, quam, pacem esse uiolatam: id quod ad occultam occupationis partem pertinet. Tale etiam est consilium eius in oratione pro Diopithe. Iam uero illud ante struit per caput legitimum, retinendas esse Diopithis copias: propter hoc enim etiam ante interrogauit figurate, & cum gestu: quid igitur est faciendum? ut, cum pax interiecto tempore sit uiolata, inferat, retinendas esse Diopithis copias. Huc enim omne eius studium incumbit. Interim uero etiam quasdam suspiciones soluit, et e tractatione emergentes occupationes. Probat autem legitimum primum bifariam: uno modo, non posse fieri, quin libertatem & Rempublicam aduersantem tyrannidi uelit abrogata Philippus: gnarus, non aliter constare posse suum regnum, nisi Respublica destruat: altero, quod apud nullos alios tam immensas opes reperiat, quam apud Athenienses. Eum igitur necessario

necessariò propter ea quoq; bellum gerere
 cum Republica. Vtraq; autem argumenta
 pertinent ad necessitatem, sed necessitas à
 sententiã & consequentibus petitur. Deinde
 quoniam ei tractanti necessitatẽ, ex qua
 contingat inuisam esse Philippo Rempub.
 & asserenti, fore ut omnes ei subacti ad A-
 thenienses cõfugiant: occurrebatur propriè
 ad illud ex ipsa tractatione, *quis nam seruitutem*
seruitute commutare uelit, ac nõ semel receptã æ-
quo ferre animo? id refutat, hoc modo: *E-*
stis enim uos natura non appositi ad uiolentiam, domina-
tumq; obtinẽdum. Nec enim hæc est antithesis,
 sed antiptõ, ortũ à priore sententiã. Postea
 sententiã eandem repetijt, & ad aliud prin-
 cipium reduxit, dicendo: *Primum igitur hostem*
existimandum est Reipublicæ & popularis status irre-
conciliabilem esse illum. Cum enim firma sit illa
 de pace ratio, necessariò eam cõtinenter op-
 pugnat: hoc est, nõ esse pacis uocabulo no-
 minandam contendit. natura enim hostem
 esse Philippum. Reduxit autem rem denuò
 ad hoc principium: primũ, ut dixi, ut eam
 strenuè oppugnaret: deinde, quia etiã alia
 potuit uti refutatione, quæ comparationẽ
 suppeditaui copiarũ & opum, quibus flo-
 rerent Athenienses. & Thracicæ miserig, et
 exiguitatis & uilitatis: rursus innovauit ob-
 iectionem, una quidẽ ratione, Philippũ
 necessariò populari statui esse infestum, &
 Reipublicæ, quæ tyrannidi aduerfetur. at-
 que hac refutatione usus est ad aliam occu-
 pationem ponendam. altera autem refu-
 tatione, quæ comparationem continet,
 nunc usurus est ad alterã * occupationem.
 Ex hoc igitur legitimi capite refutato ma-
 gis per locum à iusto, necessariò occurrit
 rursus occupatio à legitimo: Si omnino
 persuasum habes pacem esse uiolatam, De-
 mosthenes, scribe de bello decretum. hanc
 soluit instantia, quæ (*ἐνστασις*) instantia sur-
 mitur à iusto. Non enim iustum est, inquit,
 cum à uobis affici iniuria, qui uobis utilissi-
 ma suadere instituit. Deinde ab exemplo
 petit refutationem: Philippum, cum aliàs
 nemo unquam bellum decreuisset, gras-
 fatum esse, id que primò & secundo et ter-
 tio: & nunc Cardianis opem ferre. in quo
 simul etiã causam notat, ob quam hæc ha-
 beat oratio. Nam cum nunciatũ sit, Philip-
 pum opẽ ferre Cardianis, satis apparet po-
 pulum fuisse perturbatum. Sequitur tertiã
 refutatio: Vos decreuistis bellum. Ex quo
 enim tempore Diopithem ablegastis, bel-

lum decreuistis. Quare superuacaneum est,
 de his quæ decreta sunt, scribere. Deinde ue-
 lut omisissis refutationibus concludit, geren-
 diq; belli rationem proponit. Est autem ei
 in more positũ, aliquo capite absoluto, etiã
 in media oratione concludere. Asserit autẽ,
 ulciscendum esse illũ, si uim inferat. Simu-
 lans se deinceps sub conditione instituere
 orationem, à modo. Non potest enim infer-
 re bellum, qui bellũ propulsat: ut uideatur
 Philippus uiolare pacem, nõ ciuitas. Simi-
 liter etiã hic attingere uidetur negotiale
 genus. Scit enim etiã in conclusionibus
 eorum aliquid quæ causam continent, con-
 ficere, et pugnare. fugit autem nihilominus
 etiã hic scribere, & argumentũ notat pro-
 pter quod habetur oratio. Cum enim aiat,
uim propulsantibus iam pecuniam, & cætera quibus in-
digent, dantes: indicauit, impetum fecisse Phi-
 lippum, eiq; Diopithem resistere. Hac autẽ
 hortatoria de tributo conferendo, et paran-
 do exercitu, & celeribus triremibus, eui-
 dens est, eum transire ad quandã (*ἐπιτολογίαν*)
 aliam orationem, ab utili, & locum à
 turpi etiã hic adhibere, cum ostendat in
 quantum dedecus et derisionem inciderint
 ob socordiam. Deinde à iudicio hostis Phi-
 lippus, qui Rempublicam nihil facere aliud
 optaret. Absoluto autem epilogo, auspica-
 tur facultatis locum, relata ad (*ἀρχὴν ἀπ' ἑξοικῆς*)
 principium antiquius oratione, sum-
 pto ab his uerbis initio: Nihil rerum omniũ
 ab initio instituitis, aut comparastis recte.
 Quòd si tractationi capitis huius, faculta-
 tis dico, utilitas comitatur, & inter cætera
 uerba intelligitur, id non est mirandum, cũ
 solitum ei sit capita implicare. Accedere au-
 tem eam partem magis ad facultatem, è se-
 quẽtibus apparet. Statim enim soluit etiã
 occupationem, non eam quidem apertẽ po-
 sitam, sed per refutationes significatam: At-
 qui poterimus subsidiario milite utẽtes, illum prohibere.
 Postquam enim paulo antè in fine refutate
 occupationis, quæ à legitimo ducitur, & as-
 serit, illum scribere oportere de bello decre-
 tum: adhortatione quadã epilogica fuit u-
 sus, iubens comparari exercitum, tum gra-
 uis armaturæ milites, tum equites, tum trire-
 mes: propterea etiã anticipauit in ipso adi-
 tu refutationem, & nunc item apertius ean-
 dem propulsat, dicendo: Non fieri potest ut subsi-
 diario milite utentes, unquã quicquam tempestiue con-
 ficiatis. atq; alias etiã suspiciones soluit, ne
 in causa esse uideatur, uti pecunia temere di-
 lapidetur:

hinc positio
 nem.

lapidetur: cum quæstōres esse creandos, & rationes à ducibus exigendas esse ait. Post hæc rursus in facultate occurrebat: At *difficilia & ardua suades Demosthenes*. Eam uerò facultatis esse asserimus, propterea quòd negotiorum & laborū meminit. Negotium enim (*περὶ γυμνα*) rem ferè factu non esse facilem significat. non tamen remotum est etiam ab utilitatis participatione, idè palàm ostendūt refutationes. Est autè ea occupatio: *Si quis uero putat hæc & sumptus magni, et laborum multorū, & negotij esse, is rectè omnino putat*. Et hæc soluit utilitate, ostenditq; operosiora & difficiliora euentura, nisi paruos hosce & paucos labores uelint sustinere. Quin & aliam soluit obiectionis partē, quam hic non posuit ita apertè, ut in oratione pro Diopithe: sed ea de causa occuluit, quòd nec speciosa, nec probabilis esset quæ ea de re haberetur oratio, nec fieri posset. Quis enim pro alienis dimicare uelit, & sumptus facere: & tamen refutationes, quæ factorum necessitates secum afferunt, & propositionem (*περὶ τὸ σὺν*) temperant, meritò loquendi libertatē dant suafori. Vfus est igitur Thucydidea solutione, qua Lesbius ille utitur: *Videri quidem inter esse aliorum, sed reuera nostram rem agi*. & euidentis est solutio: *Nam si deorum aliquis sponsor nobis est, nam hominum quidem nemo*. Et rursus in progressu orationis ait: *Sin præscimus omnes, quo pluribus eum potiri siuerimus, eo nos grauiorem & potentiorē hostē eum habituros esse*: in his occurrebat à tractatione utilitatis, occupatio quædā necessarij rursus: *Sed quādo necessitas ingruerit, et Philippus uenerit, tu inquis*. Nam hoc probabat: *si omnibus subactis nos inuasērit, tūc uim eius propulsabimus*: non tamen eam ita apertè posuit, sed pro ad uētū & irruptione dixit, *si necesse fuerit*. Nam necessitas communis esse potest & aggressionis hostilis, & præsentis status. Ut igitur ei daretur occasio maior ad exhortandum, sic occupationem tractauit. Absoluta utilitate quam opposuit ad soluendam occupationem, iam præfatur de altera parte facultatis. Nam deinceps ei propositū est, de legatione ad regem Persarum mittenda differere. Dudum autem uiam sibi muniit ad hoc persuadēdum. Ex quo enim cœpit eis consulere, & differere de tributo conferendo, comparandoq; exercitu, & classe & equitatu, & quæ sunt eius generis alijs: satis apparebat eum ad pecuniæ contributionem accedere, atque aliud per aliud ueluti eminus conficere. Sed illic simplicius uidetur suasis-

se eis, ut se pararent: ac nihilominus tamen id molitur, ut parere necesse habeant, mittēda ad regem legatione. Quid enim eis erat reliquum, cum & præbere pecuniā cogentur, & nullā haberēt, nisi ei parerēt, qui commeatum inexhaustum sine ullis ciuiū impensis aut damnis demonstraret? Hinc similiter oratorio artificio est usus, ab his uerbis accessu facto tali: *Nam in rebus huiusmodi socordia*. & hic quidem acceditur ad orationē de legatione. In exordio autē arte utitur, conquerens eos audire nolle, quib. de rebus dicat. Ut animos auditorū occupet, & cogat obtemperare suis cōsilijs. Deinde adiungit, eos parare se debere, ut si occurreret, qui parare nos possumus, à pecunijs imparati? expedite inferretur illa de Persarum Rege oratio. Ac si quis animum intendant, plura his reposita sunt in artificio exordij: sed ad specimen exhibendum, & hæc protulisse satis habui. Terminatur autē hoc exordium his uerbis: *id demum summa dignū est reprehensione*. Deinde post hæc præparatione utitur: *At uos nec audire priusquam, ut nūc, adfuerint res, neq; consultare de ullo negotio soletis cum tranquillitate*. Nam hæc sunt præstruentis & uia libi munientis ad illud: *audiendū eū esse qui dicat et actor sit, ut legatio mittatur ad Medum*. Quòd uerò perterrefacit eos de apparatu nihil cogitantes, eiusdem artificij est. Nam quo magis ostēdit eos nec parare se, & torpere ignauia: eo causam eius rei confirmat euidentius, pecuniæ penuriam dico, ut sequens de rege oratio hinc initium capiat. Accessus autē ad ipsam suasionem, sequitur preparationem: *Quod igitur reliquum est, ac iam dudum factum oportuit, sed nunc etiam locum habet, id dicam*. Postea ipse sibi de occupatione apertè assentitur, ut oratio plausibile principiū & accessum conuenientem sortiatur. Quæ igitur ea est assensio: *Nihil perinde opus est reipublicæ, ut pecuniæ, ad imminētia negocia*. Quòd enim ei opposuit auditor, id assumit & confitetur ipse, & tū necessitatem, tum inopiam indicat, et de futuris terrorem incutit, ut necessitas fiat urgentior, & percussus magnitudine rerum, tam urgentium necessitate, quàm impendētium expectatione: consolationem, quæ sola relinquatur, admittat, legationem ad regē dico. Mox quia futurū erat ut ei occurreret à facultate, *Sed fieri nequit, ut regi, qui nos suspectos habeat, persuadeatur: hoc oppugnat initio, hoc modo: Nō è nobis hæc audiet rex primū, sed tum, ac potissimū è satrapis, tum uerò etiā à Tania (quæstore)*
Eunuchos,

Eunucho, quem Atarneo praefectum reuocauit, cognito, eum cum Philippo, Persico regno insidiari. Quare quod superest, occasio nostrae legationi datur. Per hoc igitur occupationem soluit, & probat persuaderi posse regi: persuasum autem iri rationibus utilitatis. Apparet autem Demosthenem non ipsam utilitatem confirmare, sed facultatem rationibus utilitatis. Poterit enim regi persuaderi à nobis, si edoctus fuerit, & audierit è uobis, quam id in rem suam sit. Post hæc aperte posuit occupationem, cum dicit: *Et simplicitatem deponendam, propter quam sepe uobiscum peius actum est. At qui barbarus est, & communis omnium hostis, & reliqua eius generis omnia: Solutio est, non est nobis hostis. erexit enim aliquando rempublicam nostram. Loquitur autem de nauali Cononis praelio. Absoluta disputatione de rege, qua de facultate & pecunia agitur, necessario subiunxit & apte disputationem de Republica: praetextu nimirum & occasione è presenti tumultu arrepta, ut suspicionem illam tollat: sed sufficiet nobis pecunia ciuitatis, ut reipublicae nihil sit opus largitione regia: & ut reipublicae subsidijs absumptis, nemini ciuium petitio à rege improbanda uideatur. Sed qui ante nos arrificium inuestigarunt, profusus hoc non animaduertent. Ad euertendam igitur occupationem ipse autor est, ut plebi theatralis pecunia non eripatur, siue Eubulo mortuo, cum quo erat ei aemulatio & contentio de theatrali pecunia: siue ut suum obtineat institutum, & undique concludat & euincat, ut ratio de mittendis ad regem legatis comprobetur. Bipertita est autem illa de Republica oratio. Quia enim duplices erant reditus: alij è iudicijs, publicatis locupletibus bonis, alij aliunde, ut è portorijs, ex argenti fodinis, à socijs: & ipse diuitibus placere, & pauperes sibi conciliare studebat, ut de mittendis ad regem legatis assentirentur. propterea disputat, de concordia et publica utilitate haberi orationem: cum hortetur ut neque locupletes iniurijs afficiantur à iudicibus posthac publicatione honorum, neque potentiores in tenues uociferentur, eos pecuniam militarem in spectaculis consumere. Quòd si comestus illi & reditus cessabunt, qui à diuitibus extorquebantur, & publica uetigalia populo distribuunt: quid deinceps erit reip. praesidij, excepta spe regia? Propterea sic hæc orationis pars ab eo est tractata. Quae uerò in his obscura sunt, commentarij explicabunt. Postquam igitur admoni-*

tionem hanc absoluit, & ut ostendimus, artificiose persecutus est, transijt ad quintam orationis partem, hinc exorsus: Quae igitur ab utraq; parte praestanda et dicendo explicanda esse uideantur, hæc ferè sunt. in quo gradu fecit hunc, qui supradictorum sententiam non concludit, sed à partitione sententiae rursus orditur & progreditur. Caput autem quod nunc confirmatur, est utilitas, ductum ab occupatione: quam etsi non posuit, in pugna tamen ostendit, & quintam hanc partem bifariam diuidit: Alterum enim membrum refutationem occupationis continet, alterum inuehitur in oratores. Quae igitur occupatio è iam dictis comota est? postquam multa uerba de legatione ad regem fecit, contra emergebat: Cui tandem usui nobis esse tanta pecunia poterit? quam ad rem auxilio regis egebimus? Hanc igitur occupationem increpatione refutans, ostendit, eos esse oportere Græcorum principes & defensores, & in eum dignitatis restitui locum, quem patres & maiores eorum tenuerunt: atque ita indicat, qui futurus sit pecuniae usus. Quòd enim hisce negocijs inuoluti sint, quòd hisce turbis agitur, intermissionem imperij & Graeciae principatus asserit esse causam. Per hæc igitur significat, se in refutatione occupationis elaborare, dum declarat ubi utilis eis pecunia sit futura. Philippum item, dum ipsi Græcis praesse nolint, summam rerum arripuisse, unde beatus & magnus extiterit. Quae omnia pertinet ad probandum, quam necessariae sint futurae, & utiles regiae largitiones. Altera pars, qua in oratores inuehitur, huiusmodi est. Valde metuit contrariae in repub. factionis aduersationes: cumque sciret fore ut resisterent, mouet quidem *περὸ τῶν δημοσίων*, ante concionem, hæc partem. sed inuectiuam aduersus eos trifariam diuidit: quorum capitum unum est, eos semper bellum contra Philippum prohibere: alterum, eos Demosthenem ut belli concitatorum calumniari: tertium, eos regi Persarum de repub. bene merendi facultatem adimere: ostendens, quicquid & faciant & dicant, impedienda legatione regia, & bello Philippico, id eos gratiae mercedis que causa impedire. Nam unde alias auctae sunt opes eorum? Deinde ad unum quendam è proditoribus Aristodemum conuersus, acriter aduersus eum disputat, per unam orationem, quae sit sua in omnes sententia, palam auditoribus ostendens. Cum enim costet, eos qui dehortentur à mittenda ad regem legatione, & bello Philippo inferendo, id assentandi studio fa-

67
 dio facere, & autoritatē reip. destruere: pro-
 pterea, metuēs illorū aduerſationes, interro-
 gat Aristodemū, quamobrē cū ipse honoris
 studio ducatur, maiorū tueri gloriam Rem-
 pub. uetet, & celebritatis illius hereditatem
 cernere, & facinorum splendorem imitari?
 Propositū igitur eius hoc est. Dicamus autē
 quo pacto sit tractatum. Post refutationem
 obiectionis subiunxit, quam utilis sit rex, &
 necessariam eius esse amicitiam ostendit, si
 quidem Græcos ceteros omnes amicē cō-
 pellet, solis Atheniensibus sit infestus: & o-
 stēdendo, quāta sit Græciæ perturbatio, ma-
 ximam esse necessitatem ostendit, fidemq;
 facit opus esse Reipub. illius auxilio pro-
 pter temporum rationem. Cuius necessita-
 tis probandæ causa, tumultus Græcorū am-
 plificat. Deinde ab eo transfert orationem
 ad populū assentatores magistratus, & bifa-
 riam etiam oratorum qualitatem diuidit, &
 obiectiones mouet ad infectationem quali-
 tatis eorū uarias, per quas ostēdat quē dice-
 re, et ut Reipub. actiones impedire soleant,
 metuens ne legationi ad Regem mittendæ
 aduerſent. Orationes igitur illorū succidit,
 & fidem illis derogat, ut qui propter Philip-
 pum publicē populo assententur. Posuit igi-
 tur occupationē primā, tendētem in eos, ab
 utilitate sumptā, solere eos dicere: *quā bona*
res sit pax: indignū alere exercitum quā sit molestū. 30
 Ostēdit præterea per duas partes huius ob-
 iectionis, eos dicere pacē esse seruandā, neq; cum
 Philippo gerendū bellū, nec ad Regē mittendā legationē:
 neq; enim pecu: ijs esse opus, neq; alendū exercitū. Sic
 aliquāto uberior est hæc obiectio, quā refuta-
 uit rationib. ex alijs orationibus huc adscitis.
 Sūptæ enim sunt ex oratione pro Diopithe.
 Sed aliquāto amplius quiddā & magis pro-
 priū in hac causa tractat. Id uero est, oratores
 obstare, ne ad regē legati mittant. Eius solu-
 tio translatiua est hoc modo: Tamet si mole-
 sta hæc sunt, molestiora perferēda erūt, si hæc

ORATIONIS DEMOSTHENICAE AD PHILIP- PI EPISTOLAM ENARRATIO, HIERONYMO

Vuolsio interprete.



Philippum Athenienses non fe-
 cisse pacem uobiscum, sed distu-
 lisse bellum.) Selybria ur-
 bē Thraciæ Philippus
 oppugnabat. Eo tempo-
 re Athenienses aduehē-
 di frumentī causa nauig-
 ia miserant. Philippus igitur ea nauigia ca-
 pit, suspicatus missa esse nō frumētandī cau-
 50

68
 facere nolemus. Etiā aliā opponit, Belli cō-
 citator est Demosthenes, quam siue à legitī-
 mo, siue ab utili sumpta esse dicat, soluit his
 uerbis: *Ac priusquam ego ad Rempub., accessimulæ*
nostræ ciuitati erepta Philippus tenuit, et nūc Cardia
auxilia misit. Indicat enim et hic argumētī cau-
 sam, et ostēdit nūciatū esse eis, Philippū Car-
 dianis misisse suppetias, tertia obiectione
 addita: *At nō indixit nobis Philippus bellum, quam*
suo more soluit: Nec enim Pheræis, nec Olynthijs,
nec Eretriensibus, nec ullis alijs unquā indixit. Postea
 loco à necessario est usus. per differentiam,
 indicans, nō iisdem de rebus eos cū ceteris,
 periclitari, ut illam etiā suspicionem tollat,
 si qui sint ociosi, & seruitutem æquo animo
 ferant: non esse eis de seruitute dimicandū,
 sed de extrema internectione & euerſione
 omnino, & excidio. Hactenus uehementio-
 ra illa aduersus assentatores magistratus, ab
 eo sunt tractata. Deinceps per digressionē
 iterum in oratores largitionibus corruptos
 inuehitur: eorū culpa fieri, quo minus Phi-
 lippus Reipublicæ beneficiat: idēq; cum de
 Olynthijs, Thebanis, & Theſſalis sit bene-
 meritus: ut anteuertēs, his criminationibus
 aduersariam opinionē excludat, quam eos
 ueritus esse agitatos, & propter quam
 hæc omnia dicere necesse habuit. & hanc, ut
 dixi, perspicuā facit interrogationibus, qui-
 bus Aristodemum reuincit. Ea uero omnia
 tendūt ad obiectionis refutationē. Cū enim
 obijci posset, *Quamobrē tandē et in quem usum regē*
applicerimus? in oratores inuehit, asserens
 hæc eorū esse consuetudinē, ut ea dicāt, qui-
 bus Respub. in rebus gerendis impediatur.
 Hæc enim pro Philippo dicere cōsueuerāt.
 Quod ni ita est, quāobrē, inquit, ipsi nō qui-
 escunt, sed Reipub. surdant, ne Græciæ im-
 peret, cum ea Reipublicæ necessitas incum-
 bat, ut communis gentis curam suscipiat: o-
 40 ratoribus nihil necesse sit, sed planē super-
 uacaneum studere ambitioni?

sa, sed ad iuuādos Selybrianos, & literas ad
 Athenienses mittit, quibus eos, Selybrianis
 opem ferre fœdere non comprehensis, uio-
 lataq; pacis ab eis esse profectum initium
 queritur, & minatur se omnibus uiribus
 eos ulturum. His literis lectis, Demosthe-
 nes aperte hortatur ad bellum, cuius ipse
 Philippus tesseram dederit, & signum ex-
 tulerit. Est autem exhortationi castrensi
 quā

quàm concioni similior: & tria capita continet, iustū, utile, facultatē. Ac iustū quidē assumit ad facultatis confirmationē: sed facultas noua ratione est tractata, & actiuosiore modo implicata. Non enim seorsim de ciuitate, seorsim de Philippo dixit, sed in idem cōduxit & copulauit utraq; facultatis partes: & tali arte in hoc usus est, atq; uberius atq; ornatius aliquid adinuenit, quàm in secunda Olynthiaca, usumq; nobis utriusq; rationis dedit. Illuc enim erat utrumq;, & oratio de uno quoq; simpliciter separata: hic uerò duplex est genus, eodē modo implexis duabus facultatibus, in quo soluit anthyphorā & antithesin, ac confirmationē & probationē à tractatione tanquā à cōfessis sumpsit, nimirū Philippū uiolasse pacem. Alterā à facultate, qua probat minimē abhorrendū esse à bello. Post exordiū autē ad tractationē legitimi capitū accessit, id quod sanē adhibet ad probationē facultatis cōiecturaliter ab his uerbis: *Primum enim consentaneum est, deos maximos nobis esse socios & adiutores.* Ea uerò est cōfirmatio facultatis, & à legitimo constituitur. Facultas igitur est quę probatur, eius uerò probationes per legitimum conficiuntur. Legitimum uerò est ius scriptū. Quin illud etiā obseruatu dignū est, easdē probationes esse multis in locis alibi mixtas, alibi separatas. Primum quidē sententiā duplex est, cū potētia Philippi destructionem, tum Atheniensium facultatis amplificationē continens. Secunda sententiā, cuius initium est, *Deinde quibus rebus dudū eius opes auctae sunt, semper aliquos decipiētis et magna pollicitati: usq; ad, Omnes eum suspectum habēt et accusant:* magis illa quidē probationē cōtinet destructę Macedonicę potētia, unā tamē consideratur etiā facultas Atheniensium. Tertia uerò sententiā, *Præterea non parum præsidij est in Asianis satrapis:* duas facultates probat, ac facultatem Atheniensium magis cōfirmat, sed & Philippi destructio unā cōsiderat. Quarta sententiā, *Præter igitur hæc quę tanta sunt, illud quidem non dicam: sumpta & ipsa est ab iniusto, ad eandem destructionis Philippi confirmationē & constitutionē potētia Atheniensium pertinens.* Quinta sententiā, *Sæpe inuenio cogitans:* seorsim destruit Philippi potētiam, de quō mestico eius agit imperio. Cuius quod sit artificium, & qua de causa asserat eam additamenti uice aliquid momenti habere, ipsam per se infirmā, in secunda Olynthiaca diximus. Nam illud ipsum imbecillitatis signū est, eam cum multis quidē coniunctā aude-

re, solā uerò suscipere bellū non audere. Ad uersus hoc ē tractatione ei occurrebat, Sed consentaneū est Macedones lætos illis rebus, strenuē & alacriter iuuare Philippum: hoc soluit, dicēdo, *Neq; uerò putetis Ath. eisdem gaudere etiam subditos.* Sexta de ducibus peregrinorū militū, quæ & ipsa Philippi potētiam deprimit. Præterea quoniā sententiā admirabilē protulit, proptereaq; ferē non probabilē, in disputatiōe de peregrinis, eos ignominiosissimē tractari: ipse se corripuit, & animaduertit se absurdā sententiā protulisse, eamq; statim soluit, dicēs, *Et his nemo unquam uir prudens fidem abrogabit: & in sequētibus causam subiicit.* Contra hæc autē quæ de facultate supra dicta sunt, obiectio quædam emergebat. Quī igitur, ista uera si sunt, longum iam tēpus fideliter apud eum perseuerant: Nam ex omnib. quæ dicta sunt ad destruendū, absurditatis quædā ei collecta est opinio: si ea uera essent, haud dubiē fuisse defecturos. ipse uerò hanc etiā soluit, dicēs, *successibus eius tegi huiusmodi omnia.* Alia quædā obiectio cōtra facultatē emergit. Postquā enim omnes facultatis partes destruxit, eaq; reliqua erat quę ad fortunam attingit, ex obiectiōe sumpsit quod sequit: *Si quis autē uestrum Athen. Philippum uide nfortunatum, formidabile esse et expugnatum difficilem putat.* Aduersus hoc autē propterea uelitatus est, & non destruxit, quod plurimum ipsi cōfert. Nam preparationē continet ad probandā Atheniensium facultatē. Ac cōfirmatio obiectiōis nō Philippi quidē potētiam extollit, sed ipsam fortunæ uim & momentum quod ea affert, amplificat. Sed propterea fortunā extulit, & eius uim, ut Atheniensium potētia magis exaggeraretur. Nam quo fortuna magis extolletur, & fauere Atheniensib. ostendēt, eo etiā uires Atheniensium firmiores uidebuntur. Verūm & cōtra hanc quoq; de fortuna disputatiōē, qua ostendit Atheniensem urbem feliciorē esse, obiectio ingruit. Quamobrem igitur ille superiore bello successus maiores habuit, q; nos: Hanc soluit ab utili, sordicia accusanda & ingētī ignauia: & à dissolutione quā præ se ferant, dum in re cunctent, & sedeant, & decernant, & seiscitent. Deinde idē detorsit ad turpitudinē & ignominiam, quæ pars est utilitatis: aut si uis in utilitatis. *Ecquid fieret tandē magis nouū, quàm quod homo Macedo contēnit Atheniēses, et audet literas mittere tales, quales audiuitis paulo antē?* Deinde redit ad facultatē, ac primā obiectiōis refutatiōnē repetit, & rationē reddit, quam obrē ille

floreat, respublica uerò minimè. & in oratores inuehitur, ostendens, per hos fieri ut & illi omnia prosperrimè succedant, & Resp. nulla ex parte res eius conuellat, & seditiōnibus implicet. Post, absolutis obiectionis refutationibus, quas ex utili sumpsit, & facultate: ueritus, ne rursus ad pacem expectēdam cursitarent Athenienses, & legationibus conuulsa refarcire studerent: illam quoque cogitationem præcīdit his uerbis: *Quæ, Athenienses, infigenda sunt animis, et cogitandum, ne in potestate quidem esse nostra, pacē seruare uelimus nec ne. Tam enim ille et indixit bellum, et re ipsa intulit. hæc enim ad illam cogitationē propulsandam pertinent, Fortasse nondū uiolata est pax, & hæc suspiciones amoueri possunt.* Rursus autem facultatem attingit, cum ait, nullis parcendum opibus esse, neq; publicis neq; priuatis. Deinde aliam post hæc epilogicam tollit obiectionem, *Atqui per cōducticios eū ulcisci poterimus.* Hæc quanquam non posuit, soluit, dicens: *Nec enim uestrum quisquā putet, per quos afflictā est Resp. per eosdem posse in integrum eam restitui. & aliud in quo obiectionem indicauit: neq; existimetis, si*

pristinæ uestræ socordiæ indulgeatis, alios pro uestris fortunis strenuè dimicatuos. per hoc enim innuit obiectionem illam: *atqui per peregrinos milites, eius iniurias prohibere poterimus.* quam per anticipationem soluit, & pronuntiatione adiutam, denuò nihilominus soluit: & annexit epilogos à turpi ductis argumentis, à iudicio maiorum, ab hostis iudicio, à qualitate urbis, à magnitudine facinorum & successuum maiorum, quæ sanè ad gloriosum pertinere possunt. Et hæc quidem ab utili ad epilogum. Nam turpis, et gloriosi locus, & decori, & honesti, proprius utilitatis est habendus. Deinde à facultate rursus concludit, oportere omnes parare se ad bellum, & Græcos concitari non uerbis, sed factis. Sed quia obieciēbatur, *Atqui sæpe eos exhortati, nihil profecimus: soluit & hoc, asserens ipsos esse in causa, qui legatos mittant, & frustra uerba faciant, sed nullum administratæ rei specimen exhibeant: solere autem omnes factis magis quam uerbis moueri, eorum præsertim qui uerba sæpe dederint.*

ENARRATIO SVASORIAE DEMOSTHENIS

ORATIONIS DE REPUBLICA ORDINANDA,

Hieronymo Vuolfio interprete.



DE præsentī quidem pecunia, & ijs rebus propter quas in concionem uenistis.) Oratio de Repub. ordinanda, quo tempore habitabit, non satis constat. *Di-* ¹⁰ *ctam autem eam ante Philippicas esse, conijcere licet: cum quidem socij iam defecissent, & Rhodij potestate paucorum regerentur. Proinde qui eam cum Philippicis coniungunt, omnino ignorant esse Philippicis antiquiorem. Videtur autem scitum Eubuli quoddam uicisse, ut pecunia militaris, theatralis fieret: quo populi autoritate comprobato, non amplius refragari audet distributioni, sed illi assentiens, suadet indicendam esse concionem, in eaq; comprobanda illa etiam quæ ipse censeat. Censet autem, in accipiēdo constituendum ordinem, ut iisdem etiam ali* ⁴⁰ *quas Reipublicæ necessarias operas nauēt. Non est autem nunc ea de re instituta deliberatio integra, sed propositio tantum & adhortatio, ut quidam in alia concione ordinem ratum faciant. Censet etiam distin-*

guenda esse tempora tum belli, tum pacis. Capita item de quibus deliberandum est, proponit, & ante denunciat. Summa uerò hæc est: Perpetuò quidem debere accipere populum. Cum uerò accipiat, nihil earum rerum quas postulet usus atq; occasio, negligere oportere. Quia enim refragari non poterat scito Eubuli de accipiēdo, quod confirmatum erat: tandem aliā uiam est ingressus, qua & ipse suam sententiam proponit, & esse agendum aliquid autor est. Ac argumentum quidem & scopus orationis ita se habet. Est autem neq; de bello instituta deliberatio, neque de seruanda pace omnino: sed est, ut dixi, propositio, postulātis approbatæ de accipiēdo sententiæ hoc adijci, ut populus etiam officium faciat, quæ ab hac occasione proficiscitur: Cum Eubulus exerrario pauca dederit, & ad certū celebritatū tēpus se perpetuò dare, & plura, si modò ijs animis accipere uelint, ut etiā officio fungantur. Primum autē orationis caput si tractatum esset integrè, nimirum quo pacto debeant accipere pedites, equites, classici, & quādo, & quæ sit in eūda ratio ordinis: nō temere dici

re dici potuisset, capite facultatis orationem contineri. Sed quia iam non hisce de rebus uerba fiunt, sed simpliciter proponitur, ut hisce de rebus audire uelint, & cuius dicendæ sententiæ potestatem faciant: iurè pronounciari potest, ad utilitatem pertinere. Hinc igitur aperte asserimus, orationem utilitate contineri, cum in primo capite proponat orator, expedire, ut de apparatu & instructione deliberetur. Proinde utilitas continet, facultas continetur. Omnes enim facultatis rationes, & omnes probationes, ab utilitate confirmantur. Est autem ab initio auspicandum, & differendum. Exordium igitur eodem artificio, quo illud orationis Megalopolitanae & Chersonesitanae, ab eo confectum est. Nam ibi quoque cum alteram partem defendat, neutri se patrocinari simulat, sed semper quærere medium, quæ est publica utilitas. Nam si nec hos nec illos defensurus est, eum publicæ utilitatis utique gratia suggestum conscendisse constabit. Unde fit, ut etiam dehortantibus assentiatur. Non assentitur autem simpliciter, sed unâ etiam probat, id esse e republica. Quotquot enim alterutrum defendunt, ipsius partis utilitatem spectantes: hi omnino uidentur id quod reipublicæ conducibile est, negligere. Id quod & in hoc & in illis perficit. Huius generis illud est quod ab eo in Aeschinem in Falsæ legationis oratione dicitur, deliberante reipublica, utrum in Amphictyonas Philippus esset referendus: Aeschinem nulla ratione habita, quid Reipublicæ commodaret aut incommodaret, sic patrocinarum esse Macedoni, nimirum ut eum laudaret, aut etiam perterrefaceret audientes potius, quam ut iure niteretur: aut hoc solum ius pratexeret, absurdum esse, cum illum omnes alij probassent, solos Athenienses resistere. At Demosthenes in eodem argumenti genere uersatus, quicquam de Philippo uel honestum uel turpe, aut tale aliquid, quale Aeschines, dicere abstinet prorsus. Sed considerata Reipublicæ utilitate, probat, non expedire Græcorum sententijs aduersari. Quod si igitur hic etiam probatis tenuiorum sententijs uerba faceret, iurè aliquis eum ab illis omnino stare assereret. Sed quia de illorum compendijs tacet, & se reipublica esse dicit, ut qui pecuniam accipiunt, etiam aliquas utiles operas nauent, iurè longè abesse ab eo uidetur, ut pecunias distri-


buentibus patrocinetur, sed tantum de utilitate publica laborare est censendus. Quæ cum dicat, assentiri diuitibus non uidetur. Nam illi de priuatis compendijs aut dispensijs uelitabantur. Ipse uerò neglectis illorum rationibus, se utilia Reipublicæ suasurum pollicetur. Quia uerò sciebat eam orationem sibi esse periculosam & lubricam, quod auditores eiusmodi rationem non facile admittant, perhumaniter suadet, ac censet, indicendam ea de re esse concionem, ut & dicat: & dum dicit, non dicere uideatur. Quatenus enim non pronounciat, longè ab offensione abest: quatenus non tacuit, eatenus admonuit. Absoluto autem exordio, summam suasionis uniuersæ dixit, hinc auspicatus: Ego uerò dico oportere (ne uerò quisquam propter ea quæ dicam, obturber) & est hic aditus ad utilitatis caput, cui statim occurrebat: *Quamobrem tandem consultabimus? de apparatu belli & tributo?* Ut igitur eum scrupulum tolleret, statim causam posuit his uerbis: *ut, Athenienses, spem bonæ fortunæ in uobis ipsis habeatis, & non quid ille, nescio quis, agat, sciscitemini.* hoc est, ut militantes bonorum participes sitis. Confirmationes à facultate ducuntur, non tamen ipsa facultas caput est, sed utilitas, nostra quidem sententiâ. Nam de facultate esse deliberandum, id eis subiicit. Præsens igitur consilium utilitatis est. id uerò quod de eo, quo de nunc iudicant, instituetur, facultatis. Deinde suspicionem statim aliam tollit: *Atqui satis erunt copiae peregrini militis.* contra quam euidenter infert, *Ipsi militare debetis, & de eo nemini concedere.* Et post adijcit, oportere copias ciuitatis domesticas, instructas esse. causamq; statim subiungit, quamobrem urbanus exercitus sit necessarius: *Ut abundetis opibus, inquit, & officio fungamini.* Deinde secuturas, si ipsi militent, utilitates commemorat. Postea denuò bifariam diuidit causam & necessitatem, his uerbis: *Primum in duces, ne hi socios uexent, & apud nos accusentur.* Alterum est, *Ut ipsi Græcis imperetis, inquit.* Nec enim posse fieri, ut ipsi principatum sibi uendicent, & domesticos exercitus nequaquam mittant. Deinde, ut ostendat per eorum absentiam multa indigna accidere, miseras Asianorum Græcorum enumerat, Mitylenæorum & Rhodiorum: & necesse eis esse ut imperent, ostendit. Postea, quia Rhodiorum

fecit mentionē, obiectionem à tractatione sumplit. At inimicos nobis esse Rhodios constat. Quod si aduersus totū caput, aut maximam eius partē sic obieciisset: Atqui nō est nostri officij patrocinari Asianis Græcis: læserunt enim nos defectione sua: antithesis, oppositio, seu obiectio fuisset ab utilitate, toti se opponens capiti. sed quia seorsim de Rhodijs est dictum, antipipton existimandū est. Propositum autē ei est, etiā Rhodios asserere in libertatē. Quapropter iam antē denunciatur & præparat illam orationē. Ac nō esse antithesim, statim apparebit. Neq; enim refutationi est immoratus, sed mox ad ordinandā reip. rationem recurrit. Vidētur autē potissimum à Rhodijs esse afflictī, qui potentes in mari fuerūt, cæterosq; socios ad defectionem impulerunt. Posthæc subiicit, se hisce de rebus etiam sæpe differuisse: contra quod suspicio quædā erat, occursum ipsam inutilitatem: *non expedit ista suasio, quare non obtēperabimus. Vnde etiam cum stomacho subiungit, id quod mihi trepidationem omnium maximā iniicit, dicam uobis, nec dissimulabo, cum mea consilia multa & magna & præclara extant: è reliquis nemo ullius meminit, sed duorum obolorum omnes: quo innuit grauitate eos ferre consiliū suum, ac potius nolle meminisse, ut accipiendi auidos, ita de officio faciendo minimē cogitantes. Postea suum consiliū ut in capite utilitatis, cum eo lucello comparat, quod è distributione publicæ pecuniæ percipiatur. qua re, cum ineffabilē addit ornatū orationi, tum per eam cōtentionē, suasionē amplificat. Nihilominus tamen perspicere potest, eū ad obiectiones orationē direxisse: satis erit accipere tantum, tu uerò operosa & inutilia suades. Deinceps aliam suspicionem sustulit huiusmodi: At ubi necesse et operæ precium fuerit, tum de apparatu consultabimus: hanc etiam non posuit, soluit tamen, subiiciendo: Siquidem uobis persuaderi queat, ut nunc esse harum rerum tempus putetis: cum ea uobis necessaria fuerint, ad manum et in promptu erunt: sin nunc intempestiuum esse putabitis, cum apparatu utendum esset, tum demum parare uos cogemini.* Hactenus igitur caput suasionis est absolutum, quod per utilitatem conficitur. Iam ad iustum accedit, quo sua consilia & acta cum consilijs & actis aduersariorum comparat, ueluti per digressionem, per quam ostendere uult, se optima suadere. Nam in Oratione Midiana, dum exaggerandæ accusationis studio Midiam criminatur, plura uerba in digressionem, quàm causæ approbatione consumpsit. Sic in hoc etiā loco, ut suam suasio-

nem commēdet, aliorū oratorum in republ. gerenda rationes ut improbas reprehendit, rerumq; infectionem bifariam diuidit. Vnum est, eos in paruis reb. & minutis esse occupatos: alterū, persuasisse eos ciuitati, popularis status cōseruationem in iudicijs esse positam. Si uerò eius generis erāt, ut locupletioribus insidiarentur, ac operam darent, ut illorum opes publicarentur. Quibus omnibus accusatis, ut reipub. perniciosus, sua consilia & acta in republ. commendat, & in quibus & qualibus rebus uersetur, & à se cōsue fieri populū ut magnis de rebus audiat, ostendit. Per quod ostendi uult, se solū & potissimum esse reipub. curatorem. Sic fortassis ad Eubulum perstringendū respicit, seq; cum illo comparat, suamq; reipubl. longo interuallo præstare innuit: nec cum Eubulo duntaxat, sed cum omnibus qui factionem eius sequuntur. Deinde causam etiam subiicit, quam obrē illi suo, ipse nō eodem modo reipub. administret. Quæ cōmendatio qualitatis fuerit, quæ in iusto spectatur. Quare præ se fert indignationē & dolorē, quod perniciofa Eubuli sententia ualuerit, publica ingnauo populo dilargiens, qui sic magis ad socordiam inuitetur. Vnde etiam altera instituitur contentio ueteris reipubl. quam boni uiri, cuiusmodi sit ipse, desiderent: & modò receptæ, in quam assentatores in præsentia urbem impulerint. Nō ab re autem plurima de his uerba facit. Quia enim uidet reipubl. licam innouari, rectē plurima de republ. disserit, partim laudās, partim reprehendens, tantum non Periclem imitans. Primus enim ille stipendiū ordinauit, populūq; militati dedit, id quod & ipse dare uult, & prouocat ut ea agant quæ debeant. Duæ igitur sunt in digressionem maximæ cōparationes: prior, suæ & aduersariorū administrationis: posterior, totius præsentis reipub. cum uetere. Hanc uerò bifariam diuidit, tum in nunc receptos ducum honores, tum in eos qui quondā eisdem haberi solerent. Quin alteram reip. formam uniuersam, & ipsam trifariam diuisit: in ciuū communitatē, in res urbanas, in priuatam uitam magistratū. Totam igitur, ut diximus, maiorum reipubl. in contentionem adducit, ac primam partem eodem modo tractat, quo in oratione contra Aristocratem. Hæc uerò pars annexa est disputationi de oratoribus. Ostendit enim quàm illi moderatē duces sui temporis honorarint, & horum temporum magistratus eosdem honorent, qui

rent, qui, quod
 tum terminat
 per adficiant:
 hares, haud u
 uone duces at
 eisdem parte
 tum uniuersar
 dit autem rem
 uerba est factu
 quo pacto ma
 ite præsentis
 rationem, qu
 rumq; substra
 formidolos & t
 uare magistra
 quam illi in p
 les in adibus
 miles essent, h
 nomillas qu
 uerba. causa
 perferunt: hūc
 hūc uerba cō
 publicæ præsi
 non priuata et
 his omnis, et
 uolo, decoru
 perent: à turp
 amicos & soc
 fieri posse, cur
 ordinem dese
 inquit, sumus
 magistratus, c
 amus. Vtu
 et hæc de or

ORA



Græciam, &
 Quare conc
 carere decre
 mothenis u
 possit, ac me
 re. Veritus
 (nam seruen

rent, qui, quòd ipsi ciues non militent, nul-
lum terminum modum' ue seruent, sed sem-
per adijciant aliquid. At si populus ipse mi-
litaret, haud utiq; tantis præmijs & admira-
tione duces affecturum. Post hæc ad alterã
eiusdem partem accedit, cõparans præsen-
tem uniuersam cum uetere uniuersa. Diui-
dit autem rempub. in tria, ut in Olynthiaca
tertia est factum: in rationem Græcorum,
quo pacto maiores eis præfuerint, quo pacto
10 præsentem præsentem: in urbanam admini-
strationem, quo pacto illi ædificijs, templo-
rumq; substructionib. eam exornarint, hi
fonticulos & nugas struant: in tertiu, quod
uitæ magistratuũ continet inquisitionem,
quàm illi in priuata uita moderati & ciui-
les: in ædibus, quæ plebeiõrum domibus si-
miles essent, habitarint: q; hi magnificas, &
nonnullas quæ publica ædificia superent,
extruãt. causamq; subiicit, quòd illi aerario
20 parferint: hi rempub. depeculẽtur. per quæ
sibi laudem cõparat: ut qui melius q; illi, rei
publicæ præsit, & semper publicum bonũ,
non priuata emolumenta spectet. Deinde
his omiſſis, enumerationẽ instituit, à glo-
rioso, decorum esse Atheniensibus, ut im-
perent: à turpi, turpe esse Atheniensibus, si
amicos & socios destituãt: à necessario, nõ
fieri posse, cum Græcis præfuerint, ut eum
ordinem deserant: à cõtrario, nos in causa,
30 inquit, sumus, ut uel probi uel improbi sint
magistratus, cum eos ad assentandũ assuefa-
ciamus. Ut uerò breuiter dicam, tripartita
est hæc de ordinanda republica oratio. Pri-

ma partium sectione. Ac una quidem eius
pars est continens utilitatis, in qua faculta-
tem ostendit firmandæ ciuitatis. In hac au-
tem asseruimus utilitatem esse principem,
facultatem uerò sub ea contineri. Secunda
pars orationis est digressio, iustum comple-
ctens, in qua inest obiurgatio & accusatio,
republicam malè gerentium oratorum,
qui ciuitatem ad segnitiam aduefaciant, of-
ficioq; neglectum, & peregrinis militibus
& paucis ducibus res grauissimas commit-
tant: & cum ciuitatem Græciæ principem
esse deceret, eam prohibeãt, in quo per con-
tentionem suas rationes cum illorũ suasio-
nibus comparat. Quæ eò pertinent, ut pro-
bet suis consilijs esse parendum, non illorũ
uerbis. Tertia pars orationis est digressio
secunda, continens utilitatis, in qua præsen-
tem rempub. cum uetere confert: ostendẽs
ueterẽ ea quæ nunc recepta sit, multo esse
præstantiorem. Ac prima quidẽ pars pro-
bè dici potest, continere caput suasionis.
Altera digressionem. Quin & tertiam ipsam
quocq; digressionẽ esse, à prima tamen dif-
ferentem. Duas igitur digressiones habet
oratio: unam, quæ comparisonem conti-
net aduersæ factionis in republica, tum ip-
sius inquã Demosthenis, tum eius aduersa-
riorum: alteram receptæ reipublice cum ue-
tere, quam diuisit. Extremitas orationis e-
numerationem capitum habet cõcisam, in
quæ paulo antè, cũ orationẽ diuideremus,
secuimus argumẽta, enumerãdo et demon-
strando, è quo loco singula sumpta essent,

ORATIONIS DEMOSTHENIS DE CLAS.

SIBVS ENARRATIO, HIERONY-
mo Vuolfio interprete.



QVI laudant maiores uestros,
Athenienses.) Oratio de
Classibus euidẽs habet
argumentum. Audie-
rat enim populus, Per-
sarum regẽ parare nunc
& instruere sese contra
40 Græciam, & bellum confestim illaturum.
Quare concitatus est, et ei circa Lydiam oc-
currere decreuit, & iam ordiri bellum. De-
mosthenis uerò consiliũ est, prohibere si
possit, ac morari eius impetum, & auerte-
re. Veritus autem populi uehementiam,
(nam feruenti resistere difficile est) neque

apertè dehortatur: & dum eius instituto
suffragari uidet, aduersatur. Id igitur quo-
modo facit: iubet ut se parent, & sine Græ-
cis nihil aggrediantur, ut dum suadet ut se
parent, assentiri uideatur. Dum uerò ue-
tat, ne sine Græcorum consensu se moue-
ant, splendide dehortatur, ut à methodo
(δὲ νότῳ) solertiæ siue calliditatis, ora-
tio non profus sit aliena. Huiusmodi fi-
guræ genus est etiam apud Thucydidem
in prima Archidami concione. Nam is
quoque, cum hortari ad bellum uidea-
tur, nihilominus etiam aduersatur. Huius
generis apud recentiores nihil reperias,
propterea

propterea quòd insigne artificium ueterū sub imitationem nō cadit. Duas igitur figuras tradiderūt nobis occultarum orationū, Demosthenes et Thucydides. hi enim arte ingenioq; cæteris præstiterunt. Vnā, quam modò explicauimus, ut dum assentiri uideris, prohibeas, quæ est imitatu difficilima. Priuatim uerò Thucydides alteram etiā exhibuit, quæ prorsus à contrario sumit, cuiusmodi illud est in cōcione Nicie: in qua cum suadeat & hortetur scilicet, ut in Siciliam nauigēt, magnitudine apparatus contrarium molitur. Ac ibi sanè totū genus est eiusmodi, tractatum per contraria, dum magna postulando expeditionē suscipi non sinit. Hic uerò uidetur assentiri, & tamen animos auditorum ad curam apparatus et iustitiæ studium transfert, & dehortationem arte per huiusmodi moram & lenitatem & diligentiam perficit. Tali orationis genere constat & Archidami, ut dixi, concio. Vfus autē est partium tali distributione. Vnum fecit exordium, quod nullam similitudinem habet cū exordio Thucydidis, ut quidā ante nos opinati sunt, sed pauculas duntaxat propositiones similes: confirmationes uerò non similes, nec easdem. Proinde permultū tota sententia distat à sententia, et dispositio hæc ab illa dispositione. Laudat autem Demosthenes non res gestas, sed uirtutes: ut obscure moneat auditores, prudenti cōsilio illos omnia prosperè confecisse, & eos adducat ut tutius ante rem deliberent. Caput utilitatis statim ponitur, hoc principio: *Ego existimo communem hostem esse omnium Græcorū regem Persarū.* Propositio sumitur à iusto: *Iniurius est in Græcos rex.* Hoc uerò est suffragari eorum sententiæ, qui concitant.

Non propterea tamen.) Paulatim utilitatem confirmat facultate et iusto, uel inutile potius impossibili. Solent autem etiam contrarijs nominibus sine discrimine in his uti artifices, & inutile nominare utile, & iniustum quod est iustū, & sic in cæteris. Redeamus igitur ad diuisionem: non consultum est, inquit, ut uos primū rem suscipiatis, eò quòd uiribus destituimini, & quòd Græci magis ad illum inclinant animis quàm ad uos. atq; adeò ne à iusto quidē abstinet in confirmatione utilitatis. Vult enim ut bellum iustum fiat. Id uerò est legitimum, nec uiolari ab eis primis oportere fœdus. non tamen huic per tractando immoratur, quod secuturum de decus uerecē. Suspiciatus enim esset aliquis,

eum regi gratificantem, ostendere conari iustum fœdus cum Græcis eum non rupisse. Inheret autem facultati magis, & tamen nihilominus iustum per eam etiam significat. Vtile quidem, ut dixi, per hæc omnia absolvens. Nam illud, *si perspicuum fiet & euident Regem insidari Græcis, tum se nobiscum & coniungent, & consentient:* innuit, nec rupisse fœdus regē, neq; uelle Græcos auxiliari Atheniensibus. Quorum illud de fœdere ad iustum & legitimum pertinet, hoc de societate, facultatis est: & cōtrarium, cum illo coniuncti Græci nos oppugnabunt, si nos inimicitias auspicabimur. Pædet autem tota res à coniectura. Nec enim pronunciat reuera regem insidari Græcis, sed quia id persuasum est populo, & populus è uestigio se parare non potest, sub conditione & ipse id approbat, dicēs, si modò inuadere decretum est Regi Græcos: dubitatione cupiditatem molliens, et iracundiam medio sermonis genere sedans. In quo etiā in Græcorū inquirat animos, qui non credant Regem bellum esse Græciæ illaturum. Ac ita quidem ipsum utile tractatum est, à possibili et iusto omnes habens cōfirmationes. proinde principale est utile, in eo uerò iustū & possibile continet. Absolutis autē suis probationib. affiscit ad caput, obiectionē utilitatis, cognatam capiti, quam tractauit non ut obiectionē, sed ut oratorū obiurgationē. Quid uerò ait: *Ferocibus autem illis & bellum acriter urgentibus, hoc dico: Hæc est obiectio.* Quia uero nolebat eam efficere acrem, & augere uiribus, criminatur eam in thesi, & aduersus oratores orationem instituit, ut qui nūc quidem sint feroces, tum uero in periculis metu debilitentur. ac uideri quidē uult pertinere hæc ad oratores, sed tamen obscure auditores tangit, & monet, non esse ferociedum, ut ne eos rem aggressos conatuū pœniteat. Deinde alia refutatione est usus, à facultate sumpta. Diuidit autem facultatē in difficultatē gerēdi in illius ditione belli, qui tantam classem, tantam pecuniæ multitudinem, et opportuna bello gerendo loca tenent: in facile, expeditam fore belli gerendi rationem, si nos ille inuaserit, Græcis nos cōmuni ope iuuantibus. Postea rursus ab utili argumētatur: *Propterea, inquit, uos moneo ne bellū priores cū eo suscipiatis, sed ut uos paretis.* Sed in tractatione huius epicherematis iterum obijci poterat: *At si nos parauerimus, nihilominus bellandi cupidi uidebimur.* unde colligitur graue illud, *Vtrū expeditionis socij Græci esse debeāt.*

Hanc

Hanc obiectionem apertè non posuit, sed apertè soluit, his uerbis: Quòd si alia esset eius exercitus ratio, qua Barbari ulciscendi sunt, alia qua Græci, fortasse haud ab re nos illi aduersari celare non possemus. hoc est, Si nos paramus, non statim apparebit apparatus illum ad infestandū Barbarum pertinere. Quare nō uidebimini auspicari bellum. Hinc ad sequentē obiectionem ab utili accedit, aliam partē ibi soluēs. Ea uerò est, *Ac nunc quidem si cōuocamus Græcos,* hinc incipit refutare. Quam partē obiectionis cū nō posuerit, refutatione aperit. Quid uerò ait? *nunc ad uos cōuocatis Græcos: si uerò quæ iubent non faciatis:* hoc est, si de principatu uobiscum cōtendent, quòd commune sit bellum: quomodo admittetis contentionem? mox alia refutatione à tempore, *ubi ipse rex præstò fuerit, ultrò ipsi strenuam operam nauabunt.* & à uiribus urbis, *Nemo erit qui uidens uos maxima præditos potentia, quin uobiscum coniunctum sese uelit.* Ac una quidem hæc orationis pars, continens utilitatis, absoluta est: cuius altera principalis est, altera secundaria. Principalis enim est à primordio sententia Demosthenis: ipse uerò ut suam introducit, inutilem esse eam asserens quæ ad bellum hortetur. Absolutis igitur his utilitatis partibus, multam missionem habet, & communionem, id quod obiectionem antecedit, cum facultate & iusto: id uerò quod eandem sequitur, cum facultate quæ est exposita ad euerisionem obiectionis: demum rectà ad ipsam facultatem accedit, quæ confirmacionem habet urbane apparatus. Præfatur autem ante id caput, ut ostendat exquisitam diligentiam, quantaq; industria, & quantis laboribus, id quod ex usu futurum sit, inuenit, ut per hæc exordij uerba hortetur auditorem ad probandam orationem, tanquã pulcherrimè & perfectissimè inuentã. Est autem exordij principium: *Ego igitur, Athenienses, & hæc & consimilia his:* cum quidem accessus ad exordium conclusionē superiorum contineat, & principium sequentium. Loquitur autē in hanc sententiam, *Ego uerò arbitror eam à uobis, si audita placuerit, probandã esse.* Post exordij finem præparatione ad ipsum caput est usus: ut, quia sciebat se difficilia suaturū, tum diuitibus propter tributa, tum trierarchis propter publicū munus, auditorem & promptū ad res gerēdas, et beneuolum ad orationē audiēdam sibi faceret. Ac præparationis initiū est, *Primum igitur in apparatus est Atheniensis.* finis uerò, *Vnusquisq; uerò seorsum*

per se nihil facturum, sed proximum aliquem facturum sperans, nihil unquam uobis confectum est. Accedit autem ad ipsum caput ab his uerbis: *Quòd si uos ita fueritis affecti & concitati, mille & ducentos.* Disputationem uerò de apparatus summam tripartitam facit. Primum trierarchos, & facultates eorum & triremes. Deinde facultates omnium eorum qui in urbe habitant, à qua suppeditari sumptus debent. Postremò locum, & naualia quæ triremibus paranda sint. Diuidit autem horum singula in naues centum duntaxat, si leuius sit bellum: ut triremem præbeant duodeni uiri, nam duodecies centum, sunt mille & ducenta. Sin bellum paulo grauius fiat, & mediocri cum apparatus ingruat rex, ducentas præbeant triremes mille ducēti trierarche: ut seni uiri singulas triremes instruant, & grauius onus iustinare necesse sit. Sin multo maiore apparatus sit opus reipublicæ, & rex robore maiori ueniat instructus, quaternos uiros singulas triremes præbere oportet. Ac disputatio quidē de trierarchis & nauibus ita se habet. Facultates autē mille ducentorū trierarchorū sexies mille talentis aestimat, eaq; sexies mille talenta in centum partes diuidit per sexagena talēta. sexages enim centum sunt sex millia: ut si bellū fiat leuius, duodeni unam nauem instruant, qui facultates possideant sexaginta talentorū: sin grauius paulo fiat, ut seni uiri triremem præbeant, qui tricentum talentum facultates possideant: sin grauissimum, ut quaterni uiri trierarchi sint unius nauis, facultates possidentes uiginti talentum. Ac oratio de trierarchis & opibus eorum & triremibus, hic finitur. Earum uerò implendarū rationem in hunc distribuit modū. Decē Athenarum sunt tribus. triremes igitur tricenas unicuiq; tribui attribuit. Nam decies triginta sunt trecenta. Diuidit autem triginta hæc triremes simul trifariam denario numero, & tribum in ternas partes: & postulat ut tertia tribus pars, hoc est triens, compleat decem triremes, ad bellicos usus. Præterea suadet ut triginta naualia tributim extruantur in Piræo, ut singule denæ naues in singulis naualibus conseruari possint. Restat ut dicendum sit de tertia parte apparatus, quæ est exactio & stipendium militum, quam exactio numerari oportet ab omnibus, qui opes in urbe habeant. Recusat autem ea de re nunc disputare, & suadet, ne quid de ea moueatur, donec re-

uera immineat bellum illud regium. Non enim expedire ut nunc inquiratur, ne locupletes suam pecuniam dissimulent. Hæc sunt quæ de potentia urbis differuerit. Rationem tamen illam de pecunia sumpsit ab obiectione, cum & auditor commeatum expeditum & paratum quæreret, & orator caput ex obiectione peteret: Et unde uobis pecunia suppetitura sit quæritis? & palam dic qui sit commeatus. Ipse uerò soluit ita ut diximus, iubens modò non quæri, sed in posterum differri eius rei considerationem. Tum enim pecuniam præstò futuram, cum rex uenerit. His *ἐπιχειρήματα*, aggressiōnem adiecit: Si has copias instruxerimus, fortius eum ulciscemur, quàm nostri patres, quia nos soli nunc trecentas triremes possidemus: olim ducentas tantum uniuersi Græci. Absoluit omnem orationem de potentia urbis: dataq; integra capitis tractatione, non solum uires urbis considerat, sed etiam contrarium. Proinde transit ad regis potentiam, eamq; obiectionis specie sumit. At pecuniam, inquit, adducet rex, cuius copijs circumfluit. Hinc interim primam eius partem ponit. Adijciendum enim ei est, quamobrem pecuniam regis metuant. Eam uerò interim diuisit, ut facilis ad soluendum fieret: soluit autem eam per comparationem, his uerbis: Illius pecuniam facile cõsumptum iri, nec aliunde subsidium habiturum. Athenienses uerò qui è suo agro per uices accipiant, nunquam rebus necessarijs carituros. & hoc esse maximum, quòd suam ditionem teneant, & commeatus inde accipientes cum eo bellaturi sint. Aliam item obiectionem mouet priori consequentem, uel partem potius precedentis: Sed uerendum est ne rex pecunijs abundans, magnum peditatum, multosq; milites è Græcia mercenarios contrahat. Bifariam autem hanc diuidit. Ac primam partem refutat, ut iam ostensum est. Secundam hinc orditur, soluit que per translationem: Siquidem alios oppugnaret rex, Græcorum mercenarios illi fortasse præstò futuros: sin Græciam, minimè quidem id facturos. Addit & aliam translationem ab animo regis, ne illi

quidem expedire, ut per conductitios uictoria potiat, quòd ita suam potentiam apud eos contemptam redderet. Tertiam obiectionem sumpsit ex eius potentia, & euenturis ei commoditatibus, si non expectarent dum Græciam inuaderet. Est igitur tertia: Sed metuendum, ne rege huc aduentante, cum eo conspirent? Hanc soluit per instantiam his uerbis, Minimè se Thebanos cum eo coniuncturos: & translatione, Sed uota facturos dijs potius, occasio sibi ut detur excusandi delicta superiora, quàm ut priora crimina nouis uituperationibus cumulent. Tertia refutatio hæc est, Si Thebani cum eo facient. At Thebanorum hostes se cum Græcis certè coniungent. Tandem & iusto & utili & possibili obsignat. iusto, non oportere priores laceffere: possibili, eos fore superiores Thebanis, & Argiuis, & mercenarijs: utili, eos adduci non debere, ut primi bellum inferant. Transit tandem ad Græcorum qualitatem: At metuendum est ne perculsi Græci regis aggressione, Græciam destituant. Hanc soluit per instantiam, deinde confirmauit translatione. Dum eum communem hostem indicarint, magna potentia & felicitate eos floruisse: Cum primum uerò sibi amicum crediderint, extrema quæq; esse perpeffos.

Proinde uocare eos aliquis dixerit. Hanc è consequenti sumpsit obiectionem. Deinde non positam soluit his uerbis, Ne uocemus eos nunc, cum non obtemperabunt: ne nunc belligeremus, cum non poterimus. Post & aliam partem utilitatis subiicit. E re nostra est ut rex huc irrumpat, sic enim reconciliabuntur inter se Græci. Mox addit epilogos, qui enumerationem capitum continet: primum à iusto, ne suum iusiurandum uiolent, ne ipsi priores foedus rumpant, quo contineatur, debere Cononem ulcisci regem uim facientem. in eius finibus bello infestare non debere. De apparatu, ut re ipsa magis quàm uerbis parati sint, ut eorum facinora rebus maiorum gestis respondeant, ne uerbis freti sint, sed ipsa re sese parent, ut sint in tuto. Quæ sententia ualde affinis est illi quæ in exordio ponitur: & sic absoluit orationem.

ENARR.



uerant olim
libertatis dese
Atheniensibus
his coegerunt
beni & sui iuri
de regis Perfi
dantes adiuu
pulum, & Rh
us occupant.
nem Athen
rethia. Den
tam populo I
tem alius Ath
fuit fuerat, &
pulerat: id cri
cum primis ha
Athenarum u
bant, ut præ
Proinde ab o
oratio, defen
tione, & multi
Neq; hoc sole
dregis Perfar
que tantam est
pates insula p
tas. Nam ad
fuit igitur ho
apposuit: Rh
ritatem ciuit
tiamq; optitu
tinde ad rem
bus Græcis ad
ni. Aduersus
ritatem opp
Actuacitate
dicante, & si
dicam domi
lulum, quod
hominum nih
nem sunt Rh
ni. Vale. hoc
tam rex. R
Nezum si fiere

ENARRATIO ORATIONIS DEMOSTHE.

NIS PRO LIBERTATE RHODIORVM,

Hieronymo Vuolfio interprete.



Arbitror oportere uos, Athenienses, tantis de reb. deliberantes, dare liberè dicendi potestatem unicuiq. consulentium.)

Qui insulas & maritimam oram incolebant Byzantium usque, socij

fuerant olim Atheniensium. Sed cum spe libertatis descuiissent, bellum gessere cum Atheniensibus, eosq; belli moram pertaxos coegerunt pacem facere secum, sic ut liberi & sui iuris essent. Post hæc Artemisia de regis Persarum sententia, Rhodiorum diuites adiuuante, potentes opprimunt populum, & Rhodiæ urbis imperiũ locupletes occupant. Confugit igitur populus ad urbem Atheniensium, petens libertatẽ sibi restitui. Demosthenes censet opem ferendam populo Rhodiorum. Si quisquam autem alius Atheniensibus bello sociali molestus fuerat, & cæteros ad defectionem impulerat: id crimen in populo Rhodiorum cum primis hæere constabat. Quapropter Athenarum urbs eis in primis irasci uidebatur, ut præcipuis defectionis autoribus. Proinde ab omni parte suasori difficilis est oratio, defendenti homines qui & defece-
rant, & multis urbem cladibus affecerant. Neq; hoc solum concionatori obstat, sed & regis Persarum metus. Nec enim leue, neque tutum esse uidebatur, Regis per locupletes insula penè potiti suscipere inimicitias. Nam ad illum res pertinebant. Aduersus igitur horum utrumq; firmissima duo opposuit: Rhodiorum perfidiæ magnanimitatem ciuitatis, & Græcis qui afficiantur iniurijs, opitulandi consuetudinẽ, & quanta inde ad rempub. gloria reditura sit, omnibus Græcis ad eam, hoc si fecerint, respecturis. Aduersus regis metum & iustum & facultatem opposuit, & tertio loco utilitatẽ. Ac facultatem, quòd rege aduersis reb. conflitante, & superato, nec Artemisia Rhodiorum dominos adiutura sit, nec ipse rex: Iustum, quòd rex curam suscepturus nõ sit hominum nihil ad se pertinentium. Græci enim sunt Rhodij, & à regis imperio separati. Utile, homines eos non negligendos, etiam si rex, Rhodiorum curam susceperit. Id enim si fieret, argumento fore, cum non

modo Rhodij, sed etiam Græcis omnib. uelle imperare. Sic igitur orationẽ diuisit, & hæc negociorum natura est. Quo autem pacto horũ singula disposuerit, quò ue modo tractarit, ab initio est explicandum, & ab exordio auspiciandum.

Arbitror oportere uos.) Quàm parum argumento fidat, per ipsam aggressiõnem ostendit. Nam cum liberè defendere nõ auderet homines, qui & multis & magnis iniurijs affecisse populum uidebantur, per ordine sequentem sententiã occupat auditorem: & id elicere studet, ut fateatur, se consilij obtemperaturũ. Exordium igitur his duabus sententijs constat, ut et dicentem ferat, & persuaderi sibi sinant, ut orationẽ re ipsa exequatur. Secundi exordij est captatio beneuolentiæ, cum ait, *Existimo uos gratiam debere dijs*, quòd qui non ita olim suapte impulsu petulantia uos oppugnauerunt. Et admirabili artificio tractatur. Ne enim gratiæ causa Rhodios defendere uideretur, accusat & infectat eos, nõ ut ad odium cõcitaret auditorem, sed ut beneuolentiã eius eliceret. Etenim & effert eum, & eius animos tollit in altũ, laudatione admirabili Atheniensiu, accusationi Rhodiorũ implexa in exordio. Constat autem se cundũ etiam exordiũ duabus sententijs, quarum alterã exposuimus, alterã præparationẽ capitis cõtinere asserimus. Indicat enim uim eorũ quæ dicenda sunt, dum gloriam & celebritatẽ nominat, quam per id factũ cõsecuturi sint, satisfacturi illis qui eos calumniari soleant. Et hæc in exordij sunt tractata. Capitis aut ab utili, principiũ hoc est, *Conquesti enim sunt Chij, Byzantij & Rhodij, nos sibi insidari*: Confirmatũ autẽ est iusto siue iniusto utile, hoc ferè modo: *Iniurij & rapaces existimati sumus, quamobrem etiã socij à nobis defecerunt: & hæc iniusti sunt.* Deinde ne urbẽ accusare uideatur, ipse conuicium ad Mausolum retulit, ut & ciuitatẽ defendat tanquã falso accusatam, & Rhodios tanquã deceptos. Is enim fuit qui talia struxerat, & ad defectionẽ eos sollicitauerat. Postea sic iustũ prætendens ad utile peruenit, quæ propositio est: *Utile uobis est, rebus ipsis calumnias contra uos obortas refutare. Scitis enim socios, quòd se iniuria affici putarent, descuissse.* Nunc uerò quia id absurdum erat, argumentatur

f 2 ab utili,

ab utili, quod confirmationē à iusto habet, et definit in gloriosum. Sic autē ait: Nūc occasio est diluendarū calumniarū, et ostendendi, nō esse improbos eos qui talib. socijs auxiliē. Est et recuperare gloriā operæ precii tali statu ciuitatis. Et hæc est suasio Demosthenis, cui occurrebat à capite facultatis, *At metumimus regē. Quod soluit per facultatē argumentū eiusdē generis, et ab eo quod in aduersariorū assertionē pugnabat statim, Nō eorundē est, inquit, suadere Reip. ut Aegyptijs opituletur, qui à Rege defecerūt, et in defensione Rhodiorū regē formidare. Causa etiā addit: hi Græci sunt, illi eius imperio cōtinentur. Altera refutatio est: Pro sua ditione Rex bellum fortasse geret, pro ditione uero Græcorū non itē. Tertia refutatio est, Siquidē æquo animo fertis iniurias, & clades quibus Græcos afficit, dissimulatis, animos uestros nō laudo: sin quiduis sustinere nunc etiā non dubitatis, &c.* Deinde ab exemplo: *Cum, inquit, Samum Timotheus liberasset, à Cyprothemide, quem Tigranes regis præfectus constituerat, occupatam, Rex non ægrè tulit.* Alia obiectio ab eius facultate, *At Artemisia uobis aduersabitur? Fuit autē Artemisia Mausoli & soror & coniunx, & Cariae regina, amicitiaq; regis Persarū expetebat, priuatæ causæ utilitatis eum colēs. ac suis quidē subditis imperabat, nihilominus tamē curabat, ne regē offenderet, interdū etiā eū iuuabat.* Obiectioni autē deest cōfirmatio. Causa enim fuisset adijciēda, ppter quā Artemisia nō cōcessura esset. Sed ea ne difficilior fieret ad soluendū, cōfirmatione omiſsa propositionē solā posuit: et cōfirmationē refutationibus implexā infirmiore fecit. Soluit autem eam facultate et utilitate. Ac facultate quidē per partitionē: Si quidē prospera fortuna utatur rex in Aegypto, adiutricem futurā. Nec enim ita esse dementem, ut tanquam arcem, contra suū imperium muniri sinat. Sin opem ferat, id facturum leuiter, et non magnis uiribus, sed ut hoc atq; illud uideatur fecisse Regis causa, & sic à facultate sumptam obiectionē posuit. Ex alia parte ab utilitate cōiecturaliter, *An regem adiutura sit, equidem nescio: sed illud è Republica esse puto, ut sciatur, utrum Rhodios sibi uēdicet nec ne. Nam eam insulam si uendicat, omnes proculdubio Græcos sibi uendicat.* Hactenus quidem his decertauit contra obiectiones ab utili. De cetero autē ad id uenit quod est tractatu difficilium, nēpe quod ab ipsa qualitate, Rhodiorū petita accusationē continet quod defecerūt. Ac queri possit, quamobrē tandē cū propositū sit, de quo potissimū omnis quæstio

est, utrū iuuandū sint hi qui Rempub. læserunt: priore loco ipsum utilitatis caput collocarit, secundo facultatē: Post, utrū opem laturus sit Rex et Artemisia. Euidens est autem artificium. Cū enim persona sit infamis, & merita hominū prædicari nō possint, qui in magnū crimen adducti sunt: meritō auditorē occupat tum utili, tum necessario, hoc est metu Regis, ut & utilitate adducat propter gloriā, et necessario percellatur. Nam si Græcis Rex insidiat, odium eos in presentia dissimulatos, et propter suā utilitatē opem illi laturus credibile est. Quod si utilitatem expetūt, et metu ac periculis liberari cupiunt: propter hæc maximè necessaria opitulari uolēt illis etiā à quibus sunt offensi: Ac quamobrē capitū collocationē immutarit, audiuiti. Diuidit autē ipsum iustitiæ caput non paruo aliquo nec uulgari artificio, neq; dispositione cuius obuia utit. Nam subinde Rhodios accusat fidei sibi cōciliandę gratia, quod ad persuadendū plurimū iuuabat, in his reb. ad gratiā loqui. Grata autē erat auditoribus accusatio Rhodiorū. Quorū utiq; mentionē fecit minus honorificā: ut simul ostēderet, se neq; ad gratiā, neq; ex beneuolentia quicq; dicere: & ut auditores sibi conciliaret, partim quod oderit eos qui ciuitatē oderūt: partim quod non Rhodios, sed ipsam utilitatē & ueterem Reipub. gloriā defendat. Atq; propemodū putes eū suadere ut bellū Rhodijs inferat, tantā iracundiā profert aduersus eorū iniurias. Sed in hoc ipso posita est admirabilitas Demosthenicæ faciendæ, quod per ea ipsa, quib. in Rhodios inuehit, populo persuadet: dūq; accusare uideat, mitigat atq; intermiscet, eos à semetipsis & accusatos esse et cōdemnatos, cū reip. postliminiō sese subijciāt. Hęc igit et similia in hoc capite solerter tractata sunt. Sed obiectioni à iusto specie reclamationis est introducta: *At qui his indigni sunt Rhodij post quā ab urbe defecerūt. nō tamē apertè est posita, sed ab eruditis ex ipsis refutationib. perspicit.* Neq; uerò his que dixi tantū artificijs est usus, sed præter superiora nobis etiā aliud præceptū tradidit: multo antè refutandā, quam ponendā esse obiectionē. id quod facere solet, cū obiectiones sunt difficiles, et tractatione indigēt artificiosa. Hinc autē incipit refutatio. Quod si per semetipsos tenerēt urbē, qui nūc in ea sunt Rhodij, tū eos asciscendos uobis non putarem, tametsi uobis omnia polliceretur. Admiratione autē digna est & tractatio eius qua utit, & refutatio. Cū enim obiectioni dicat,

Oratio dicat, dignos esse Rhodios malis quibus afficiantur omnibus, assentiens dignos eos esse, non eas iniurias quibus rempublicam affecerunt, attulit ad probandum, ut ne parum inter se sua consentiret oratio: sed est mutuis & intestinis eorum gratificationibus, mores eorum criminatur. Quamquam autem ordo postulabat, ut de eorum animis erga populum Atheniensem loqueretur, ipse tamen augendae causae criminatio accusacionem ad locupletes transtulit. Nam his propositis mores Rhodiorum uniuersos depingit. Tribus igitur artificijs est usus: uno, quatenus accusacioni assentiri uideatur: altero, dum ea quae Rhodij contra rempublicam Atheniensem commiserant, transfert ad instina illorum mala: tertio, in quo criminacionem a plebe in locupletes transtulit, quem admodum Thucydides a populo Atheniensium in paucos. Deinde palam inficiat coniunctionem cum Rhodijs, asserens, se neque priuatum hospitium, neque publicum procuratorem esse illorum, ut inde etiam libertatis locum sibi muniat. Reliquum igitur est, ut publici boni causa uerba faciat. Post haec ad Rhodiorum defensionem accedit, satis eos graues dedisse poenas dicens, amissa libertate: quare iracundiam auditoris contra eos leuat, & eius animum explet, ut is sibi uideatur miseris Rhodiorum iam satiatus. Nemo enim iam irascitur, nec si crudelissimo sit ingenio, misericordia uel non tangitur eorum qui multas et maximas calamitates pertulerunt. Omnium uero minime populus Atheniensium, natus ad beneficentiam, & solitus eos conseruare a quibus est iniurijs affectus. Per haec igitur omnia ad liberum dicendum, ut diximus, uiam sibi preparauit. Auspicatur autem suasionem sic, quasi aliud quoddam principium orationis sumeret. Quia uero per id obiectionem mouit, sic inuectus est in Rhodios, rursumque repetit per refutationem, quod necessarium esset obiectioni, & suspicio de oratore unam oriebat. Quare non prius petere ueniam Rhodijs potuit, quam soluisset suspiciones. Propterea mota obiectione, id quod contra se esset, dissoluit. Deinde cum suae nihil obstaret auctoritati, ad refutationem obiectionis magno animo accessit, destructis illius obiectionis uiribus: indignos esse beneficio Rhodios, et non condonandas esse illis iniurias. Et quia contentione constat haec oratio, ad obiectionem referri debet. omnino enim defensio est, eaque illustis Rhodiorum, qui decepti sint. Quare deprecatione constat refutatio, & ipsa deprecatio indefinitis exemplis roboratur. Nam

in multis rebus, & saepe deceptum esse populum Atheniensem admonet. Genus igitur deprecationis est concessione sumptum est. Assensus enim, merito illa Rhodijs accidisse, deceptis ueniam precat, bifariam comparata refutatione, tum consentiendo, tum deprecando. Et huc usque producta est ab eo prima pars refutationis. Transit autem ad aliud refutationis genus, quod mixtum est, tum ex utili, tum ex iusto: quo asserit duo esse hostium genera, unum propter iustitiam aduersus Democratas, alterum aduersus Oligarchias, non quidem ob aliud quicquam, sed ob hoc ipsum quod Oligarchiae sint, & contrariam Democratijs rationem sequantur. Per hoc etiam adducens auditores, ut tametsi Rhodijs opitulari non uolunt, tamen aemulatione & odio Oligarchiarum impellantur ad destruendam Rhodiorum Oligarchiam. Quamquam autem mixtum est refutationis genus, tamen inclinatur ad utilitatem, & magis est huius partis. Deinceps necessario est usus ad refutationem, per id quod dicere auditori asserit: Miror autem, si nemo uestrum putat, cum paucorum dominatu regatur Chij & Lesbij, et nunc Rhodij et omnes homines. Natura enim est & consuetudo Demosthenis, non uno aliquo argumenti genere persuadere, neque una auctoritate adducere auditorem, sed uarijs & omnigenis: modo perterrefaciendo, modo suadendo, modo officijs humanitatis propositis, modo ius postulando. Neque ex uno aliquo genere utilitatis, aut cuiuscumque tandem propositi capitis suadet: sed ex omnibus eiusdem partibus, quibus constare caput potest, ac multis uarijsque aggressiombus, tametsi a se mutuo sententiae differant. Vides enim ut petat, ijs, pro quibus deprecatur, tanquam deceptis, culpam esse condonandam: cum nec Athenienses, cum decepti fuere, poenas dederint. Quod uero ius pro Rhodijs occurrebat, id usitatum est, ut pro omnibus iustum esse demonstret qui sunt affecti iniuria. Terret temeritate & obscuritate futurae fortis: mouet odium a communi iudicio contra Oligarchiae appetentes. Sed quorsum attinet enumerare cetera, cum eruditi ex ipso contextu petere omnia possint? Incutit etiam alium terrorem, qui asserit incertam esse fortunam, & debere felices opitulari calamitosi: quod fieri possit, ut ipsi in similem calamitatem incidant. Deinde ab exemplo a minori: Olim in rebus, inquit, aduersis, et paucorum dominatu oppresso populo, succurrerunt Argiui: & absurdum uidebitur unci ab Argiuis in hac actione. & agglutinatur latenter solutionem conuenientem, & obiectionem a rege sumptam, quam initio posuit:

Et quæ de re getimemus. Perpicuū enim est, eū sic instituisse refutationes, ut & ad hanc & ad illam ei essent utiles. Quæ, si fuisset eis abusus in principio, ad præsentē obiectionem nihil ei profuissent. Ad solam enim illam satis fuissent ad æquata interuallo. Reseruaui autem eas præsentī occasionī, ut et ad hanc obiectionem, & ad iam antè refutatam aptas haberet. Quod enim ex æquo refutatū est, uires suas ad omnia præcedentia remittit. Post hæc rursus ingruit obiectione à iusto: quam cur nō posuerit, facile est inuestigatu. Veritus est fortassis eius uim. Cum uerò auditorem haberet omnino consciū, silentio sustulit aliquid de eius uiribus. Multum enim ad destruendum ualet, etiam non meminisse rerum absurdarū, aut terribilium atq; atrocium. Est autem ei familiare, difficilimas obiectiones in perorationum principijs ponere, ut & loco & regione eas atterat, & diminuat. Quid igitur fecit? Obiectionem quidem dissimulauit. Sed palam pro obiectione criminationem oratorum posuit, his uerbis, *Sunt autem quidam Ath. peritissimi ad defendendum ius aliorum apud uos, quod sit autē illud ius, & qui alij defendantur, non declarauit. Sed nec refutatio nobis euidentem, ut dixi, facit obiectionem. Est enim refutatio, Quamobrem non abstineant subigere Con & Rhodum. Quare ex his nemo facile cōijcere potest, quid ea uerba sibi uelint. Sed mihi quidē innuere uelle uidetur fœdus, quod inter se fecerāt Græci omnes, ne quis cui bellum inferret, sed omnes pacem seruaent & quiescerent. ut obiectio sit eiusmodi: Sed uidebimur iniuste facere, & primū uiolare pacta illato bello. Vnde etiā in refutatione dicit: Maxime quidem esse iustum, ut Athenienses salutem omnium defendant. Quod si uel iniustum id esset, at postquam omnes ad iniurias faciendas sunt propensi, etiam nos illorū secuti cupiditates, iniuste faciamus. Obiectio igitur ex his cognosci queat. Est autem tractatio uiolenta & Thucydidea, è Cleonis concione sumpta. Nam quale ille de Mitylenæis consilium habet, tale est & Demosthenicū hoc. Nam & ille censet, si quidem iustum sit imperiū, iuste puniendos esse Mitylenæos: sin iniustum, iniuste. Spectandam enim esse eis utilitatem in Republica gerenda. Sic*

iam quoque Demosthenes facere hoc loco uidetur, censens maximè quidem quia sit iustum, in libertatem asserēdos Rhodios. Sin fortè aliquis dicat iniustum esse tempore pacis mouere arma: saltem nō ita id graue ducendum, cum omnes grassari instituāt. modo Byzantijs, mox Artemisia & Mausolus, ac deniq; ferè omnes. Neq; uerò his solum obiectionem soluit, sed & ab euentu: Vt & maioribus, inquit, honorib. afficiamur. Nā prout quicq; potentia ualēt, sic eis homines utiliter iusta præstare solent. Neq; uerò diutius suspiceris, aliter se habere totam obiectionem, aut de persona regis agi, ut aliquis putare queat. Fortassis enim suspicabitur aliquis, eum dicere, *Atqui Rex nō offendendus est: ut eam aut illi quæ in principio posita est, aut quæ in epilogo repetitur, similem putemus. Nam Artemisiam exemplum cum propositione hac non consentit. Si enim uerba essent obiectionis, At non offendendus est rex: quid uoluisset dicere? Quamobrē igitur Artemisia Con occupat & Rhodum, quas insulas in gratiam Regis occupare uidetur?* Proinde referenda esset ad commemoratam obiectionem de fœdere. Adducta igitur utilitate, soluit obiectionem. Fidem autem eius rei facit etiam per exemplum: ostendens, quantam potentiam habuerint, cum præessent Græcis, ipsi uictores regis, & terminos eius imperio statuentes: quantam etiam rex uictis postea Græcis. Sic undiq; confirmatur, contrahendas illis esse copias, si honoris & gloriæ cupiditate ducantur. Est igitur hæc refutatio sumpta ab utili, atq; ab obiectione, confirmata per facultatem. Confirmando enim urbem instructam esse oportere ab exercitu, deinceps concludere incipit, *Mibi uerò nō sine causa uidetur difficilius esse uobis fungi officio: hic facto perorationis initio, in quo uehementer insectatur largitionib. corruptos, & aduersantes sibi oratores: ac necessariò utitur eo quod adijcit, quod eius autoritati non omnes assentiebantur. & hoc quod obscurum est, ex obiectione sumpsit. Quamobrem cum uellet eorū orationes prohibere, haud ab re criminatione est usus. Post hæc adiecto glorioso & enumeratione, sic orationē terminauit.*

DEMO

DEMOTHENICAE ORATIONIS PRO

MEGALOPOLITIS ENARRATIO, HIERONYMO VULFIO INTERPRETE.



Triq; mihi peccare uidentur, Athenienses.) Athenienses ad Mantineam iuuerunt Lacedaemonios. Post id bellum ab Arcadibus, socijs eo tempore Thebanorū, Megalopolim ad infestādos Lacedaemonios conditā, ipsi Lacedaemonij, qui cum Atheniensibus inducias habebant, oppugnant. Arcades, occupatis Thebanis Phocico bello, ad Athenienses confugiunt, societate expetentes. Veniunt & a Lacedaemonijs legati, postulantes, se ut socios iurari potius. Deliberatur. Difficilis igitur est oratori haec oratio. Nam & his qui paulo ante hostes fuerāt, patrocinari, & Lacedaemonijs socijs aduersari, nō est expeditum: cum sit admodum graue repellere socios, & admittere hostes. Praeterquā enim quod res absurda est, maximā rei publicae infamiā quoque parit. Bisariā etiam ei esse periculosum uidetur, & conseruare hostium Thebanorū socios, & insuper socios Lacedaemonios alienare, quib; paulo post ad bellum Thebanum de Oropo indigebunt. Sed tamen uiam inuenit, qua nec Lacedaemonios offendere uideatur. & Arcades conciliet, & Thebanorum opes non augeat. conseruanda illorum societate. Et enim & hoc unum quiddam ex difficilimis est, quod uidetur Thebanorum socios sua suasionē augere. Quo pacto igitur horum quaeque facit? Destruit Lacedaemonios, destruit Thebanos, dum nec illos crescere sinit, & Thebanorū societate Athenas transfert. Ne uerō gratificari Arcadibus, uideatur, orationē suam ita temperat, ut nusquam propendeat ad Megalopolitas: nec illorū spectet commodū, cum odio Lacedaemoniorum. Sed tanquā alienae personae propositae sint, tam Lacedaemoniorū quā Arcadicae ciuitatis: minimē quidem id facit, ut pro alterutris societatem postulātibus, uerba facere uideatur, sed utilitatem & commodum reipub. intuetur, solita tractatione utens. Tali enim ratione usus est etiam in Philippica quinta, & in oratione de Chersoneso, dum semper bonum publicum uenatur, nō priuatam cuiusquam utilitatem,

propter quem oratio instituitur, spectat. Primum igitur caput est in hac oratione, utilitas. Sumit autem confirmationes a facultate, asserens esse eē republ. ut Lacedaemonij & Thebani sint infirmi. Cuius rei nunc datur occasio, si & in Bœotia sint urbes instaurandae, & Lacedaemonijs potestas augendarum uirium adimatur. Ac illud quidē de instauratione Bœotiae hic praeposuit, probabiliterque implicuit, & confertim aduersus cogitationem, quae molesta erat auditoribus, opposuit: *At augebuntur Thebanorum opes, conseruatis Arcadibus.* sed illo in propositione relicto: & Arcadum probatione ad occasionē reseruata, eam paulo post probabit, cum aduersus ipsam obiectionem decertabit, & solam partem de Lacedaemonijs probauit, non expedire ut illis detur crescendi locus: idque probat τῷ ἐξισοζῶντι κατ' ἀντιστροφῶν, à pari per inuersionē. Cum enim sententia esset, *At firmabuntur Thebani, quod non expedit:* subiicit ex pari inuersionē, *Ne Lacedaemonios quidem crescere expedit.* Haec uerō forma refutationis haud absimilis illi est, quae in oratione aduersus Leptinē post primam periodū ponitur, *Nec enim illud dici potest, quemadmodum immunes suo dono spoliavit, eo quod eos indignos duceret: sic etiam populū indignum duxisse, in cuius potestate esset, donare sua cui uellet.* Hæc uerō pugnant omnia aduersus obiectionem de Thebanis. Nam Orchomeni Platæarum & Thespiarum instauratione imminui Thebanorum uires, obiectionis illius est refutatio. Illud enim dici non potest, caput hoc implexionē habere uulgarem, ac non omni artificio refertam. Per eadē enim & Thebanorū potentia destruit, et non fore ut Laconū opes augeant, probat. *At hæc ita esse medijsfidius largiemur, sed per absurdum fuerit, contra quos ad Mantineam in acie stetimus, cum his facere societatem.*) Hanc obiectionem sumit ab utili, quae turpitudinē & absurditatem ostenderet. Ex his enim petitur, & bipertita est. Nam una eius pars quantum dedecus secuturū sit, si eos iuuēt quos oppugnarint: altera pars absurditatem, si Lacedaemonios oppugnare uelint, quorū paulo ante socij fuerint, ostendit. Huius priorem partem, et si soluit concessione,

(nam

(nam & ipse fatetur turpitudinem) translatione tamen utitur: nō penes eos qui nihil iniusti agant, sed penes illos demum qui nihil iusti agere uelint, esse turpitudinem. Tacet autē id quod huic consequens erat, propterea quod per se cōspiciebatur. Quod hu iusmodi fuerit: Sin etiam iniurij sunt Lacedæmonij, minimè turpe erit id quod agatur. & hoc ad priorem partem. Transgressus autem ad alteram, soluit eam iusto, aut utili. Iusto, Iniurij sunt Lacedæmonij. per fictionem: Si tantum iniurij forent, esset id quidem absurdum, & tamen haud concedendū: & alio iusto, Sin Messenam oppugnabunt, necesse est opem ferri Messenij propter iusurandum. Post hoc, utili: neq; est ex utilitate reipublicæ, crescere Lacedæmonios. Deinde ab utili decoro: Vtrum erit decentius ferendæ opis initium, hoc ne præsens, an cum in Messenam irruerint: Tum enim propter uerecundiam & metum facere uidebimur, nunc propter iustitiam. Et sic nouā tibi in hac oratione præceptionem dedit, non tantum principalia capita esse implicanda, ut iustum & utile, et possibile & iustū, aut utile & possibile: sed & secundaria, ut in hac refutatione fecit. Nam & iusto & utili soluit. Propterea uerò appendicem secundariæ partis adiecit obiectioni, quod prius ignominia refutari non poterat, si iuuarent eos quibus cum bellum gessissent: altera uerò pars insectationem suppeditabat personæ Lacedæmoniorum. Opus igitur ea fuit appēdice, qua contra uniuersam niti obiectionem utilitatis uideretur, & prodesse iuuare potius Lacedæmonios, ut per eos Oropum reip. conseruarent: quam obiectioni adiecit, ut refutationibus abundaret.

Sin Lacedæmoniorum inimicitias temerè suscipiemus, non habebimus qui nos in bello iuuent.) Bipertita est & hæc obiectio. Altera pars, Oropum recuperare nos oportet: altera, si eos qui eius rei adiutores erunt, alienabimus, quos habituri sumus socios: Priorem igitur partem cōcessione soluit. Illam autem, Lacedæmonios hostes habituri sumus, si Arcades recipiemus: translatione, Non eo modo uobis consului, neq; uobis prius ista dixi ego, sed illi, qui dum suadent, ut Lacedæmonijs coniungamini, & Peloponneses ad uos uenientes repellatis, id machinantur, ut à uobis repudiati, de cætero ad Thebanos sese conferant. Sumitur autem refutatio à iusto. Sequitur alia refutatio, Ne uos quidem eos iuuissetis, si antè dixissent uobis se re-

cuperata salute fore iniurios. Item tertia refutatio, Tametsi molestè ferunt Lacedæmonij, & quius tamē est, ut pro acceptis beneficijs gratias agant, quàm ut nunc succenseant, quod ab inferendis iniurijs prohibētur. Ab soluto utili transit ad iustum, quod ei obstabat. quapropter etiam ex obiectione id sumit, estq; tripartitum, aliud erga Rempub. aliud in Lacedæmonios, aliud aduersum Arcadas. Sed prima obiectio à iusto occurrebat, accusans qualitatem urbis, Sed perfida uidebitur nostra ciuitas, ut quæ se alias cum Lacedæmonijs, aliàs cum Arcadibus coniungat. Similis autem hæc est antè positæ obiectioni. sed ut illic turpitudine, quæ ad utilitatem pertinet, exquirebatur, ita hoc loco iustum tractatur. Sunt igitur eadem obiectionum sententiæ, sed non ex iisdem locis sumptæ sunt, cum altera ducatur ab utili, à iusto altera. Nam pro diuersitate tractationis etiā uim suam mutat oratio. Soluit autē (κατ' ἀνατροπὴν) per euerisionem, quæ uicina est translationi. Deinde ab exemplo, etiā Thebanos à ciuitate esse conseruatos, & nunc Arcades eodem modo conseruari. Aliam item obiectionem cō mouet à iusti parte altera, quæ est in Lacedæmonios, Sed pollicentur Lacedæmonij se recuperaturos quæ iusta sint omnibus: Eleis Triphyliam ab Arcadibus, Phlæsijs Tricaranū ab Arcadibus occupatum: nobis uero Oropū quo Thebani potiuntur, & hæc cognata est illi obiectioni de Oropo exorte. sed illa sumpta erat ab utili, hæc uero à iusto, quam soluit ab utili: Lacedæmonios in priuatum suum commodum intentos, ista agere, ut Messenam possint inuadere: coniunctum tamen hoc cum iusto est. Nam cum animus sit iniustus, iniusta est etiā actio. Nullo igitur iure queri poterunt de ijs à quibus non iuuabuntur. Deinde rursus à iusto: hæc simulatè et dolosè prætexi à Lacedæmonijs, ut Messenam opprimant. Hactenus unam partē obiectionis soluit. Altera de Oropo pars ita se habet: Esse quidem æquum ut ad Oropū recuperandum sint adiutores Lacedæmonij, sin minus iuuent, alios non defuturos, quicumq; iustitiæ rationem habeant. Sequitur fictio, præstabilius esse, si omnino aliter fieri nequeat, amitti Oropum, quàm Peloponneses à Lacedæmonijs subiigi. Tertia obiectio à iusto, sumpta est ab Arcadam qualitate, quæ tertia iusti pars fuit: At multis nos Arcades in Thebanorum gratiam iniurijs affecerunt. Hoc soluit utili, primū ab Atheniensium moribus: alienum esse ab eorum humanitate, ut sint memores iniuriarum. Deinde (ἐν πᾶσι τοῖς ἀρκαδικοῖς ἔργοις) per inuersionem

uersionē cōtentiosius: Si tum, inquit, nos affixerūt istī: qui eos denuō repellere uolūt, nobis malefacere instituūt. Nam quo Arcades in Thebanos officiosiores fuere, eo magis reprehendendi sunt, qui eos recipi uerunt, cum se prius ad nos cōtulissent. Præterea cogemur societatem inire cū Thebanis, si Messenam inuaserint Lacedæmonij. Præstat igit socios Thebanorū tueri, quàm ipsis Thebanis fieri supplices. Postea Lacedæmoniarū iniuriarum eos commonefacit, quo probet & significet, nō expedire, ut nimis crescere sinant Lacedæmonij. Completa de mum iusti parte, à iusto tandem occurrebat obiectio, quæ ad utile quidē referrī potest, sed confirmationes à facultate sumit: At cōfirmabimus Thebanos. hæc obiectio cōmunis est: potest enim et à Demosthene opponi: At cōfirmabimus Lacedæmonios. ppter hoc igit cōmunē obiectiōnē nō posuit, refutatiōnē posuit his uerbis: Deprimi enim possunt Thebani, etiamsi Lacedæmonios nō exaggeremus. hoc est, licet neutrorū opes augere. & quod posuit dū quartū caput auspicaret, hoc est, idq; perfectissimè tractauit. Inter hoc è tractatione occurrebat: Quid igitur, si non concesserint uobis Thebani Thespias, Plataeas, Orchomenū, et Coroneam instaurare: hanc obiectiōnē soluens subiecit: Tametsi Thebani non iustitiæ causa uolent instaurare Thespias, saltē uerecundia retardati nō prohibebūt. Deinde suadet uerba esse faciendā, & rumorē in Græcia esse spargendum, Athenienses Bœotias urbes instauraturos, ut ne Lacedæmonij Megalopolitis insidient. Nam si Thebani uiderint uos omnibus oppressis perpetuō ferre opē, urbiū instauratiōni minimè refragabuntur.

Dicunt autem qui æquissima dicere uidentur.) Aliam ponit obiectiōnem à iusto, mirabili artificio tractatam, tanquā acquiescat auditor, si modò à societate Thebanorum recedant Megalopolite, & se opem eis laturum polliceatur, si pilas sustulerint. ac refutatiō mul-

to est admirabilior. Cum enim nō ignoraret ut animati essent Arcades, se ignorare simulat, ne eis patrocinari uideatur: & fide digna est illa simulatio. Quid enim ait? Nisi pilas sustulerint, constabit eos iniqua uelle: ut dū his auditor occupatus est, Demosthenes uoti compos fiat. Quia petere societatem Arcades ausi alioqui non fuissent, nisi à Thebanis palàm deficere constituissent. Sed ad institutam primam orationem redeamus: At si uiri illi se nobiscum cōiungere uolunt, æquum est, ut pilas, quibus fœdus cum Thebanis initum inscriptum habent, deiciant. Illud autem de pilis apposuit, ut obiectiōnē nanciseretur. Ait enim, nō erectas esse pilas. Postea ciuilitate, tanquā comprobasset orationem auditor, & in eo iam esset, ut constanter Atheniensium socij fierēt Arcades, cum autoritate disserit, ut omnino bonum publicum spectare uideatur. Sententiā uerò eius uelut in æquilibrium est posita: et dubitanter disserit, tanquā ignoret scilicet, qui sint Arcadum animi, quanquam non ignorat. Si enim, inquit, facere quæ æqua sunt, pacemq; seruare uolent Lacedæmonij, bellum non suscipiemus. Sin Arcades bellū fecerint, constat eos iniuste agere. Deinde usus est alternante sententiā, quam fecit obiectiōnē in peroratione: Sed formidabiles erunt Thebani, aut Arcadum societate: fortassis autem eam de industria repetijt post orationem de pilis, ut ipsa se refutare uideretur. Quis enim adhuc putet, auctum iri Thebanorum potentiam pilis sublati, et Arcadibus ab illorum societate remotis? Prior igit refutatiō à pari est, hæc autem à facultate, natura magis quàm consilio, id quod longè plausibiliorē fecit refutatiōnem. Quod superest, euentis est usus, expedire ut recipiantur, ut ne suo pte Marte cōseruati Megalopolitæ cū Thebanis se coniungāt: & ut, si Phocensi bello euaserint incolumes Thebani, sint infirmiores, cum eorum socij ad ciuitatē Atheniensem se contulerint.

IN ORATIONEM DEMOSTHENIS DE FOEDE

RE ALEXANDREO ENARRATIO, HIERO-

nymo Vuolfio interprete.



Magnam approbationem Athenienses merentur, qui iusiurandum & fœdus seruari iubēt.) Non obscurum est studiosis, è commentarijs quos legerunt, orationem de fœdere Alexandro uideri adulterinam, & à Demosthene

iudicari alienam, ut & septimam Philippicam, quam pro Haloneso quidā inscribūt. Nam hæc utraq; Hegesippo, cognomine Crobylo, Timarchi præcipuo amico, adscribuntur. Suspectam autem faciunt orationē primū insertæ orationes tractæ & historicæ, cuiusmodi & apud Herodotum sententiæ sunt. Ciuilem autem orationē decet

g

acrimonia

acrimonia & celeritas et acumē, cum in hac extēsa pleraq; sint. Deinde nec spiritus uideatur esse Demosthenicus, sed infirmus, remissus & imperfectus. Quin dictionem etiam nō iniuria reprehendunt. Nam *καπολύτῃ*, & *τυραννίζοντος*, & *τυραννίδοντος*, & *βδελυγίας* τῆς, & huius generis alia, non sunt familiaria Demostheni, & ipse genius orationis non habet puram libertatem Demosthenicam, neq; obiurgationem, aut ingenuitatē illam ad reuincendū instructam. Tota deniq; oratio inuolucris tecta est, longē Demosthenis libertate inferior. Nam & liberē dicit, et nō liberē dicit: hortatur ad bellum, & bellī tamen autor esse dubitat, animo inter metum & fiduciam attento, nec ut Demosthenes liber, nec ut Demosthenes tergiuersans. Velle quidem se ostendit, sed tanquam lingua obseptā metu foederis, subducat. Nisi quis illa ipsa fortē uel in primis Demosthenici artificij esse dicat. Cū enim tyrannus, in quem habebatur oratio, formidaretur, animiq; Græcorum cōcidissent, & Athenienses uix uel in seruos imperium tenerent, meritō hac uia usus, ē re nata uim & uehementiam cohibet: & cum liberē dicens diuinitate careat, tamen liberē dicit, & arte timorem uincit, & ab ipsa oratione libertatem petit, quam à uiribus non habebat. Nam & in postremis Philippicis, quam non tot pericula impendebant, tamē ubi de bello agitur, cautus est, neq; temerē ipse pronunciat, aut suadet esse bellum suscipiendum: sed petit ut cum rebus ipsis deliberent, utrum illa opera belli an pacis sint iudicanda. Tali uia etiā in hac oratione uti uidetur. Quare quod ad tractationem, & omnino ad gentem attinet, non reiicienda uideatur. Sin dictionem in ea reprehenderis, neq; Platonem, neq; Comicos, neq; rerū gestarū scriptores omnī carere crimine inuenias. Quin & hoc dicendū est, usitatū esse Atticis & nomina fingere, et ad subiecta negotia receptis uocabulis uti: cuius generis apud Menandrum & Aristophanē, qui atticismo par Platoni habetur, multa reperiuntur. Quod si quis etiam tractum dicendi genus obijciat, iurē is quidem reprehendere uidebitur: sed tamen responderi posset, propter tempus & festinationem id accidisse. Nam id senectuti & orationis languori non esse imputandū, ex oratione de Corona constat, quæ multo est hac concione posterior. Quæ quidem initio suscepti ab Ale-

xandro imperij est habita, cum illa dicta fuerit eodem uel in India, uel apud Persas bellum gerente. Oratio est negocialis status. Caput est legitimum. Ostendit enim conuenta esse uiolata, hoc est, foedus Alexandri cum Græcis factum. Videtur autem oratio & figurata esse, et non esse figurata. Si enim postulat, ut foedus seruetur, neq; quicquam in pactis uioletur, tueri uult foedus, et bellū concitat illa ipsa lenitate. Id uerō proprium est earum quæ per contrarium sunt figurata: ut contraria his quæ dicere uideantur probent, id quod in hac seruari oratione uidetur. Rursus cum palam ad defensionem hortatur, ab hac figura est aliena. Præstat igitur dicere, leniter ab eo tractata esse, quæ cunq; dici figuratē uideantur, idq; fieri propter negocij periculum. Non enim conuenientem ipsi argumento libertatem dat populi consternatio, et Alexandri magna potentia, & trepidatio Græcorum. Vnde etiā oratio formidolosa est, & libertatis expers. Quia uerō multos habebat qui contradicerent, non ab re ad eos direxit exordium, partim leniter, partim acriter. Quod autem sequitur: *Si quis igitur rogauerit, quam rem iniquissimis animis pateremini? Si quis cogeret, principium est legitimi capitis, probantis foedus esse ruptum.* Sciendum autem, sæpe & ipsa principalia capita ab ipso oratore, ut in prima acie certent uelut aduersus objectionem, introduci, cum auditor aliter sentit. Quod igitur auditor etiam hic putat, foedus seruandum esse, statim acriter caput inducit ab exemplo. et quia nullam aliam Atheniensium coniunctionem cum Messenijs proferre poterat, id tantum dicit: Atheniensium esse perpetuam consuetudinem, oppressis libertatem restituere. Si igitur hoc est primum caput, antipipton soluit & antithelin. Antipiptō quidē, sed non apud nos hæc gesta sunt, quare grauius ferri non debet. quam obrē id soluit his uerbis: *Si quis uos cogeret, indignari: si alibi uspiam, non succensere uos perinde.* Antithelin uerō (*καὶ διαβολῆς*) ex sententiā sumpsit. Scriptum enim est: *Nemo dominetur Rebus publicis.* Quæ tamen per sententiā tractata est, At ante foedus Philiadæ liberi Messenæ dominati sunt: eam tamen soluit exemplo per repugnantiam: *Cur igitur Lesbij tyranni expulsi sunt Antissa et Ereso, idq; cum ante foedus imperarint? Nam inter se pugnant, pellere & constituere.* Deinde inter se inopia, * cum scriptū sit, sui iuris & liberos esse Græcos oportere. Alterum caput

caput criminum obijcit Macedoni, quòd Pellenaè popularem statum abrogarit: quæ una est ex Achaicis urbibus in Peloponneso: & Chæronem palæstritam tyrannū imposuerit. Aduersus hoc autem, obiectionē, quæ ad rem ipsam pertineat, nullā posuit, sed simpliciter tanquam communicatē, *At fœdus seruamus*: neque criminis partem aliquam eueritentem, neq; ad id tendentem. In refutando autem insectatione oratorum usus est non parua. Vfus est autem insectatione utrorumq; tam assessorum, quàm eorum qui custodiæ communis pacis præpositi sunt, ut qui ad ea quæ fiunt, conuieant. Tertium est, cum fœdere contineatur, ne liceat exulibus, arreptis armis ullam fœdera tam urbem inuadere: Alexander Ianistam Sicyonem restituit. Contra hoc æquē nullam anthyphoram aut antistasin attulit, nisi eandē similiter, Græcos ægrè esse laturos, & Atheniēses autores uisum iri uiolati fœderis. Quartū post hæc crimen est, Macedones contra fœdus omnes naues Ponticas in Tenedum perductas, non dimisisse prius, quàm centum nauium classē instruendam Atheniēses decreuerint, ei que Menestheum ducem præfererint. Quòd igitur centum naues decreuerunt Athenienses, id potentiaè indicium est. Aduersus crimen autem antistasin attulit, *At modum fecit iniuriæ*: & aliam antistasin, *At infirma nostra urbs est*. Ac priorem quidem soluit translatione: non desierunt iniuriam facere, & in-

iuriam fecerunt. alteram uerò ex repugnantibus: quomodo inuictam urbē esse dicemus, si ij quos fœdus seruare iubemus, nos contemunt? Nec enim cōsentaneum est, hæc urbis imbecillitatem accusare, hæc eam opitulari iubere, ut quæ iustitiam tueri possit. Quintū crimē his absolutis, sequitur, appellere fuisse aulos Macedones. Et hoc opus posuit ex magnitudine, quasi diceret, quid uerò illud est: *Vna enim triremi appulerunt, & hoc esse delictum nemo dixerit*. Hanc soluit à modo, factum id esse tentandi gratia, & eos paulatim irreperere uelle, urbemq; assuefacere, ut appulliones toleret. Est & alia refutatio: *Quitum illa naue sit uectus, eum nautica ligna petijisse, ad fabricanda minuta nauigia, que ei facere concesserint, & triremem sanè ædificasset*. In quo & antipton κατ' ἀνάγκην, per inficiationem introduxit. *Nec enim quisquam dixerit copiam lignorum esse in Attica, penuriam in Macedonia: unde ea quilibet minimo precio emere possunt*. Deinde in Atheniensium esse manu ne tolerent: & scriptum fœderis exhibet, quo continetur, *si communis pacis uelint esse participes*: tanquam scripto & fœdere concedente, si quis uelit, nequaquam Alexandrum sequi. Hoc scriptum, bellum etiā minitari potest fœdus rumpere uolētibus. Ille uerò id ad suam utilitatem arripuit, & multis admonuit gloriaè maiorum, multis officij. Demum pollicetur se, si permittant, decretū de bello facturum.

ENARRATIONES SECUNDI TO

MI, ET PRIMVM ORATIONIS

de Corona.



Rimum Athenienses deos deasq;.) Potest fortasse aliquis simul & rem publicam diligere, & priuatum odisse aliquos: ut sensus ad Timarchum referatur, cui fuit infe-

itus Aeschines.

Tanta mihi tribuatur.) Vide ut non plus postulet, sed suam, ut satis magnam, tribui sibi petat.

Deinde quod est.) Idem est cum partitione. Nuda est autem necessariò propositio, quoniam confessà & aperta esse ducimus ea quæ confirmatione non egent, sed ipse sensus magis conciliat iudices. Apparet enim eum non sui duntaxat rationem

habere, sed illos etiā æquē curare.

Vestramq; religionem et gloriam.) Religionem, id est iusiurandum: gloriam, omnium hominum sermones.

Ne aduersarium in consilium.) Infinita questio (Sicis) adiuncta, uerborū absurditati uim affert. Aduersarius enim hostis, cōsiliarius amicitia coniunctus est. Dixit autem hoc quod Aeschines dixerat: Ctesiphontē accuso, quid te ingeris Demosthenes? ne finite eum in iudicium prospectare: quòd si ei dicēdi copiam datis, eo utatur orationis ordine, quem ego institui.

Etsi autem ego multis in hoc discrimine.) Etiam hoc secundum exordium beneuolentiam conciliat: tractatio autem diuersa est. Prius enim plenum est autoritatis, adeò ut in eo

g 2 plus

plus dare quàm petere uideatur: hoc autē ut supplex & humilis tractat. Verbum, sum inferior: referendum est ad personam, non ad causam.

Vestra frustrari beneuolentia.) Coronæ loco utiliter beneuolentiam dixit, ut qua indigeat.

Nam ut mihi, sed non quicquā.) Figura est ἀπειθίας, reticentia, partim ne orationis initio dicat ominosa, partim ne auditori plura præter rem ingerat, se aliquid reticuisse profitetur.

Sic isti superuacaneum est me accusare.) ἐν πλούσιος, ex abundantia, uel quòd magnas diuitias habet, à Philippo & Alexandro datas: & parum curat, etiamsi uincatur. Abundat enim opibus, ut mille drachmas facile possit soluere: aut, non idem est istum ex libidine accusantem non uincere (licuisset enim ei ocium agere) & me necessariò causam dicere. Quidam enim ἐν πλούσιος, ex superuacuo, simpliciter interpretati sunt: Superuacuum, inquit, est, me frustra incessere, & accusare.

Alterum quòd mortalibus omnibus natura est insitum.) Consolatur iudices, communitati affectus ueniam ambiens.

Cuius rei ego metu.) Dubitando rem disceptandā proponit, & tantū nō dicit, quid faciemus? si necessitate circumuentus fugero de me ipso dicere (modestissimè enim, non dixit laudare me ipsum, sed dicere simpliciter) quid eueniet? silentio damnabor, & mētitus esse uidebitur Ctesiphon: ego uerò, cur honorem haberi mihi postulem, ostendere non potero.

Ad acta mea in Republica narranda accessero.) Quidam hoc uerbū reprehenderunt, quod tropus in exordijs ineptè ponatur. sed nec in primo exordio est, uerū in secundo: nec peregrinus & separatus tropus, quali Aeschines usus est in exordio, instructionem dicendo, & aciem, sed uicinior & conuenientior. Nam cum οἶμος uiam significet, & proœmium quasi aditus sit totius orationis: si ita est uocabulo usus, uerbum accedere, ut ad uiam comparatum, non est alienum.

Vos opinor iudices.) Tertio exordio tractando in suam sententiam trahere omnes studet, ut singuli stultitiæ opinionem fugiant. Prudenter autem non omnino segregat Ctesiphontem, sed causam ex æquo cum eo partitur.

Peto, & oro uos omnes.) Autoritatem & misericordiam temperauit. Nam ἀξίως, pro iustum censeo, possit accipi. δέομαι autem perspicuè significat supplico. Quare per uerbum ἀξίως, magnitudinem animi retinet: per uerbum δέομαι, misericordiam uenatur.

Crimina refutantem.) Cur igitur iustum non bene comparas?

Vt iubent leges.) Cum quibus nemo pugauerit, aut negauerit esse rectas. Facta autem mentione legum, eas amplificat & ornat, Solone autore nominato.

Non quòd uobis diffideret, ut mihi quidem uideatur.) Ineffabili arte id quod uerum uidebatur, ad suum arbitrium transtulit. Non enim quod uobis diffideret, inquit, sed tanquam metuens ne peieraretis, occupati accusatoris calumnijs.

Reo anteuertere non licere.) Accommodatè uerbo Anteuertendi hic est usus. neque enim qui prior cucurrit, & locum occupauit, meritò uincit: sed qui posterior fuit, & anteuertere potuisset. is autem est reus.

Cum autem & priuata.) Exordio similis sententia, confirmationi annexa: nec tamen omnino exordium, ut & figura orationis indicat. Verbum enim Reddenda sit, indicat eum, qui ad argumentationem & cōfirmationem sit accessurus. Quatuor enim exordia esse nequeunt, tametsi insanirent oratores.

Vt apparet.) Iterum queritur de petulantia accusatoris. Illud enim, Vt apparet, perinde est ac si diceret, nescio quomodo necessitate hac, ut uideatis, sum circumuentus. Sciendum autem, eum in primo exordio petere, ut sibi potestas detur suo arbitratu causæ dicendæ: hic autem rogare, ut omnia acta in Republica exponere liceat. Atque illud etiam est in eo mirandum (nam & hoc mihi uenit in mentem) quòd ipse omnibus iudicibus, & toti ciuitati beneuolentiam à dijs tribui precatur, ipse uerò ab eis in præsentem causam beneuolentiam petit.

Quòd si ea solum quæ in accusatione perscripsit.) Hic inserit exceptiones, & de accusatione queritur, idè est à modo sumptum. Reprehendit enim actionis modū, quòd non contentus id exagitalle, de quo questio fuerat: plura insuper uerba de alijs rebus, & extra causam fecerit,

Quod

Quod igitur ad conuicia & priuata.) Etiam uerba indicant, eorum quæ dicta sunt imbecillitatem. Conuicia enim, & criminationes uocat. Quin & uerbum βλασφημῆν, est plenum autoritatis. Prope modum enim dijs se æquauit. Blasphemia enim fit in præstantiores, hoc est, in deos. Illud autem ad priuata pertinet: Scytham eum esse, & malis ortum natalibus, & uita flagitiosa. sed id apertè recusat dicere: sic enim ubique solet, obiecta sibi crimina non aperte indicare.

Existimatis.) Id quod firmius est, secundo loco dixit. Hoc enim ambiguum est, alterū & confessum & certum.

In multis olim factis iudicijs.) Valde acutè, tanquam non propter uilitatem uexetur, sed tanquam insidiosè uersetur in Republica, sic hoc dixit.

Sed acta in republica.) Priuata fugit propter eam quam diximus causam. Quæ autem publicè ab eo gesta sunt, propter quæ celebratur, ea uult eloqui. Verbum autem *Excusationem*, mirabilem habet dignitatē. Iudicis enim munus præ se fert.

Si his audire placuerit.) Atqui omnes libenter hæc audiunt, sed ita loquitur, ut qui hortetur eos, ut imperet affectui. Simul etiam denuò captat auditorum beneuolentiam, dum se illorum uoluntati obsecuturum pollicetur.

Ac crimina quidem.) In his uerbis multum est obscuritatis. Non enim sequitur sensus ea quæ posita sunt. Sunt autem duarum propositionum obiectiones, deinde refutationes duæ ordine sequuntur. Sic igitur uide. Ac crimina quidem multa sunt: ecce una propositio. cui sic occurritur: Non potest respublica scilicet satis magnas pœnas sumere. ut sensus sit talis: Multa quidem obiecit, & maxima scelera, de quibus pœnæ sumi pro merito propter magnitudinem non possunt. Et hoc quidem sic. Accipiamus & alteram propositionem, quæ est, *Præsentis autem iudicij consilium*: & coniunge cum ea secundum argumentum, ut perspicua fiat hoc modo: Consilium & natura huius causæ, hominis est inuidi, & improbi, & uesani.

Si delatione ad senatum.) Hic apertius ostendit obiectiones, tum à modo, tum à tempore petitas.

Quanta modò tragicè uociferabatur.) Aut pro-

pter exaggerationem, ut dignæ tragœdia uiderentur: uel quia perstringit artem eius. fuerat enim histrio.

Histrionem agit.) Aut de arte in eum cauillatur etiam nunc: aut simulat se accusare, cū id reuera non agat. Postea sequitur demonstratio: Me quidē accusat, in ius autem uocat Ctesiphontem hunc.

Ac omnia quidem crimina.) Conclufit omnes exceptiones, & nunc ad iusti caput accedit.

Volo autem singulatim.) Admodum animosi est uerbum Volo, & Res singulatim excutere.

Phocensi bello conflato.) Et hanc quidam putarunt esse κατὰ σπουδῆς, constitutionem, loco narrationis inescati. sed constitutio quidem locum non habet, ut ne confirmamus res in expositione nuda, quibus in confirmatione indigemus. Deinde si constitutio ea esset, ut opinati sunt, qua gratia non ante exceptiones ponebatur, cum id ordo postulet: Est igitur hoc iusti caput, specie narrationis allatum, quo per translationem crimina dissoluit. Atque obiter aliam etiam utilitatem adipiscitur, dum se belli non esse amantem ostēdit, cum etiam, priusquam ipse ad Rempublicam accesserat, bella exiterint apud Græcos.

Quamuis eos non agere iusta uideretis.) Ne uideatur affinis esse sacrilegio Respublica, dixit, *Non iusta*, quia insultandum Thebanis censuerunt. & crimen hoc ingenio Atheniensium est consentaneum, quòd Thebani urbem Græcam & illustrem ad interuersionem delere uoluerunt, & usi uictoria sunt immoderatus.

Istorum autem scelera.) Venit ad reprimendum, refutato crimine.

Atqui si prohibere Græcorum.) Cum dicendum esset, *sociorum*: omnium Græcorum mentionem simul fecit, ad fidem Aeschini orationi abrogandam.

Neque enim legatio fuit.) Aduerbium Tunc, additum, præbuit ueritatis suspiciōē: & spacium quoque temporis ei adiumento est, ut possit fraude agere.

Nam si uos simul.) Per aduerbium simul, locum habet cauillandi. Reuera enim, si pro se pacem cum Philippo pepigissent, & reliquos Græcos ad bellū concitassent, improbè fecissent.

§ 3 Nam quorsum

Nam quorsum tandem accersissetis.) Aliud argumentum à natura rerum.

Neq; primæ pacis.) Eo quod in confesso est, & de quo ei ratio reddenda non est, primū posito, postea fidē ex eo nactus, ponit ambiguum.

Opportuna loca.) Amplificat oppida non à magnitudine, sed à situ Opportunis enim Reipublicæ est opus, ut ex eis & hostes ulcisci, & copiam pecuniæ nancisci possit.

Adduci legatos putabam oportere.) Philippi legatos profectos in Atticam, adduci iussit orator ad populum. Id Aeschines, ut Philippi studium exagitat, quàm fuerit delegatis sollicitus, exponendo. Hic autem deridet, an ij qui propterea uenerant, ut cum populo colloquerentur, non fuerint adducendi?

Sed duobus obolis.) Cum enim duo essent legati, duo fuerunt oboli, adeò uile est quod criminatur. Aeschines autem institutum accusat, non impensam.

Non id quærēte quod Philippo.) Magnam eius uigilantiam ostendit hoc uerbū, ut qui non destiterit quærere, quo pacto patriæ commodis consuleret.

Parum curantes boni legati.) Curantes quæ iste nouit. Loquitur autem hæc, ut deplorans, eos non esse bonos, boni esse cum deberent.

Furtum quidem Philippi.) Consolatur, calamitates furtum, non successum nominando.

Et tunc & nunc & semper.) Cum ostendat pugnam in animo, non bellum quod armis geritur, appositè adiecit uerbum Dissentire.

Rursus emit ab eis.) Facilitatem & consuetudinem corruptelarum subiicit. Obserua autem quàm cauta sit oratio. Nam cum de prodicione fit mentio, emit ab eis, dixit, quasi ipse non esset legatus. Cum uerò nihil mali est, se ipsum adiungit, his uerbis, ne è Macedonia recedamus.

Nihil extra accusationem.) Quod alio loco propter utilitatem facturus est, id impingit Aeschini, eum in causa esse dicens, cur summæ rerum & senatusconsulti mentionem faciat: per quæ factum est, ut occasionem haberet adipiscendæ uictoriæ.

Et quocunq; missus eram.) Commemorauit & in Philippicis quæ fecerit in Peloponneso, & apud Argiuos, & Messenios, habendis concionibus. Deinde amplificat mor-

bos ciuitatum: & ostendit unde factum sit, ne uotorum compos fieret.

Adulatores & dijs inuisi.) Obscurè monere uult orator, fugiendam esse prodicionem, calamitosa eius exitu enarrando.

Et odit & diffidit.) Bonus est ordo uerborum. Nam & odit & damnat ex eo, quòd sunt in patriam impij. Cum autem oderit, diffidit etiā. Nemo enim ei quem odit, postea fidem habet. Quem uerò perfidū & hostē aliquis existimat, ei nō desinit insultare.

Et plurimum istis cum aduersetur.) Vir Reipublicæ amans, etiam proditoribus esse utilis reperitur.

Is nobis Aeschinem.) Ut caput proditorum Aeschinem nominauit: & in eum inuehēs, omnes complecti se putat.

Olim periisse.) Est enim interitus proditorum, ignauia, & negata corruptelarum occasio. propter malum omen autem in eos conuertit interitum. Cōsequens enim erat ut ita diceret: Nam quantum in uobis fuit, Respublica olim periisset.

Plus satis esse dictum.) Anteuertit iudicum increpationem. Scit enim importunam ueteris memoriæ explicationem, sedenti pro tribunali esse molestam.

Vtrum uobis Athenienses.) Quidam dixerūt oratorem ultrò & de industria *μιοδωτος* barbarè pronunciaſſe inter interrogandum: ac deinde ab aliquo reprehensum, emendante & clamante suo iam tono *μιοδωτος*, ac postea Demosthenem correctionem pro responso & confirmatione amplexum. Alij dicunt, Menandrū Comicū amicū eius, & sedentē in numero iudicum, respondiſſe in eius gratiam: cuius uocem unius, ut uniuersum acceperit. Quidam uerò putarunt, cum ipse interrogasset, disseruiſſe iudices, quid sibi uellet, & quid faciendū esset: atq; eum illa quæſtione anticipata, responsum dediſſe.

Volo autem iam de ipsa accusatione.) Bifariā partitus est iustum, atq; alterum in refutatione iniuriarum continetur, ubi recriminatur ad uersarium: alterum in assertionem beneficiorum, & rerum gestarum.

Quæ quidem accusat.) Principium hoc est alterius partis iusti, ut dixi.

Ego uerò ex his ipsis.) Dum sequor aduersarium, inde constat me amare ueritatem. Diligenter autem attendēda sunt hæc quæ dicuntur, ne inter se esse contraria putemus. Nam cū in proœmio indignabundus dixerit,

dixerit, non adhibendum esse in consilium aduersarium de se audiendo, & nunc accusationem sequatur (ita enim profitetur) nō ne ipse pugnare secum uideatur? Sciēdum igitur est, Aeschinē, cum primū actionem in Ctesiphontem institueret, criminationem uitae & rerum gestarum Demosthenis, praeposuisse: sed cum orationem accusationis extrueret, capita immutasse, collocatione, prout ei expedire uidebatur, transposita. Orator igitur accusationem se imitaturū pollicetur (expedit enim res gestas praepone) sed excogitatum in oratione tractationem refugit, ut sibi nocentem. Quare nihil esse contrarium apparebit.

Et nihil uolens praetermittam.) Ut tamen si aliter fecerit, ad ignorationem, aut obliuionem, aut simile aliquid possit confugere.

Quicquid potui boni.) Iam antē assuefacit iudices, ne euentus omnes ipsius consilijs tribuant: sed ut ea quae uires humanas excedunt, fortunae imputent.

Prætereaq; & leges.) Qui nullam habet legem, uide quā multas habeat: profitetur quidem, & se ostensurum pollicetur.

Neque me quisquam putet.) Absurditati mēdetur in primis. Ne quis enim dicat, quid nobis res in Græcia gestas commemoras? significat, aduersarium, reprehensa tota eius uita, & actis in Republica, in causa esse, cur earum quoque rerum mentionem fecerit. Proinde non aberrans, inquit, & orationem diuellens, hæc recenseo.

Occupauit & obtinuit Philippus.) Tantum non queritur de fortuna, & tardiore suo ad Rempublicam accessu: quasi propterea Philippus plurima obtinuerit, quod Demosthenem in suggestu nondum uiderit.

Ad hæc astiti.) Cuiusdam quasi numinis interuentū esse dicit, procurationis suae praesentiam.

Vtrum eam oportebat.) Interrogatio. Confidit enim: ac fiducia quidē à factis oritur, dignitas autem à fortuna.

Reuera enim oportere.) Suo iudicio declarat quā res detestanda sit.

Plus & corporum & hominum, & pecuniæ.) Nunc etiam antē soluit orator imminentē obiectionem, in qua de Thebanis & Eubœensibus differens Aeschines, illud accusat, causam eum fuisse Reipublicae magnorum sumptuum.

Concedere Philippo.) Propriam possessio-

nem uerbum significat. Redditur enim alienum, conceditur uerò proprium.

Philippo.) Hoc cū indignatione dictum est. Cui enim, dic mihi, concedis? gentili? non recuso fortunam. Lacedaemonijs: non molestè fero. Sin mihi Macedonem praeficis dominum, non tolero eam calamitatem, non agnosco ducem Pella oriundum.

Reliquum igitur fuit, & necessarium.) His quae supra dicta sunt, satis probauit, fuisse necessarium, ut Athenienses Graecorum libertatem defenderent.

Id uos quidē faciebatis.) Quod si necesse fuit, rectè & uos faciebatis, & ego consulebam. Sed ordinem immutauit (prius enim fuit discernere, posterius parere & exequi) ut uideatur sequi eos, & eorum magnanimitatem.

O qui expeditè loqueris quicquid libuit.) Vtrū enim uera sint, an falsa, non curas.

Eubuli & Aristophontis.) Diuina collocatio nominū. Praecedit enim Eubulus, & is qui amicus Macedonis fuerat habitus, succedit Aristophon, uir, ut saepe accusatus, ita nunquam condemnatus. Tertius est Diopithes, qui Philippo circum Thraciam multum molestus fuerat, cuius causam agit in Philippicis orator. Quapropter postremò eius mentionem fecit, ad omnem suspicionem rescandam.

Inanem ego laborem cepi.) Hic in delictis primū se posuit, quanquam mutato in superioribus, ut dixi, ordine. Verbum autem *πρωίεργασμαι*, ex superuacuo & non necessario, tum ego suasi, tum Respublica quae mihi paruit, frustra paruit. Deinde cū rempublicam comprehendisset, & cum delicto coniunxisset, rursus eam liberando ad beneuolentiam trahit, & omnem sibi culpam tribuit.

Sin oportebat esse qui illa prohiberet.) Iustum ad finem reseruat, multis prius absurditatibus coaceruatis.

Eubulus decretum fecit.) Iterum praepone Eubulum, ut ostendat insignes fecisse Philippum iniurias, adeò ut eius insidias uel Eubulus deprehenderet: & post, aliorum meminit.

Ego uerò nihil de his.) Bene, de his, ne omnino se à discernendo excludat.

Atqui magnam pecuniam.) Confirmatio eorum quae dicta sunt, & exaggeratio, ut neq; *ὑπὲρ ὁ λόγος*, supina sit oratio, & acta sua splendi-

splendidiōra faciat aspersione largitiōnum.

Tibi autem fuerunt amici.) Hinc igitur apparet, te patriæ fuisse inimicum.

Non autem factum est horum quicquam.) Non autem corruptus sum ego largitiōibus: ut aptè subiungat, *o' qui me incessis, & dicitas tace re accipientem, clamitare largientem.* Pōst inuersione ostēdit propria illorum qui muneribus corrumuntur, clamitare eos accepta pecunia, & defendere præbitorem (id quod faciat Aeschines) desituros autem esse aliter nunquam, nisi supplicio coerceantur.

Et proclamata in theatro.) Nemine fortasse intercedēte, aut accusante, ualuit decretum Aristonici. Alij dicūt, cum peregrina ei corona missa esset ab eis qui conseruati fuerāt, decretum fecisse Aristonicum, permissu etiam populi, proclamandū eum esse in theatro. Quapropter ait: *Cum igitur me corona ornassetis, & secundum hoc mihi præconium sit decretum: quasi etiam alius ante Aristonicū idem decreuisset. Id quod commētum esse uidetur. Nam si habuisset, recitasset. sed simpliciter iactatum est: neq; tamen secundum decretum de Ctesiphonte est accipiendum. Paulo pōst enim dicit etiam de alijs sibi decretis ornamentis tum ab Hyperide, tū à Demomele.*

Est uerò quisquam uestrūm qui sciat.) A præterito confirmat præsens tempus. Nam de præsentī corona dixit Aeschines, eam magnæ ignominiaē esse futuram reipublicæ, si eum qui, ut nihil habeat boni, ita plurimū deliquerit, honorauerit. Quod quia incertum est, ab his quæ præcesserunt, & iam facta sunt, fidem petit. Si enim ex illis ortam esse ignominiam scit, idem etiam nunc expectet. Etenim paulo probabilius fuit, tum existere potius, cum res adhuc recentes essent, & accuratius de eis iudicari soleat.

Itaq; ad ea usq; tempora.) Sic ratiocinatur: Si igitur, inquit, nullum suscepit dedecus reipublica ex honore decreto ab Aristonico, demonstratum & extra controuersiam est, uniuersum quod id decretū antecessit, uitæ meæ tēpus, omni uacasse crimine: & palàm est, me gloriose gessisse reipublicæ rerumq; testimoniū est euidentius.

Primum petebat belli societatem.) Amplificat ab occasione Byzantios, quoniam eos cum Atheniensibus coniuncturus est. Supplex factus est Byzantijs Philippus propter necessitatem, sperans se sine sumptu & armis

uotū futurum compotem.

Id quod uerum erat.) Interponit se tanquam iudicem inter Byzantios & Philippū, post causæ cognitionem, pro Byzantijs ut uictoribus pronuncians. Iurè autem eos defendit, quoniam prius propter defectiōnē Athenienses offenderant.

Non iam rogabo.) Hic non amplius adducit interrogationem, metuēs ne quis dicat, non oportuisse. Offensi enim eis erāt ut desertoribus: quia sæpe diximus, nisi omnino cōfidat orator, neminem nisi quod ipse uelit, esse responsurum, hac figura nō uti. Hic autem ambiguum tanquam confessum an teuertendo dixit.

Vos o' Athenienses.) Opportunè dixit Athenienses, & non, Iudices: quanquam cum iudicibus disserens. Opus enim ei hic erat auctoritate & humanitate Atheniensium, ad periclitantes conseruandos. Deinde, quoniam pronomē *Vos*, eos innuit qui sedent, apud quos habet oratio: credibiliter simul, & prudenter, in eis esse totam ciuitatem affirmat.

Præsentis pacis.) sub Alexandro. Ait, non pacem esse magis, quàm ignauiam. Pepigerat enim is quoq; cū eis, ut liberi essent, & immunes, & tamē ei nihilominus terra mariq; parerent.

Quam.) Quam pacem tuentur, neq; sinunt bellum inferri Alexandro, spe adducti rerum futurarū. Sperant enim reuersum Alexandrū à bello Persico, magna eis munera daturum, ut proditoribus.

Institutum meum & gerendæ ratio reipub.) Obserua ut eos passim institutū & conatum, non exitum spectare consuefaciat, quem in fortunam transferre studet, quæ sibi præstanda non sit.

Cōsiliarium dico & oratorē.) Distinctio hæc fortasse fit propter imperatores.

Vt autem & maledicta.) Quia calamitosos homines calumniatus fuerat, obiectionem quam per superiora satis refutauit, nunc apertè posuit orator.

Esse calumnias, nō modò quia falsæ.) Calumniator enim dicitur, non is tantum qui mentitur, sed & qui ea curat, quæ ad se nihil attinent, & qui improbè loquitur.

Eaq; paucis.) Auditorem minus attentum allicere studet grauibus exemplis, & illustribus factis: & se purgare atq; ostendere, non suo impulsu, sed pro more suo ciuitatē auxiliā misisse. Oportere enim singulos priuatim,

priuatim, & totam ciuitatem, cætera agere ad ueterum imitationem.

Vos igitur Athenienses.) Atqui ante hanc ætatem gesta sunt ea quæ dicit. sed cõstat eũ ut cum una ciuitate dislerere. quapropter etiam dixit, O Athenienses: ut totam gentem significet.

Non naues, non mcenia.) Detrahit urbi omnẽ instructionem & copias, ut magis urat ad uersarium. Si enim, cum nullam haberet potentiam, tantis se uiribus opposuit, humanitate adducta: qui potuisset Græcos iam nõ infirma, sed & ualde illustris & potens, destituere.

Non multis autem.) Ne exaggerata potẽtia, post admirationem minuat. Hæc autem ea pugna est, quæ Magna nominatur, qua uicti sunt Athenienses. Verũ antè consuefacit auditores, eos aliquando etiam cladẽ boni consuluisse, bello de uindicandis iniurijs suscepto. Satis autẽ est uerbum, Egredi estis.

Cum illius ætatis Athenienses multa haberent.) Nunc facta deponendi odij mentione, dixit, illius ætatis Athenienses: quanquam præsentibus, ut diximus, id imputarit.

Sed pro gloria & honore.) Ne uideantur ex odio uulturi Lacedæmonios hostes, suscepisse bellum. Verbum autem, uoluerunt, perinde est ac si diceret, nõ instigãte Demosthene: nõ oratio, inquit, impellebat nostra, sed natura incitabat ad dimicandum. Deinde probat & fulcit, patrum consilium approbando: & communibus rationibus confirmat eorum in Republica institutum: ut nõ modò apud Athenienses habere concionẽ, sed omnibus etiam mortalibus suadere utilia uideatur.

Etsi se quis in corte.) οἰκίονον aiunt gallinarũ domum uocari apud Atticos. Dicit igitur, etsi mutarit uitæ rationem, etsi gallina esse putetur, morietur omnino, tametsi lucem fugerit, itaq; se occultarit.

Aggredi quidem omnia semper.) Iterum conatum laudat, exitum autem non recipit.

Bonam obijcientes.) tanquam aggerem.

Hæc natu maiores inter uos.) Quid ais? Maiores olim, inquit, & e uobis qui uiuitis, natu maiores, sententiam hanc cõstanter tenuerunt, qui & Lacedæmonijs periclitantibus pepercerunt, quum eos ij qui ad Leuctra uicerant, delere conarent. Hanc igitẽ legẽ promulgastis, in rebus quidẽ secũdis irascendũ esse hostibus, in aduersis autẽ succurrendũ,

Nec quæ à Themisone.) Themiso & Theodoros Eubœenses aggressi Oropum oppidum Atheniẽsium, situm inter Atticam & Bœotiam, cæperunt. Ut autem bellaturi erant Athenienses, uisum est iudicio potius experiri. Antequam autẽ iudicium fieret, Thebani dixerunt, se id oppidum acceptum custodituros: & ut acceperant, neutris reddiderunt, donec Philippus post, cum pacem faceret cum Atheniẽsibus, & in Macedoniam recederet, rursus donauit Atheniẽsibus acceptum à Thebanis.

Nullam iniuriam.) Rursus legem sancit, & pulcherrimè philosophatur. fuerit enim ab omni ratione alienum eos uiolare, qui fidẽ habuissent.

Quid iubere debui?) Autoritatem consiliarij uerbo lubendi declarat.

Cum eius quodammodo res ageretur.) Veluti, cum uideremur auxiliari alijs, & interim Reipublicæ commodis consuleretur, societatem dico initam cum Byzantijs. quæ prodesse uidebatur Byzantijs, sed et Rẽp. iuuabat propter frumenti importationem.

Volo autem redire.) Quia hæc quæ dicta sunt, reprehensione non carent, admiscere festinat honarum rerum mentionem, ut per laudes querimoniam reprimat.

Cum enim uiderem Athenienses classem uestram.) Vide hominis solliciti animũ. καπιλονόμοις autem idem est, quod paulatim ad nihilum redactum iri.

Legem tuli.) Neq; enim nudis uerbis parebant diuites. Deinde quia uerbum, cogere, suspectũ erat: statim subiecit, ut officio fungerentur. Qui enim coniuncti sunt nobiscũ, uel inuiti adigendi sunt, ut ea præstet quæ deceant. Orationem autem de diuitib; tractauit molliter, commutatione nominum necessitate in utilitatem conuersa.

Age profer & præclaram recensionem.) Cum gestu & ironia. autorem enim recensionis imitatur.

Num parum opis tulisse pauperibus?) Non simpliciter pauperibus, sed & ijs qui sunt inter uos pauperes.

Non eo igitur duntaxat quòd nõ præuaricatus sum.) Repetit exaggerationem, & adiungit, non eo duntaxat glorior, quòd ab actione non destiti: sed ob id etiam, quòd ipsa lex cõprobata est experiẽtia. Impositura enim est, eam perferre legem, quæ sit inutilis. Vnde probationem à rebus sumptam suppetias uocat, & ea quæ sequuntur subiicit per negationem:

h

tionem:

tionem: non in Munychia fedit, quod erat indicium, trierarchum esse supplicem: non uinctum uiderunt magistratus illi Athenensium, qui praefecti classium uocabantur.

Nō in Munychia.) Munychium locus est circa Pirgeum: ibi templum est Dianae Munychiae, quod fugiebant, si quibus trierarchis fiebat iniuria, siue nautis, siue alijs quorum in Piraeo delectus agitur. Munychium autem dictum est, ut ait Diodorus, Hellenici uerba referens: Cū Thraces aliquando contra Orchomenū Minyaeum Bœotiae urbē suscepta expeditione, ciues eiecissent, atq; illi eiekti Athenas uenissent, rege Munycho, is copiam eis fecit incolēdi loci qui est circa Munychiam, qui ita cognominatus est ab eis, in regis honorem.

Transfuit.) Verbum significat tolerantiam.

Inuidum & acerbum & malitiosum.) Perstringit Aeschinē, propter coronae inuidiam.

Arbitror igitur esse reliquum.) Ex lege praconium in theatro fieri dixit, & se non obnoxium referendis rationibus corona donari decreto iussim. Diximus iustum & inquisitionem rerum gestarum bifariam ab eo esse distributam, & legitimū in medio esse collocatum, & hunc ordinem ab eo institutum.

Contra quas factum sit decretum.) Cum annotarit contra eas leges decretū esse factum.

Laudauit eū, inquit, senatus.) Sic à senatu potius q̄ à Ctesiphōte se laudatū esse significat, ut uideat senatum, nō Ctesiphontē accusare.

De his quidem nullus.) Neq; inquit, accusa in iuste, neq; calumniare pacem. Neq; enim, quod tu falso asseris, ijs de rebus, quarū referēda mihi rationes sunt, me laudauit, sed propter ea quae sum largitus. quamobrem etiam tempestiue subiecit, o calumniator.

At et muris reficiendis curator, inquit, fuisti.) Hoc si coniunctum esset cum superiori de theatri pecunia: duobus magistratibus eum simul esse obnoxium, obiectio ostendisset, asserens, decreto iuberi, ut simul & de curatione mœniū, & de pecunia theatri obnoxius coronei, firma omnino esset, deq; eius refutatione aestuaremus. Nūc id quod firmū erat, illud de theatri pecunia, elusit, et celeritate fraudē suffuratus, inducit Aeschinē, tanq; superuacuae de his rebus nugantē et dicentē, murorum instaurator fuisti: ubi potissimū antegressa solutio apta fuit, cum diceret, sed propter ea quae largitus sum. Quamobrem etiā in illa distinctione ambitiose uersatur.

Primum Nausicles.) Alia quaedam auscultationis illecebra. Tanquā enim Aeschines di-

ceret, nō licere fungenti magistratu liberalitate exercere & largiri de suo, sic adducit exempla. Verisimile autē est eos relatis rationibus corona fuisse donatos, sed ipse indefinitē profert.

Deinde iste Neoptolemus.) Hoc exēplū ei magis quadrat, quapropter etiā extremū est.

Iniquum enim id esset.) Post demonstrationē non absurdē quiritatur, cōmunibus rationibus iam utēs: Quia magistratu fungor, me in seruitutē redigere studet, quasi meis meo arbitratu uti non liceat. Neq; contentus dicere, sua largiri: addit etiam, Reipublicae, patriae nomine absurditatem amplificans.

Largitus sum, propterea laudor.) Redarguit eū ut ingratum & mentientē. proinde inquit æquum esse nego, ut ratio reposcatur à me eorū quae donauit, sed ut honos mihi habeatur. Idē enim ius in omnes ualere debet. Id cuiusmodi est? Audi & discite, largitus sum, laudor propter largitionē, gessi magistratū aliquē? lam cū dicendū esset, ut in priore, de eorationē refero, immutat tēpus, et retuli inquit de eo rationē: ut quidā hinc cōijciant, interim dū actio à pratore postulata esset, priusquā in iudiciū uentū esset, eum ex metu rationem retulisse. Quamobrē etiā quasdam uelut obiectiones Aeschinianas comminiscitur: At hercule iniuste gessi magistratū: et solutionē per increpationē adducit, Cur uero silētio tuo Reipublicae proditor extitisti? Cur pepercisti Demostheni pessime Reipub. administrata? quis te censorem uidit improbitatem reprehendentem?

Quae autem Senatus ait oportere.) Iterū perseverat in suo artificio, ut Ctesiphontis loco Senatū collocet. Inter arguendum autē eū omnino festiue taxat, ut ingrātū simul & amētem: ueluti, Si quis sua largitur, nō obstitisti quo minus Senatus acciperet. Sin largito gratiā referre studet, id fieri contra leges uociferaris. Nouus existis legislator, qui accipere laudes, reddere reprehendas. Rursus attendendū est, uerbū referre quam sit tempestiue dictū, ut appareat Senatū æs alienum soluere.

Ac quod ad theatrū attinet.) Iā trāsit et ad alterū legitimū, qd est de praconio, & uide cuiusmodi sit inductio: Iā de praconio si quis cōsideret, eum aequē calumniatorē atq; inuidū esse deprehendat.

Nam infinitos.) Infinitos dicēdo, uerū dicit de multis. Multi enim sepe coronati sunt, sed hospites, uolente ciuitate. quod dum occultat, imposturae sibi occasionem parat.

Audis Aeschine legē.) Quia cū alijs cōferenda est, addit, perspicuā esse legem, ut inquisitione

fitionis accuratiorē furtiā auditori. Videntur autem uerba propter defectum obscura esse. Sic igitur explicanda sunt: *Lex*, inquit, aperte sic ait: *Nemo in theatro proclametur, praeter eos quos populus elegerit, et quibus id senatus decreuerit.*

Eos uero proclamēt.) scilicet praeco, quos populus elegerit, et senatus. Sciendum autē est, legē de hospitibus, ita constituisse, ut diximus.

Quid igitur o miser.) Miserratur inimicum, eū crimini obnoxium reddēs: Desine uerò infelicissime pugnare cum ueritate: miseret me tui legē oppugnātis: reijce morbū: utilis est in huiusmodi malis helleborus: accipe herbae remediū, reijce ex animo infirmitatem.

Tanquam statuam locasses.) Aeschines nō cedens nostrū oratorem esse popularem, magistratum, tanquam fingens, dixit oportere esse nobilem, honestis ortū natalibus, & bene educatū, & institutū liberaliter, curam agere patrie: & eius generis alia. Deinde post eam enumerationē, collocato ē regione Demosthene, cum nihil in eo tale reperisset, quiritatē, et indignatur. Perstringit igitur oppositione rei similis illā sententiā. Iā enim si quis, inquit, a fabro sibi sculpi statuā postulet, et similes figuras, cū eo pactus quales esse oporteat, ubi deinde uenerit, nec in statuā fictione ea inesse uiderit, quae scripto continentur, iurē agrē ferat, et in artificem uociferetur.

Nihilo me minus.) Obserua, cum prodest, eum Aeschini tribuere parem prudentiam, & sic illum euertere.

Vtrum te quis Aeschine.) Conuicia tractaturus, iudicū sibi beneuolentiā preparat, hostem esse ciuitatis ostendendo, nō suū, Aeschinē: ut ita quicquid ei maledixerit, libenter audiant, ut cum hostis communis petiit. Oratio igitur talis est: Qui sit, meus hostis cū sis (id enim interrogatus fateberis) ut me nusquā a te accusatū esse constet, nō in rationibus referendis, nō publici criminis reū factū, non alijs deniq; ullis iudicijs: Quare ē silentio tuo perspicitur, te nō esse Demosthenis inimicum: praesertim cum me inson-
tem & integrum esse constet.

Vide ne horum sis inimicus.) Verbū Vide bene ponitur, non enim ipse uult pronunciare, sed rerū natura, inquit, fateri te cogit. miror autē calliditatem eius, quod prius cū exaggeratio fuit utilis, totius ciuitatis hostē esse Aeschinē ostendit. ubi autē omnis expleta est circumductio, nō iam ciuitatem dicit, sed, iudices intelligens, ne horū sis ini-

micus. eorum enim beneuolentiā nunc indigebat, ut ita et suffragia mereatur, et bellū cōcitet aduersario. Quapropter etiam mox confidenter addit:

Postquam autem religiosum & iustum suffragiū.) Cum ad odiū satis magnū aduersarios concitasset, notā adijcit tanquam uictor. Nam ostensum est, inquit, religiosum et iustū suffragium omnibus: & id quidem quod erat proprium, non aperte dixit, sibi tribuendū suffragiū, sed ex demonstratione rerū id obscure innuit. Haecenus autē ab eo pars iusti, qua de beneficijs agit, producit, cui etiā legitimū adiunxit, quod, ut diximus, infirmum est. & reseruat memoriae post conuicia reliquā capitis partem, in qua cladis ad Cheroneā acceptae criminationes refellit.

Oportet me autem, ut apparet.) Duas ueniae causas posuit. Nam & uerbo, oportet me, necessitatē significat, nomine autē, conuiciorum amantem, se nulla cū uoluptate malis Aeschinis insultare, natura ab ea re abhorrentem.

Sed nō ut uilitigator.) *απειρολόγον* uocari quidam aiunt monedulam, quod alienas plumas mutuata sit. Ita & Aeschines nihil habet proprium, sed aliorū uerba mutuatur, cū ipse indoctus sit, aut *απειρολόγος* impius, ea colligens quae in aras imponunt alijs. Fortassis etiam pauper, qui quae gestantibus excidunt, excipit, paulatim spicas colligēs, & ita uicitans.

Scriba perditus.) *ὄλεθρος*, uel interitu dignus, uel qui multis causa fuit interitus, mutādis literis inter recitandum.

Tanquā in Tragedia uociferātem, o Tellus o Sol.) Videntur enim Tragica esse haec: & simul etiam artem eius incensit, Intelligentiam & disciplinā inuocantis. Aeschines enim grauius ferens, si Demosthenes corona ornatus uideretur, etiam haec protulerat.

Etsi autem non deest quid de te oporteat.) Sententiam demonstratiui generis arripuit. Nam & uituperatio ad demonstratiuum genus pertinet.

Compedes crassas.) Cum eum seruisse seruitutem dixerit, ea quae seruis improbis accidere solent, subiicit, cōpedibus narrandis, quas ad ostendendā rotunditatem earum, *χοίνας*, id est modios appellare solet.

Bellum homuncionem.) Paruae enim staturae fuit Aeschines.

Sed ut tibicen nauticus.) Non simpliciter tibicen (erant enim quidam celebres) sed qui in triremi quiddam inconditum fistulat.

Summum tertianum actorem.) Et hoc ad mores hominis refertur. Significat enim indoctissimum.

Vereor ne de te.) Duo conficit, & ut modestus esse uideatur, et uitare conuicia, tamen si uera fuerint.

Neque enim eorum fuit, quorum erat.) Figura, que præter expectationem uocatur. Nam aliud quam expectabant auditores, subiecit.

Ac de quibus est aliqua cōtrouersia.) His ostendit se nō ut hostem scrupulosius inquirere in omnia eius delicta, sed plurima etiā transilire. Narrat autem apertiora & accuratiora, quapropter aptè subiecit:

Reiectum.) Is enim Antipho prius Atheniensis esse uidebatur. Cum autem διαψυφισας, hoc est, inquisitiones in municipijs de more fierent, utrum aliquis natura esset Atheniensis: studijs quorundam adiutus, se in ciuium album falso inscripsit. Repudiat aut & improbatus est, ut qui ciuis non esset, & eiectus. Quod grauiter ferens, ad Philippum se contulit, & promisit se clam in Atticam ingressum, Atheniensium naualia incensurum.

Latitantem in Piræeo.) Probabilia dixit, ut apta ad persuadendū. Nam & Piræei locus suspectus est, & modus: quia latitasse eū dicit, fidem facit audaciæ.

Me in libera ciuitate.) Imitatur uerba Aeschini, probabilitatem eis ad imposturam tribuens. Vide enim ut nominet rempub. humanitate insignem, & calamitosos dicēdo ciues, moliatur dimissionem: Rursus autē Aeschinē populo clam inimicū facit, qui cum ciuem nominet qui non sit ciuis.

Et ædes inuadens.) Magnam oratori laudē parit ea pro cōmuni utilitate uigilantia, ut ipse nemine uel sciēte uel iubente, inquirat nocendi cupidos. Quidam illud, effecit ut sine decreto dimitteretur: cum eo coniungunt quod sequitur. decepto enim populo persuasit, ut celeriter dimitteretur: ut ne tēpus daretur ad cauendum. Totum igitur ex utroque.

Quòd ni senatus Areopagiticus.) Coniungit se urbanē cum honestissimō ordine, & pari cum eo frui gloria studet. Quem enim Demosthenes deprehendit, Aeschinē absoluit, eum senatus indagauit & recuperauit.

Non opportunè acciderat.) Exprobat quodammodo populo sub persona senatus. Humanum enim est quædam ignorare. Illud autem non opportunè, eiusmodi est:

nō ignorare oportuit ab oratore edoctos: & cum beneuolum haberetis concionatorem, insidias non intellexistis. Conscijs in sidiatori fuit proditor, & uos præstigijs delusit.

Et comprehensum.) undiq; peruestigatum, præda non amissa. Per fugam autem suspicionem probat. Neq; enim tam properè fugisset, nisi fontem se esse scisset.

Reduxit ad nos.) Specta uerbi solertiam. Postquam eum dixit concione adiutore Aeschinē, fugisse, propriè dixit, *reduxit*, in eundem locum, denuò eum stitit senatui, per quem prius euaserat.

Quare cum id sciret senatus Areopagiticus.) Ad iungit etiā aliud factū senatus, quod opportunè contra Aeschinē narratur: & hinc etiam cernere est diuinum eius ingenium. Ne enim illud de Antiphonte in gratiam Demosthenis factum uideretur, introducit senatum ipsum per se, non ab oratore impulsus, damnantem, & latam cōtra Aeschinē sententiam utrinq; confirmat.

Idq; ab altari petens suffragium.) Diluit ea que obijci poterant, ne quis ex odio id à senatu factum esse dicat. Ab altari autem, siue quòd acceptos inde calculos ita ferebat, siue quòd inter sacrificandum manibus aræ impositis manum plenam in calculos transtulit. aut ab ara, pro, post aram.

Proinde cum iste.) Cum singulorū testimoniorum fidem attulerit, iam entymemate utitur. Constructio autem periculosa est, et solocismo non dissimilis à quibusdam exstimata. Sic autem tractanda est, ut eam notemus quidem, sed extrinsecus nihil prorsus inferciamus. Proinde cum iste dicturus esset, alteri nimirum mandauit orationem, & eum Senatus repulit. à qua re? à patrocinio.

Tanquam dedecore affecturus rempublicam.) Inuertit orator uerba, de industria opinor, ad Philippi absurdum cōsiliū indicandum. Primum enim coarguendus est homo facinorosus, deinde probro afficiendus.

Et multus fluere contra nos.) Cōsidera & hic quanta sit ingenij in oratore nostro magnitudo, ut, cum admirari uideatur Pythonē, ut quidam putant, neq; scientiam ei neque prudentiam tribuat, sed profluens quiddā & loquax, omnino superuacaneum, quæ nulla ueræ artis signa sunt, sed eloquentiæ, ut ita dicam, simulacra potius. Quapropter eum etiā audacem appellando perstrinxit.

Et ciuis

Et ciuitatis defensionem non deserui.) Quoniam dixit, non celsi, nec amotus sum. & quia cogitare potuisset aliquis, eum ut æmulum, oratorem oratori inuidere: ideo prudentissimi

mè transfert causam ad id quod est probabilius, ciuitatis se non deseruisse defensionem dicens. Cetera desiderantur.

ENARRATIO DEMOSTHENICAE ORATIONIS DE FALSA LEGATIONE, HIERONYMO VULFIO interprete.

ronymo Vuolfio interprete.



Vanta in hoc iudicio, Athenienses, contentione.) Concitatum est exordium, quo statim tum aduersarium, tum patronos aduersarii, ut Eubulum & eius familiares, perstringit. Semper enim Eubulus intectus fuit Demostheni propter crimen illud Aristarchi, ut ex oratione Midiana cognouimus.

Contentione.) Aeschines, & alij eius aduocati.

Qui modo uideritis.) Approbatio est propositionis. Oratori autem non causa duntaxat de qua fit iudicium, intuenda est, sed ea etiã quæ ante causam molesta sunt. Cum igitur uideret conspirasse non paucos Aeschinis & Eubuli, uiri celebris, familiares: in eos directa oratione, auditores docet, parendum esse legibus & iuri iurando, magis quàm ad uocatis. Cauendum autem est in exordijs, ne qui nominatim taxentur. neq; enim oratoriu est, orationis initio multos lacerare. Efficat autem multa per eandem sententiã. Nam & Aeschinem perstringit, ut qui ad patronos ideo confugiat, quod in æquitate causæ nihil sit ei præsidij: & Eubulum cum gregalibus uerberat, ut eidem crimini affines: & factionem suspectam iudicibus facit. prætereaq; innuit, se firmã habere causam. Neque enim multi ad hoc iudicium conuenissent, nisi metuerent ne crimen probaretur. Deinde ostendit, potiores & robustiores esse iudices potentia locupletum: quod penes eos sit, diuites siue confirmare, siue infirmare. Idq; ei prodest ad animum iudicibus addendum.

ἀρτι.) paulo antè.

ἐὸ χλωπίας.) Importunitatem & iniuriam nominat aduocationem, ut ostendat à iudicibus repudiatas esse deprecationes.

Petan autè à uobis omnibus.) Clausula est propositionis.

Virum.) Eubulum intelligit, neque tamen

eum aperte nominat, sed (ἀντιπαρὰ δικοῖς) per collationem ponit, ut suam causam iuuet, Aeschinis aliquo modo lædat.

Aduocatorum.) Videlicet eorum qui precibus adducti ad patrocinandum adsunt, non iustitiæ gratia.

Peto autem.) Isti se importunè ingerunt, ego uerò supplico. Quid igitur petis? non alia, quàm quæ concedenda sunt etiam non rogantibus.

Neq; uirum pluris.) In Eubulum hoc dirigitur, Demosthenis inimicum, cuius & in Midiana fecit mentionem. Sapit autem orator etiam in iracundia, dum in exordijs appellationem occulit, in quo arti paret.

Quam æquitatem & iusiurandum.) Ut illa mouet, ita hoc terret.

ἰδίως ἀλαογίας.) Priuati emolumentum & potentatus (ἴται ἰδίως ἀλαογίας) cum uiderint eos patrocinales reis, & conseruantes, conciliant eis lucrorum occasiones. Patrocinando enim & conseruandis reis questus occasiones captant.

Ad quæ prohibenda.) non aut ad metuenda. Penes uos enim est prohibere, legibus metum uobis adimentibus.

Ad respondendū semper paratos esse uideo.) ἀελογία est semper offerre rationem et dicere, Quis nos accusat? idq; faciūt, quia sciunt, se, quoties absoluantur, toties etiam in admiratione esse. Ait autem Genethlius, nomen ἀελογίας factū esse ab oratore. Vix enim apud alium reperiri.

Ac alios quidem.) Hic initium est secundæ exordij, quod & ipsum reprehensione constat, ut primum etiam: aduersarium non fretum esse æquitate. Totam autem causam coniunctè tractat. Nam & accusat, & defendit: & huiusmodi etiam exordium sumpsit, quod ad horum utrumque trahitur. Solius autem huius oratoris est, & Thucydidis, & Platonis, eadem sententia multa perficere. Continet hoc &

translationis refutationē, qui ipse rationes nondum retulisti, cur alium accusas? Is autem se retulisse significat, & denuò de iisdē relaturum esse denunciat.

Qui ad Rempublicam.) Quia enim nullius sceleris sibi conscij sunt, semper uolunt, nec recusant reddere rationē. Ea enim ἀλογία est. Cum autem odiosum esset de semetipso dicere, uniuersaliter subiecit, *Ac alios quidem:* & auctoritatem sibi conciliat, tantum nō clau-¹⁰ditans, quis rationes reposcere instituit? Imitare per deos Aeschine meam prouocationē: aut alioqui sic uniuersaliter loquit, ut ostendat, alios omnes factos esse meliores institutis Atheniensium, & quotidiana disciplina. Istū autem Aeschinē solum, nec post tot orationes & (περὶ αἴματι τοσούτων τῶν ἐν ἑμῶν) actiones in alios, esse emendatū: atq; ita & ciues laudat, & per orationē summo-²⁰pere uituperat & criminatur reum,

Priusquā enim ad uos ingrederetur.) Prius enim ratio reddenda fuisset, quā Timarchus accusandus, nunc ad uos ingredi dedignatus, & intueri iudices non sustinens, hominem ignominia notauit. Bene etiam uerbo περὶ τεινομένων, offerentes, usus est, ut ipsi sua freti innocentia, eos qui uolunt, hortentur.

Alterum sustulit.) Siue quod ignominiosus est factus. Ii autem, quia publicis negocijs omnibus excluduntur, parum à mortuis distant: siue, ut quidam aiunt, quod se suspendit pudore ignominia, ac tædio.

Alijs obambulans minatur.) Cōsequens erat ut diceret, mihi minatur. Sed quia turpe id erat, indefinite dixit: & innuit, etiā alios fuisse accusaturos, nisi timerent.

ὡδὲν ἴσως.) Quasi in eo uno sit occupatus, & sollicitē inquirat, nūquis accusaturus sit? ueluti, quis mihi minatur accusationē? quis conscius est delictorū quæ in legatione admiserim? Celebrat etiam alioqui se orator per hæc, quod cum alij metu ab accusando deterreantur, idem sibi non accidat.

Et uobis perniciosissimam.) Qui enim tollit & mutum reddit accusatorē: locum iudicis tollit, si nemo amplius iudicio experitur.

Ac me quidem probaturum multa istum et grauiā.) Tertium exordium (μεταληπτικὸς ἐκ τῆς ἡρώου) translaticium à tempore. Constructio autem huiusmodi est: Quod autem metuo,³⁰ quanquā me puto ostensurū, hoc est, quamquam fretus sum probationibus, ut antē dixit, hoc dicam, inquit, apud uos, & nō dissimulabo, Cur autem dixit Metuo? quia ue-

luti reprehensusus erat iudices, qui negocia parū curabant, & tandem obliuiscerantur. Et si igitur, inquit, hoc metuo, non dissimulabo tamē metu uestri. Scribitur enim & ἀποκρίσιμος. Notandū autē quæ Aeschinis fuisset, & rei exceptio, eam artificij excellentia Demosthenē prærripuisse, ne eam Aeschines animaduersam usurparet. Semper autem contrariū eius quod facere instituit, cōfirmare solet. Ipse enim cum suum aliquod commodum parat, & Aeschinis calumnias præuidet: uereri se dicit iudicū obliuionem, ut qui sæpe à ueritate aberrēt ob temporis spacium & obliuionem, ut et quæ ipse proponit, credantur: & quæ dicturus est Aeschines, suspecta fiant.

Quid autem etiam in hac persuasione.) ἐπαληφώς, persuasum habēs, ponit pro πειθώς, confidens, quo uerbo cauit arrogantiam.

Non minus Athenienses.) quasi dicat, Nō minus ualeat tēpus, quā natura rerū. uel sic, non magis conuincuntur rebus facinorosi, quā temporibus, si recētibus etiamnum delictis accusentur.

Obluionem aliquam, aut consuetudinem.) Duo enim hæc tēpus facit, ut aut obliuiscamur, aut tanquam bonis acquiescamus.

Vt mihi quidem uideamini.) Cōclusio est exordij. Sumpta enim propositione pro confessa, nō addit approbationem, sed statim accedit ad præparationem, dicendo: Si uobis cum cogitatis: hæc autē sententiā duplicem habet uim. Nam & ante dicta in exordio concludit, & secutura auspicatur. Accedit autem nunc iam ad (περικτασιβλή) præparationē, quæ eam uim habet, ut quædā quæ causæ incommodant, corrigat. Est autē eius usus, & id cuius gratia oratores eam frequētant, hoc. Aut enim quia uidet orator causam esse coniunctam, & multas res continere, & perplexam, propterea præparatione eget, ut omnem confusionem tollat, & causa in capita redacta, efficiat, ut auditores tanquam in regulas quasdā intuentes, sic ab ipso probationes requirant, & in ijs capitibus consistant: aut, cum iudicibus totam causam inuisam esse uidet, & necesse habet conciliare eorū animos, ut in Midiana fecit. aut cum uidet partem causæ aliquā indigere arte aliqua, præparatione utitur, ut in oratione in Aristocratem.

Si uobiscum ipsi cogitatis.) Preparatio hæc discernit ea quæ in causa quærentur.

Ac primum eorum quæ renunciauit.) Non fuit ordine

ordine primū renunciare, sed quod firmitus est, & signū, præposuit, de quo Aeschines maximè accusatur. Statim autē arripit maximum signū: unde totam causam ipse propagat. Nam cum crimen neq; tabulis, neq; decretis, neq; alijs argumētis probare possit, haud ab re ad Aeschines dicta se conuertit, & ea inuadit tanquā principii quoddam et fundamentū, & ad ea per totam accusationem respicit. Est autem illud, *quæ renunciauit*, duplex, & eius criminis duo signa habet: unum, quod nunciauit Thebanos esse perituros: alterū, quod pollicitus est, fore ut Phocenses conseruarent. Et hæc ita esse, progressu orationis ipse ostēdit, cum peculiare horum unicuiq; tractationē adhibuerit, & gemina his opposuerit argumenta, ut in ipsis uerbis ostendemus.

Secundo loco eorū quæ persuasit.) Siue uobis, quippe cum ea dixerit per quæ res perierūt: siue ijs ad quos missus fuit: siue quod, cū ciuitas deliberaret de ratione faciendæ pacis, autor fuit, ut ea sine Phocensibus fieret, & absq; alijs Græcis: & cum Demosthenes dicere uellet, populo persuasit ne orationem Demosthenis audiret. Post hæc persuasit, ne expeditio moueret pro Phocensibus, neque e reip. dignitate quicq; pro salute eorū decerneret, neq; etiā Philippo diffideretur. nam hæc quidē omnia paucis uerbis hic est cōplexus. In tractādo autē ostēdit, ea nō esse parua, neq; cōtemnenda, cū plurimis ea & firmis argumētis roborarit: simulq; per hæc ad nihilum redigit uerba Aeschines, quæ de pace facturus est, culpādo Demosthenē ut traforē pacis: quam partē Demosthenes ut formidat, ita refutat nihilominus per secundū, firmissimū Aeschines colorē, & trāslationē simul. Nam cū Aeschines, ut fert natura, se recipere posset ad fraudē, qua seductus à Philippo fuerit, et licere dicere & renunciare quæ audieris: subiiciendo, eorū quæ persuasit: utraq; hæc sustulit.

Tertiō autē eorū quæ uos ei mādastis, postea tēporū.) Hæc si per se iudicent, crimina erunt. nunc quoniā ad aliud probandū assumunt, signa fiunt. Hæc autē ei mandarūt. Primū ut iurandū exigeret à socijs: Thessalos autē dicit. Deinde mandarāt ut à Philippo impetraret, ut Amphipolim reip. restitueret. Nam cū ex senatuscoss. & scriptis mādatis hæc ei obijcere nō posset, indefinito uerbo est usus, dicēdo, *Quæ mādastis ei.* Nam uerbū *Mādastis* indefinite positū, scripto ne an sine scripto,

materiā ei præbet ad omnia crimina. Mandatorū enim alia scripto cōstant, alia nō constant. Scripto, illa de iureiurādo: nō scripto, Amphipolitana & Phocēsia, in quo & sibi maturè cauet orator. Nam cū Aeschines de ridendi gratiā dicat, eum recitantē exordiū pro Amphipoli excidisse: hinc iam crimē refutat, & largit, Aeschinē decuisse orationē habere, nō se: siquidē id ei resp. mādauerit. Iurē autē mandasse illi, cū is solus deprehēderit Philippū Græcis insidiari, & solus hortatus sit populū, & Græcos ad ea suscipiēda, quæ tali rerū statui essent cōsentanea. Ac firmissima quidē accusationis pars uerba sunt Aeschinis, quæ bifariā diuidit, in orationē & suasionē. Quanquā enim idē esse uideat oratio et suasio (nam interim dum dicimus, suademus etiā) tamē quia oratio renunciationē cōplecti potest, suasio autē consilium: propterea hanc ut speciē, illā ut genus sumpsit. Hanc autē partē sequunt & cætere. nam si ipse renunciauit, ipse decepit: eius sanē erunt cætera etiā delicta. Sed obseruabis, eorū quæ sunt anteposita, quæ dā esse Aeschinis peculiaria, reliqua legatorū. Peculiaria, quæ & renūciauit et suasit: illud autē, *quæ mādastis*, cōmune cū legatis ei crimē fieri cū posset, in ipsum retulit Aeschinē. Eum em̄ cōsentaneū esse omnes fecisse iniurias, qui id sibi assumpsit, ut pro omnib. loqueret & mētiretur.

Post hæc temporū.) Quib. fecit ne uos Phocenses iuaretis, moratus tantisper, dū intra Pylas Philippus esset. Quod et ipsum cōmune uideat esse crimē cū legatis. Sed siquidē priore positū loco esset, fuisset omniū. Cū autē sit post alia collocatū, fit Aeschinis proprium. Quæ igitur illa sunt tēpora? Primū uidelicet ea quæ cōsumpsit, instruēte se Philippo contra Phocēses. Deinde, quod serò tandem à Philippo digressus, qui ferè iam Pylas occupat, spaciū populo nō dedit, missis nauib. Pylas claudēdi. Præterea illa in quib. tēpora cōfert, quæ in priore legatiōe cōsumpsit cū ijs quæ in posteriore, atq; signū corrupte lē ex ipso tēpore petit. Si qs autē putat, eū in mētionē tēporū, de Thracia dicere, nō rectè putat. neq; em̄ tēpus est Thracia, sed accepit se cū munera, signū est celeritas & tarditas.

Post hæc autē omnia, utrū incorruptē.) Bene subiicit, *incorruptē*, ceteris omnib. tanq; firmissimū, semper enim in extremis locantur firma, minima & infirma in medio. Nā ad singula superiora respondere potest aliquid, ueluti in renūciatiōe, *Deceptus sum à Philippo: in suasiōe,*
ex igno-

ex ignorantia uobis ita suasi, uera esse putans promissilius, In temporibus: inuitus sum moratus uel propter morbum, uel propter aliud aliquid. De corruptelis autem nihil iam habet quod dicat. Aliter. Hoc postremo loco positum, sustulit Aeschinis omnem defensionem. Itaque cum pugnare non uideatur, probat. Nam si falsa renunciauit, & per fallaciam persuasit, & eorum quae habuit in mandatis, nihil omnino fecit, & tempus consumpsit: habet fortassis excusationem, nisi corruptus esse ostendatur. Sin eum mercede conductum esse constabit, nullam habiturus est scelerum defensionem, adeo ut & communia delicta, eius peculiaria fiant. Nam ut delicta sint omnium, si ille solus accepit munera: in causa fuit, ut etiam caeteri delinquerent. Est igitur tripartita praeparatio. ac caetera quidem sunt tanquam in genere contra omnes legatos, sed tertia praeparationis pars peculiaris est Aeschinis.

Omnia haec acta sunt.) Omnino artificiosissimè. neque enim ait, dicta sunt, sed facta sunt, quo consuefacit eos ut dicta pro factis habeant.

Esto. Temporum quare: quod si quis ultro condonarit.) Per uerbum ultro, colorem tollit. per condonarit, corruptelam ostendit: unde subiecit, & prodiderit.

Muneribus & mercede accepta.) Coniunxit cum muneribus, mercedem, contumeliosum nomen. praetereaque Philocratis etiam qualitate, corruptelam animi probat.

Me quidem putate improbum.) Satis enim magna poena est, Atheniensium consiliarium & legatum improbum haberi apud Athenienses.

Etsi autem multa & atrocia possim obijcere.) Innuuit fortassis ebrietatem in Macedonia, & mulierem Olynthiam captiuam, et foedam proteruitatem, & ea quae facta sunt in Thracia. Hoc autem eo fortasse dicit, quod mores Aeschinis, et anticipata opinio atque exitimatio turbat oratorem. Posteaquam enim, ex qua die Timarchum damnarat, florere modestiae laude uidebatur: procul pollicetur se mores eius & simulationem detesturum.

Ob quae nemo est quin eum iure oderit.) Hoc uult: apud uos etiam aequissimi, Aeschinis cognita uita, eum odio prosequuntur. Innuuit autem, ut dixi, ebrietatem in Macedonia, & ea quae sequuntur.

Vestrum qui meminerunt.) Venatur testimonio-

nium iam ab audientibus, ut propositionem (*κατάσκευασίς*) duntaxat, non (*ἀγδνα*) confirmationem conficiat, idque quod obiecit credatur: eum suis factis, & habitis in initio concionibus conuictum iri potissimum acceptorum munerum. Petitur autem probatio bifariam, tum ab auditoribus, tum a reo. neque tamen in aditu propositionis partes omnes recitat, ueritus ne molesta esset prolixitas orationis: sed pollicetur quidem se de corruptela dicturum, uerum tacet: atque illud de Phocensibus tanquam coniunctum & consequens subiicit.

Primus igitur iste est Atheniensium.) Haec est *κατάσκευασίς*, constitutio prudentissimè instituta, ut dum eum prudentem & praeter caeteris sagacem facit, per hoc excusationem illam adimat, & eum non esse deceptum ostendat. Bipertita autem propositio est, sicut & causa. ac prima pars eius corruptelam continet, & hic terminatur: Atque haec improbissimus & impudens iste audebat dicere, astantibus legatis, et audientibus, quos uos a Graecia accersueratis, isto iussore, cum se nondum uendidisset. Secunda pars Phocense crimen continet, cuius initium est: Quo igitur pacto Athenienses, cum uos eum ad exigendum iusiurandum denuo legassetis. Vides enim ut transitio perspicua prorsus & manifesta sit, primum introducta in exordij forma. Deinde quia promittit rerum aliarum probationem. Est & tertia pars constitutionis, in qua causas referit eorum quae antea dicta sunt, cuius principium est, *Qua igitur gratia horum in primis commune feci?* Quia uero partitionem orationis explicare instituimus, nihilque prohibet breuiter tanquam semente iacienda instruere lectores: *rhetori semper ad artificium est collimandum. Cum igitur uerisimile non esset, Philippum homini plebeio dare munera, sed ei qui uideretur in legatione praestare caeteris, & quia fieri non poterat, ut is Phocenses proderet, qui non inter omnes posset plurimum: neque etiam persuaderi ullo modo poterat auditoribus, ex omnibus legatis solum fuisse Aeschinem proditorum: haec cum sciret, in constitutionis initio statim, id quod impedimento est, amolitur. Dando enim Aeschini primas in Republica partes, & tantum non Periclis autoritatem adiungendo, eius potentiam exaggerat, ut uel necessario Philippus eum colere uideatur, quem principem uideret esse legationis, totamque causam probabilem facit. Illud autem est maxime

xime

ximè omnium admirabile, quòd ipsum Aeschinem accusatorem facit munera accipientium, et testem: corrumpi eos à Philippo qui in Macedoniã ueniant. Post hæc & tertium: non latuisse eum Philippi consiliũ, quale esset de repub. & de Græciã, ut & colorẽ illũ per hoc palãm tolleret. Neq; enim consentaneũ erat ignorari Philippi animũ ab eo, qui olim Philippi mores accusarat.

In idem.) Hoc colorem continet. Neq; enim qui sensisset primus Philippum insidiari Græcis, & Phocẽsibus * iam insidiari, & corrumpere quosdam in Arcadiã. Vt iam consentaneum uideatur, legationis principem ab eo esse corruptum.

Et Ischandro adducto.) Et Aeschinis orationes probat hoc testimoniũ: nec à scommate abhorret, cum histrionem habeat suffragatorem.

Ingressus in Senatũ, ingressus in concionem.) Vide quantam eius testetur beneuolẽtiã & studiũ obtundebat, inquit, omnes, dicendo, uidere se Philippi iniurias. Verbo autẽ à πειλαδᾶν, exitum & discessum significauit, etsi non apertè dixit. Hieronymum autem nominat proditorem quendam Arcadũ, qui ei aduersatus sit in Arcadiã de bello Philippo inferendo, discipulum Isocratis.

Non priuatas lædunt.) Ipsum facit, quantum in proditione mali sit, definientem.

Et Ctesiphontis.) Non est hic è numero legatorũ: sed cum alia de causa missus in Macedoniã, ex Philippo audiuisset, eũ pacem uelle facere, sic renunciauit.

Fit legatorum unus hic.) Mutatio temporis. Ponit enim pro, factus est. similis illi apud Thucydidem, Laudant eum qui legi assenserat: pro, laudarunt.

Congressus autem post hæc mecum.) Ab aduersario sumit existimationis suæ & instituti testimonium. Apparet enim Aeschinẽ cum nemine legatorum de conseruatione rerũ disseruisse, nisi cum solo oratore. Ita priuata eius laus nõ est odiosa, cum non ab ipso referatur, sed aduersarij testimoniũ habeat.

Et ut nefarium.) Magna, inquit, populĩ uerborum, si sciebant proditorẽ esse Philocratem. Philocratem autem utriq; fuisse inimicum, testatur Aeschines. Cur igitur citatus ad dicẽdum Philocrati testimonium tacet Aeschines? & quare illa societas est ingentis erga Philocratem beneuolentiæ? Cur tantæ ei curæ est Philocrates? Quem uerò aliũ producemus testem, hostem eius esse De-

mosthenem, cum id perspicuè & apertè testetur Aeschines? Ignorantiã igitur populĩ magna fuit, ut dictum est, si gnari proditorem esse Philocratem, tamẽ ei legationem decreuerunt. Res uerò non ita se habet: sed quòd in legationibus saepe opus est audacioribus & liberioribus, ne propter lenitatẽ de iure ciuitatis concedant, & talis Philocrates esse uidebatur: ideo eum elegerunt. Dixit igitur, caueamus eũ, ut qui facile deduci à sententiã & corrumpi possit. propter hoc enim impurum & impudentem uocauit, non proditorem.

Et pauca & modesta.) Illud ad ueritatem, hoc ad uirtutem eorũ quæ dicta sunt pertinet.

Neq; maiorum uos.) Aeschines de nequioribus loquitur, quos etiam imitari uetuit, at hic communitate orationem exasperauit, sophistam enim hĩc agit orator. Nam Aeschines quorundam è maioribus intempestiuam imitationem cauendam esse monebat, eos duntaxat qui Siciliã inuaserant, innuens. Neq; enim dixit de omnibus maioribus. orator autem uniuersali nomine maiorum perstringit orationem.

Et legem laturũ.) Ecce & legislatorẽ eũ esse ostendit, undiq; augenda eius prudentiã.

Nemini Græcorum.) Monet urbem, ut eius acceptionem munerum imitetur, & præmij causa iuuet Græcos.

Sed postquã redimus.) Forma orationis (πῶδε ληπτικῶς) comprehensione tractata est. Nã quòd negotia conuertuntur, & secunda priore loco dicuntur, & priora deinde inferuntur, id est (πῶδε βολῆς) cõprehensionis proprium.

Et expectabantur.) De actis cum Neoptolemo dicit, & Aristodemo.

Et post hæc alia.) Thraciã dicit.

Accessimus.) Primum enim ueniendum erat in Senatũ, post in concionem.

Accusauit istos.) Non loquitur de omnibus legatis, sed de fontibus.

Curia enim referta.) Desiderium cognoscẽdi innuit. neq; enim concionem expectarunt, ut moris erat, sed priuati se immiscuerunt Senatoribus.

Mecum date operam ut memineritis.) Pudebit enim unumquemq; audientium, se solum destitui memoria.

Aiebat enim adesse se ac persuasisse.) Bene dixit, persuasisse: nõ audiuisse à Philippo simpliciter, sed persuasisse Philippo, ne deceptus esse uideatur. Nam sic etiam colorem

i antè tollit.

antè tollit. qui enim is deceptus est, qui tū persuasit.

Et de Amphictyonis.) Ut quereretur & cognosceretur, qui nam templi pecuniā compilassent. Id enim Amphictyonibus curæ erat. Cum enim Thebani & Phocenses bellum inter se gererent, propter agrum ad flumen situm: Thebani magis spoliarunt templum Delphicum quàm Phocenses, quam & Phocenses uerè id fecerūt. Primum enim, inquit, instituerunt id facere Thebani: & nihilo minus sacrilegio se obligarunt, qui consilium eius rei caperūt, quàm ij qui manibus perpetrarunt, ut paulo pòst prolixam orationem subiicit.

Biduo, aut triduo.) Celeritas promissionis imposturam auxit.

Se enim docuisse inquit.) Vide ut rursus refutationem antè comparat. Ei enim qui docet, non fit fucus. & uerbum, Se, excellentiam inuentionis declarat. Non igitur talis homo decipi queat.

Proscripsisse.) Si qua ciuitas inimicum habet, proclamat uoce præconis, præmium & pecuniam ei qui illum occiderit. Aliud autè est ἐπιμνησκεία, & aliud ἐπιμνήσκεις. Nam ἐπιμνησκεία notat amicitiam. ἐπιμνήσκεις, cū urbs, ut diximus, hostem habens aliquem & insidiatorem, quem sublatum uellet è medio, proclamat se pecuniam daturum interfectori: sæpe autem hoc & in hominibus priuatis fiebat.

O'legati.) Hæc tanquam Ethopœia est, quasi Eubœenses ad Aeschinẽ ceterosq; legatos dicerent: & quo pacto legati in Eubœa deprehensi sunt respondebimus, eos in reditu Athenas Eubœam transisse. neq; enim per Bœotiam iter habebant propter intercedentes eis cum Thebanis inimicitias. * Recefferant autem Eubœenses post e-
tatem Thucydidis, usque ad præsentia tem-
pora.

Descendit magna cum grauitate.) Perstringit occultè populũ, quòd ingens sit impostorum autoritas.

Vociferabantur, explodebant me.) Aeschine uociferante, Philocrate insultante, populi animis antè occupatis, quid erit Demostheni loci?

Ita me dii amabunt, accidisse non miror.) Reconciliat populũ post obiurgationem.

Qua gratia?) Absoluta narratione, iam accedit ad primum coniecturæ caput, quod est exceptionis, idq; sumit à tẽpore, ueluti:

Quamobrem tum non aduersatus es?

Volo sanè.) Absoluta exceptione, iam ad alterum caput accedit coniecturæ, qua petitur ut argumẽta proferantur. Aliter. Conclusa cõstitutione, iam auspicatur ea que dicuntur (τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἀχρι τῆς τέλος) ab initio usque ad finem: hoc est, signorum & circumstantiarum: quorum hoc est principium.

Postquam autem moto crimine, magnitudo est ostẽsa: omisissis necessariò ijs quæ prius caperat, obiectionem, quæ ei obstabat, criminari studet. Ea uerò quæ est: Quæ sumitur à facultate Aeschinis: At Aeschines ea uires non sunt, neq; ea potentia, ut urbes duas & uiginti numero possit prodere. Cur uerò, cum sit causa coniecturalis, rem probari non postulauit? Respõdemus, esse instituti & consilij coniecturam. fieri autem non potest, cum manifestum est, res à quibus actæ sint, & constat de eo qui fecit, ut probatio petatur. Hic enim de uoluntate duntaxat quæritur, & signa examinantur: probationes autem non petimus, quia nemo nouit alterius animũ, uolens ne an inuitus & deceptus uerba illa fecerit. Ac uoluntas quidẽ paulatim ostenditur, copiosior autem in colore inquisitio cauetur. Facultatem autem que nocet, personæq; qualitatem superat, immiscuit. positioni eorum quæ sunt ab initio ad finem, ut crimina faceret probabilia.

Nemo autem uestrũ debet.) Voluntas quidem moderatè implicat ab his uerbis: Deinde si is, ut iste, conductus ab hostibus decipere uos & circumuenire uoluisset, non minores quàm iste clades inuexisset: potentiam tamen qualitatis auxit, dicendo, uos ei autoritatem tribuistis: & tempora postea subiecit, quæ facultatis pars sunt. Cur autem de uoluntate nunc parcissimè loquitur? Dicimus id artificiosè ab eo fieri, quòd eam reseruare uult ad secundam coniecturam. * secunda enim incidit inter orationem obiectione: ueluti, Et qui facere istuc uoluisset? Sciendum autem uerbo uoluisset, eum uoluntatem declarare. Cum enim de facultate antè dixisset, uoluntatem subiunxit.

Quemcunq; enim uos.) Licet Aeschine & humiliorem & imbecilliozem.

Atq; is.) Coniunxit cum facultate uoluntatem, ut eam societate hac confirmaret.

Neq; enim si uilibus.) Hęc est pars obiectionis, Vilis est & uulgaris homo, & non honoratus & splendidus Aeschines: reum de industria deprensens, Neq; enim reuera cõtemnebat eum

(con-

(contrarium enim erat) sed orationē sumpsit ab ijs qui in ea erant opinione. Est autem obscurus etiam hic locus. Quid igitur dicere uult hoc in loco? Phocenses, si uili uisi essetis ministro & legato, non illum respexissent, sed urbem. Quid enim? urbis autoritas, qua ualet apud alios, in illos confertur: hoc est, noluerunt paruipendere orationem Aeschinis, sed respexerunt. Quid? urbis personam & dignitatem, & his consili perierunt. Ut autem facultas firma fieret, addidit & ceteros legatos: distincteque posuit, cur accuset, adiungendo & dicendo, quatenus Phocensium salus penes legatos fuit, eatenus isti omnia perdidierunt. & rursus adiecit uoluntatem his uerbis, & sustulerunt data opera. Causam autem quae uoluntatis pars firmior est, non dicit. huius enim capitis maxima pars est causa, quam ad secundam coniecturam referauit.

Da uerò mihi senatusconsultum.) Facultate absoluta, accedit ad corrigenda argumenta. Senatus autem cōsultum id dicit, * quòd senatus, antequam accusaret Demosthenes, audierat, emittos esse legationem, & eos ut fontes condemnarat: & quidam in senatu etiam decretum fecit, ne in Prytaneum ad cœnam uocarentur. Semper enim legati redeuntibus uocantur ad cœnam, consuetudine quadam, honoris gratia: id quod obijcit in argumētum proditiōnis eorum, senatum eos tanquam proditores damnasse, & ad cœnam non uocasse. Aliter. Transit rursus hinc ad id caput, * cuius initio fuit exordium, circumstantias dico. Orditur autem à trāslatione: Nunc nobis dicis de proditiōne, cum antequam res fierent, dicere, easque tueri licuisset. Ipse autem se nō tacuisse probat, proferendo senatusconsulto. Signum enim esse orationum suarum decretum, factum aduersus pollicitationes oratoris. Absoluto autem per conuenientem expolitionem hoc loco, transit ad ea ipsa, quae sunt ab initio usque ad finem, prorsus à temporib. exorsus. Accusat enim Aeschinem, ut eum qui de industria Rempublicā excluderet occasionibus, ut nec spacium datum sit deliberandi de propositis negocijs, Pylis à Philippo occupatis. Simul enim & res audita, inquit, est, & ille adfuit. Satis igitur apparet, auxiliij ferendi tempus reipublicae perijisse, quo populus Pylas claudere potuisset. Postea quia obijciebatur: At non aliter licuit iuuare Phocenses, nisi dicendo, ut salutis et

securitatis suae rationem haberent: soluit id duabus refutationibus. Vna, neminem legisse populo senatusconsultum. Alioqui enim consilium initurum fuisse populum: altera, etiamsi populus capere consilium potuisset, deceptum tamen eum esse ab Aeschine, spe & pollicitationibus. in quo etiam profert firmissima signa, recitando uerba Aeschinis.

Neq. in Prytaneum.) Fieri poterat, ut uocatio differretur, donec senatus rem certò cognosceret: uel, quòd legationem nondum pro concione retulerant. Ipse autem dilationem eò trahit, quasi nec uocati sint, nec uocandi.

Quem populus occidi iussit.) Inuertit tempus. Nimirum enim prius uocatus fuit, & postea sublatuſ è medio.

Quod si eadem.) Soluit hæc, figura dilemmatis. Nam si legati omnes eadē egimus, hoc est, si omnes proditores fuimus: iurè omnes uocati nō sumus. Sin alij, rectè fecimus, alij legationem perperam obierunt: accidit ut nec ceteri uocarentur.

Ac Senatus quidem hæc.) Hic orditur signa, quod caput uocatur, ab initio ad finem.

Iste autem surrexit & concionatus est.) Duas circumstantias cum posuerit, tum tempus, tum orationes Aeschinis, necessariò etiam colorem subiecit. Vnicuique enim signo & circumstantiæ addendus est color.

Et post hæc recitabantur Philippi literæ.) Hic color ad tēpora pertinet, quib. Philippus Pylas occupauit. Atque eius rei fuit iste autor. Refutatio statim sequitur: Iste scripsit literas relictis nobis. quasi diceret, auulsus à nobis. Sed uerbis illius, uidelicet Aeschinis occurrit, sic dicendo: Philippus non decepit, sed Aeschines.

Alenses cum Pharsalijs.) Iam cognouimus è Philippicis, duo ista Thesaliæ oppida inter se dissensisse, cum Pharsalus amica esset Philippo, Alus Atheniensibus. Philippus autem ea conturbabat.

Aliquanto fuisse mitiores.) τινος, aliquo, aut quouis homine. Aut, aliquò dicit, pro longè. Longè enim abest, ut quisquam pari humanitate reperiatur.

Quas iste scripsit, relictis nobis.) Relictis nobis, ne uideatur fuisse particeps actorum. iste scripsit: ne in Philippum culpam transferat. In urbes, ut locias significet, à quibus exigendum iusiurandum fuit. Non forte fortuna,

i 2 ut osten-

ut ostendat scelus, partitos esse insidias Aeschinē & Philippum.

Recita eis literas.) Admirabilissimum hoc est, quod quibus literis usus est Aeschines ad defensionem, eas sumit ad accusationem Demosthenes. Est enim ei in more positum, aduersariorum praesidia eloquentiae uisura facere.

Auditis Athenienses.) Post recitationem literarum, ueluti confirmando perceptam ex ijs utilitatem, rursus dicit, De Phocensibus autem, aut Thebanis, aut alijs, quae uobis iste renunciauit, ne hilum quidem. Iste igitur, non Philippus decepit. Hoc enim illud est, quod spectat. Cum autem interim ea quae obstabant, reiecerit, & literas Aeschinis esse potius, quam Philippi, probarit: denuo ad Aeschinis orationem reuertitur. A firmisimis enim non recedit, & praecipuum tradit: Memorandum esse locis necessarijs.

Nisi Thespiae & Plataeae.) Rursus hic signis & circumstantijs adiunxit Thebanos, non uniuerse effundendo omnia, sed particulatim semper addendo, ut & refutationes consentaneae & oratio perspicua fiat. Ut primum igitur ad mentionem Thebanorum uenit, rursus colorem quaesiuit, ut & in prioribus. Dixit enim, Thebanos etiam statim duros esse poenas. Vbi igitur poenae? Audierunt, inquit, Thebani, & propterea cauerunt, & Philippus Thebas euertere non potuit. Si igitur eò prohibitus est, quod illi praesentant, quis effutit? an non iste? Habet autem color, refutationem etiam coloris statim additam, & in his translatione apte quaesiuit, *Cur tacuisti, cum res publica falleretur?* Ad quam obiectionem refutandam, in memoriam eis reuocat suum progressum, & quid sibi, concionari cum uellet, acciderit. Deinde quia non habebat testimonium suarum orationum, tanquam in poemate, ethopoeias confinxit. habet enim magnificentiam orationis à Platone, & capit id quod utile est, ex alternis colloquijs nouam formam & plausibilem inducendo. Neque enim sine probatione reliquit id quod dixit, sed fictionis inuentioni probationem addidit. Magis enim afficimur orationibus confirmatis, quam illis quae simplicius dicuntur.

At ea quidem si audienda.) Firmissima obiectionis refutatio, ueluti: sed audita re

Thebani cauerunt, ea que gratia non perierunt: postea soluit eam, figura dilemmatis usus: Philippus aut uere id facturus fuit, aut non. Quod si facturus non fuit, sed tu fraudem struebas: non ab re ruga baris ista, decipiendo nos. Sin eò prohibitus est, quia consilium eius animaduersum fuit, quare non tacuisti? Nam si sciebas Thebanos, si audissent, cauere non posse, ut infirmos, cur non perierunt? Sin intelligebas, si audissent ante, firmos esse, & cauere posse, cur effutiebas?

Propterea delicias faciebat.) *ἰσχυρὰ*, hoc est, texebat, instruebat, aut delicia batur. à uerbo *σχυρὰ*, quod est multum subtegminis uesti inserere: cuius usum habemus apud Aristophanem in Nubibus: O mulier nimis luxurias.

Ab istis.) à Philippo & Aeschine.

Tacere.) Id enim tacendum erat Philippo, & non addendum paci, Phocensibus & Aenensibus exceptis: si eos conseruaturus erat, et non propterea quod foedere non continebantur, euersurus.

Vobis autem asperè.) Videbatur enim deprecari bona Reipublicae, quod ea se non expectare diceret.

Non nunc.) Non nunc, inquit, debes à te amouere opinionem, quo minus socius ascribaris nostrae legationi: non nunc praeter te feras, te non socium esse nobis. Sed tum cum haec fient, & nos propterea coronis donabimur.

Nam iste aquam.) Quoniam mansuetio cibo & potu homines utuntur, feræ autem aquam duntaxat bibunt, Philocrates ad perstringendam beluinam eius uitam, ista dicebat. Reuocat autem eis scommata in memoriam, ut disturbatis ridiculo iudicium sententijs, affectu illo adiutore ad persuadendum abutatur. Admirabilis est & contumeliae simulatio. Hostis enim iudicio uitae suae modestiam celebravit: quod idem ualet etiam contra corruptelae crimina. Qui enim aquam bibit, quo pacto foedum lucrum appetat?

Considerate igitur senatusconsultum.) Haec causam & fidem addunt, propter orationem Aeschinis, decretum Philocratis ualuisse. Si enim simul & Aeschines dicebat, & Philocrates scribebat, decretum, Aeschinis orationem fortasse continebat.

Et hoc

Et hoc quoque è signorum & circumstan-
tiarum esse numero patet. Idem autem in-
commodare oratori ex eo intelliges, si co-
gitabis, facile esse Aeschini (*μεταστικῶ*)
translatione ad defensionem utenti, trans-
ferre crimen in Philocratem. dicit enim,
Decreti autorem & Philippī laudatorem
in causa fuisse, ne quid utile Phocensibus
à ciuitate decerneretur. Hoc igitur uer-
tus orator, artificio usus est, primùm idem
esse ostendendo, & Aeschinis concionem
& Philocratis decretum. Deinde non acce-
pturam fuisse ciuitatem scriptum Philo-
cratis, nisi pollicitationes illæ antè recita-
tæ fuissent. Nam quod de literis dixi-
mus, idem etiam hic facit, & aduersarij
præsidium in suum auxilium assumit.

Postea, denuò hic uertus Aeschinis co-
lorem (poterat enim ex ijs quæ in decreto
scripta sunt, petere testimonium, Philip-
pum pollicitum fuisse) dixit, sed nihil ille pol-
licebatur. Verùm iste fuit qui pro eo diceret & pol-
liceretur. Deinde ut confirmet Aeschinis
esse potius, quàm Philocratis decretum,
iterum subiicit, dicendo: Philocrates autem,
cum uos ad istius uerba inclinatos deprehendisset,
hoc in decretum inscribit. Hoc modo enim con-
firmat, imposturam decreti, uerbis Aeschi-
nis fuisse comprobata.

Tantum non retrò.) Pro τῶ χεῖρα, plurali-
ter dicendum fuit τὰς χεῖρας, manus: ut de
omnibus intelligeretur.

Vos inclinatos nactus.) temerè ei assensos,
& astipulatos. Prudenter autem culpam in
Aeschinem transmouet. Neque enim,
inquit, decipiendi locum inuenisset Phi-
locrates, nisi fraudem Aeschines antè con-
cinnasset.

Ille quidem pollicebatur.) Dixit aliquis,
eum sibi non constare, dicendo: At nihil
pollicebatur. Respondemus, hanc refuta-
tionem esse contrarij, ut cum dicit, nihil
pollicebatur, intelligamus definite: cum di-
cit eum esse pollicitum, intelligamus inde-
finite.

Contra eos qui obnitebantur.) Non dixit a-
pertè Phocenses: neq; enim tulissent Athe-
nienses, sed indefinite loquendo, clam frau-
dem instruxit.

Placidissimè omnium.) Hoc, aiunt, arti-
ficiose inuenit. Tradidit enim eos hosti-
bus placidè, communi nomine usus Am-
phictyonum.

Atque adeò nec conuocare.) Hæc de ijs quæ
sunt prætermissa, restant. Est que & ipsa
pars signorum & circumstantiarum. Pro-
xenus autem dux erat Atheniensium, &
uerfabatur circa Pylas, transitum Philippī
obseruans.

Quin & literas.) Rursus & hæc alia est
translatio. Amouens enim à se crimina Ae-
schines, alia in Philocratem conferet, alia
in Rempublicam. Quid enim dicit? Vos
in causa fuistis, ut Phocenses caperentur:
qui cum à Philippo uocaremini, non præ-
tò fueritis. Proinde refutatio statim & con-
tinuò subiicitur, non ut exiretis.

ῥώματα.) Verbum hoc coniunctè
legitur, ut quidam aiunt, * à Siculis illic
exulantibus allatum. * Idem autem ualet
quod, nullo modo, minimè gētium. Quin
& aliam refutationem subiicit eadem trans-
latione: Nese defenderent, ne ue resisterent Pho-
censes, spe nostri auxiliij freti. Recitat & literas
Macedonis, quib. uti potuisset Aeschines,
ut eius omnia præsidia sibi circundet, &
eius defensiones undiq; labefaciet.

Et Proxenum quem.) Tertiam affert refuta-
tionem, certamini magis comparatam. Ar-
gumentum autem sumitur à contrario. Si
Philippus syncero uos animo accersebat,
quid decebat aliud quàm suffragari, ut &
uos expeditionem susciperetis: & decerne-
re, ut Proxenus, quem in ijs locis esse scie-
bant, statim opitularetur. Verùm non con-
sulebant hæc, neq; decernebant. Norant
igitur, quo animo Philippus ea scripsisset.

Proinde Phocenses.) Quarta translatio: Sed
Phocenses in causa fuerunt, qui Philippum
intra Pylas cum exercitu receperunt. Sed
occupat obiectionem refutatione. Quid
autem ait? Cum audirent Phocenses decre-
tum, & pollicitationes istius & promissa, fi-
dem habuerunt Macedoni. Nam antè qui-
dem eas orationes, erant ibi qui diffiderēt
Philippo, & saperent. Caterùm cum puta-
rent, populum nō deceptum esse à legatis,
coacti sunt credere. Quinetiam nec impa-
rati ad bellum & obsidionem fuerunt Pho-
censes: quasi Aeschines imbecillitatē Pho-
censium causetur, & dicat, propterea coactos
esse eos succumbere. Necessè enim fuit ei
qui culpam in Phocenses transferret, expli-
care etiā rationes quib. capti sint: siue dece-
ptos esse, siue uim propulsare nō potuisse.

Vt autem certò sciatis.) Hoc opinati sunt qui

dam ante nos, loco testium productionis esse positum. Nos uerò dicimus, non fieri posse, ut in coniectura de animo, producantur testes, nisi facta fateantur ij qui fecerunt. Sed genus probationum hoc est, quo ostendit Aeschinem fuisse in causa ut Phocenses perirent. Ait enim, *ut autem sciat* non esse per uos neque per ipsos factum, neque per Philippi imposturas, ut Phocenses perirent, tempora uobis supputabo. Nam ex temporibus uult concludere probationem, ut temporis tarditas, & quod quasi momentum dicitur, prober illud, per Aeschinem perisse Phocenses. Nam si ante pacem fuerunt incolumes, & post pacem, & triduum intercessit, ex quo Phocenses audiuerunt Aeschinem promittentem & pollicentem, & post pacem cum Philippo facta, captiuitas accidit: nonne satis constat, eos Aeschinis culpa perisse?

Ne enim supputemus, nec illos quinque dies in quibus Phocenses audiuerunt. Ait enim eos cognouisse id post quinque dies, sed biduum dum taxat inter promissionem & captiuitatem intercessisse. Rursus cum Aeschines uti eodem argumento posset, & dicere, eos adhibita Philippo fide, & iusto ad eum modum foedere, perisse, aliam probationem subiicit cum insigni arte. Per inuersionem enim idem mutat in contrarium: Quod enim oppida non obsidione perierint, sed pactis et conuentis, id signum esse ait, eos Aeschinis uerbis fretos, fidem datam accepisse.

Venit autem Dercyllus. Qui missus erat ad exigendas à Philippo pollicitationes, & Chalcide audierat, quomodo cum Phocensibus esset actum.

Ipsam euenit. hoc est, Euenit exquisitè quintum esse diem, quo & foedus fecerunt, & perierunt. Sciendum autem est, numerare Athenienses usque ad duodecim, ut nos, cuius rei usum habemus in oratione Timocratea, cum ait, Undecimo, duodecimo legem tulit Saturnaliorum. Deinceps non iam ut nos, sed cum additione numerant, exempli gratia: tertius post decimum, quartus post decimum, & ulterius, numero minore ad maiorem adiecto, donec ad ipsum uicenarium perueniatur. Deinde à primo et uicesimo uniuersa dicunt, * primū et secundum uicenarium, posteriorem decadem: & secundum uicenarium, nonum, et tertium uicenarium, octauum, atque ita por-

rò usque ad tricenarium. Quoniam ut cognouimus, ad lunę cursum numerant Athenienses, cuius à uicesimo primo lumen plurimum minutum apparet. Illud autem, tertius post decimum, & reliqua usque uiginti, Attica consuetudine dicunt. quos uerò uiceuersa proferri diximus, eos etiam deficientes uocant, adiecto die quolibet, à primo auspiciati: ueluti, primus deficientis, secundus deficientis, & simili additamento utuntur. Quoniam, ut dixi, tanquam deficere & corrumpi lumen uidetur. Trigessimum autem uocant *εβλυ νη νία*, ueterem & nouam.

Præterea quod omnino nullā. Haecenus progressus est probatione capituli illius de Phocensibus, & peculiaria protulit argumenta, sublatis nimirum ijs quæ suis argumentis aduersabantur, ut undique oratio probabilitatem colligeret. Hic autem recedit à criminis probationibus, & uenit ad qualitatis obiectiones, perinde ac si Aeschines nihil afferre firmi possit, sed Athenienses ab iracundia abducere studeat, & placet auditores, & oret ne irascantur de Phocensibus, qui eorum socij non fuerint: Demosthenes per contentionem maiorem uult excitare iracundiam, & anteuertit obiectioni, eamque abolet obliuione. Simul etiam conclusio hic continetur. Propria est autem conclusionum amplificatio. Amplificamus autem uel à personarum, uel à rerum qualitate. Aeschines igitur qualitatem destruit: At qui non erant socij, & multas reipublicæ iniurias fecerant, sed hic anteuertens obiectionibus, qualitatem per refutationes commendat. Socij nostræ, inquit, reipub. fuerunt Phocenses, & de populo sunt bene meriti. Ac proferri sibi iubet foedus Phocensium.

Neque enim illum ignorabat. Ne dicat, At cur illi auscultabant Phocenses? Ostendit eum Phocensibus fuisse notum, & non fuisse fidem illi habituros, si absque legatione fuisset. Neque enim Athenienses, sed Aeschines cladis fuit autor.

Vt uerò cum eis actum sit. Ne uideatur assentiri aduersarij uerbis, ciuitatis partem examinat. Deinde quia id dictum ei non utile fuit, Cur igitur non opem tulimus socijs? ne uideatur accusare ciuitatem, translato statim crimine cum translatione dixit: propter istum qui ferre opem uetuit.

Horum Athenienses. Deinosti utens, amplificat cladem. mouet etiam metum ab hostibus ut undique

ut undiq; iracundia concitetur, à qualitate, à temporibus, ab hostium amplificatione. Sequitur & aliud dinoseos genus, Etia in columi urbe Atheniesium Græcorū urbes perire, & per quos: per Atheniensium legatos. ut ira bifariam concitetur: quod & urbe incolumi, & per eius quæ seruire debebat, legatos perierūt. Illud etiā accedit, cum primis exquisitum, Cui præse Græcis est patrium: ut tamen in iniuste constet fecisse Phocenses, tamen urbi patrium uideatur, seruire etiam delinquentes.

Et non admittere ut tale quicquam fiat.) Hoc magnam emphasin absurditatis continet. Male dicta enim in rempublicam per hoc amplificat, Aeschinē causas ipsi dedisse qui populum accusare uelint: quasi iam populum ad infligendam multam incitet. Vnum enim genus est negligendi talia, si autor malorum non puniatur.

Iam qua ratione.) Diuidit cladem in dinosin & diatyposin. Per istum enim modum & formam cladis, ob oculos ponit calamitatem. Diatyposin autem propositum est accurate tractare singula: et ut partitio perspicua fuit, exordio est usus, quod luctum & lamentationem moueat audientibus. Aerumnosos enim nominando, fortunam miseratur.

Speit gculum acerbum, ô Atheniensis.) Διασουλν, Distinctio est quædã epilogica, mala Phocensia ex parte exaggerans. Incipit autem à terroribus, ut imago & exemplum sit preteritum futuri: neq; miserentur Phocenses duntaxat, sed & reliquis Græcis metuant. Figura autem est diatyposis, cum uelut effingit & ob oculos ponit res oratione. Differt autem diatyposis ab ecphrasi, quod diatyposis ad mouendum affectum aliquem adhibetur, ecphrasis autem quasi narratio est.

Cum enim proficisceremur Delphos.) Demonstrat simul, & probat ea quæ dicuntur. Unde nosti: Proficiscebamur Delphos: & ea quæ dicuntur, confirmat.

Neceße erat.) Tanquã egrè ferens se fuisse calamitatum Græciæ spectatorem, orditur à genere. Amplificationes enim fiunt à generibus & speciebus.

Aedificia euersa.) Transit ad species. Singularia enim faciunt acriorē orationem, eaq; re gaudet diatyposis. Aedificijs euersis, inquit, perierunt incolæ. Continet etiam proteruitatis hostium significationem, Euer-

sio enim magis superuacaneum genus est calamitatis.

Moenia prostrata.) Per ædificia miseratōnē, per moenia metum auxit.

Regionē iuuentute desolatā.) Duplex affectus. Hic enim & misericordia & metus coniunguntur. Qui enim sublatis sunt: uiri etate florentes. Ab inanimatis ad animata transfert cladem.

Sed muliercula & pueri.) inutiles ad bellum. Non præterijt testem ē regione ullum, ut calamitatem auget. Cum autē sexus muliebris natura sit imbecillus, muliercularū nomine diminutiuo, imbecillitatem etiam ostendit. Neq; pueros pubescētes dixit, ut uel solatio essent matribus.

Et senes, homines miserabiles.) Senex enim ipse per se indiget adiutore. Nunc postquam miseria etiam accessit, consolationibus locus nō relinquit. Ac quo pacto in his Phocensium casum tractarit, & quā expresse singula eorum quæ acciderunt, percensuerit, tum ex his cognosci potest, tum in imitando plura possunt adijci. Redarguit quidem Demosthenes his uerbis eos qui dicere ausi fuerunt, eum in mouenda miseratōne non ualere. Sed quia concitandi erāt in facinosum iudices, & ira maximè concitat, magis metus fuit & terror incutiendus, utriq; parti propria & conuenienti tractatione attributa.

Atqui contrarium.) Post Peloponnesiacum bellū insigni uictoria superatis Atheniensibus, Lacedæmonij cōsultationem suis socijs de Atheniensibus. proposuerunt, ut quisque responderet, qua pœna uellet Atheniensis affici. Tum Euanthus quidam Thebanus, & urbem eorum esse euertendam, & agrum in ouium pascua conuertendum censuit, ut ibi Bœotorum oues pascerentur. Phocenses autem, qui & ipsi tum Lacedæmonijs parebant, refragati sunt: censentes, nō esse alterū Græciæ oculū eruendū. Innuentes, duos esse Græciæ oculos, Atheniesium urbem & Lacedæmoniorum. Hic persuasum fuit Lacedæmonijs, ne posteam urbem euerterent.

Atqui contrarium.) Hi enim pro nobis contenderunt, deliberatione proposita, quid luendum esset: monentibus Thebanis, Atticam in ouium pascua conuertendam. Hic adducit etiam, quando bene meriti fuerunt? Cum nondum essent socij. ut ostendat, etiamsi non fuissent socij, fuisse

fuisse tamen dignos pari auxilio, quòd periclitanti aliquando reipublice suffragati sint, cum & Thebani aduersarentur, & Lacedæmonij adessent. Decuit igitur eis idem ab Atheniensibus ferri auxilium. Addito aut, *contrarium Thebanis*, grauiorem mouet iracundiam, cum ipsi Thebanis propter Athenienses aduersati fuerint: nunc eos propter proditores esse multatos. Pertinent igitur hæc etiam ad perorationem.

E' uobis ego sanè audio.) Vestra est oratio, quam finxit Demosthenes, cū tot sint eius differentie. Multum enim inter uos & illū interest: magnum quoddam est inter uos et eum discrimen.

Liberrimæ urbis.) Quibus agere suo arbitratu licet que uolunt: qui non ut illi, domino inseruiunt.

Recita execrationem.) Ostendit eos neminē ex Alcæonidis esse damnatos, sed hominem uilem, & unū ex media plebe. Quapropter eum dum scribam ageret, recitantē execrationem facit. Cum uerò ait, nihil eorum quæ agantur, latere deos, metū eis iniicit numinis.

Potissimum uerò Atheniēsis.) Vult hic clam asserere decreta Platonica. Quæ agere sit in nostra potestate situm, in ijs non esse nobis, omisis actionibus, precibus uacandum. Cum nobis uires delint, tum demum esse optandum, ut sunt successus, ualetudo. Sciendum, eum absolutis signis & circumstantijs, ad ipsius Aeschinis trāsire obiectiones. Primum enim ostendit sua signa, quibus accusabat. Post & ea quæ inficiat aduersarius, uult refutare. Neque enim nostra duntaxat probanda, sed & aduersariorum argumenta propulsanda sunt. Accedit igitur ad ipsius Aeschinis obiectiones, quæ tres in uniuersum sunt: ueluti de Lacedæmonijs, de Phocensibus, de Hegesippo. Ac illa quidem de Lacedæmonijs et Hegesippo, translatione: quæ de Phocensibus agit, recriminatione constat.

Eò aut impudentiæ.) Cū hic perorationes partium finiant, adducit obiectiones contra signa & circumstantias. Ac illa quidem translata est, cum causas in Lacedæmonios & Hegesippum transfert. Ait enim indignabundus, non factam esse Phocensibus iniuriam. Eam que ponit excellenti & ineffabili arte. Per hoc enim Aeschines crimen agnoscebat. Qui enim pronunciat, fuisse dignos Phocenses quibus id accideret: in

confessione odij, suas redarguit insidias. sed orator Hegesippus non uidebatur face re cum Phocensibus. Is concitauit Philippum, & causa fuit excidij eorum. Positis autem multis simul & diuersis obiectionibus, unam contra omnes refutationem interim à tempore ductā adiecit. Deinde recriminationi & consuetudinem & utilitatē opposuit. Nemini autem mirum uideatur, in media esse oratione cōclusionem. Nam cum alijs ueterum, tum uerò nostro oratori usitata est ea ratio, ut absoluto non solū crimine, sed etiā capite cōcludant: neque cōcludant solū, sed & in sequētia præsent, ut multa sint orationū & exordia, et conclusiones multæ in singulis capitū partibus. ac perorationes extremæ, totius causæ: particulares autem singulorū sunt capitū. Absolutis igitur hic demonstrationibus de Phocensibus, qui Aeschinis culpa perierint, necessariò post prodicionem & captiuitatem, exaggerauit casus illos. Cum uerò exaggerationes dico, perorationem dico. Quia uerò hic asseruerat Aeschines, meritò perisse Phocenses, meritò obiectioni ut occurreret orator, dixit:

Iam eò impudentiæ & audaciæ uenturum esse audio.) Impudentis enim est, in ijsdē rebus ipsum sibi cōtradicare audere, cum olim pollicitus esset, se Philippo persuasurum, ut cōseruaret Phocenses: & reuersus dixisset, fore ut cōseruarentur: nūc affirmare, dignos eos esse excidio.

Primum cum Lacedæmonij.) Venerant Lacedæmonij maxima cum spe, redditum iri suæ metropoli, Doriensibus inquā, sanum, quorum antiquitus fuerat. Sed & hos decepit Philippus. Nam cum intellexissent eum parere se ad euertendam Phocicam gentē, meritò eum declinarunt. Meminit autem Hegesippi propterea, quòd is Philippo legatos de pace mittente, primus sententiā dixit, & refragatus est. Phocenses autem accusat propterea, quòd quo tempore Atheniensium fœderati erant, missum ab Atheniensibus eis Proxenum ad opem ferendā, non receperunt, suspicati ad urbium euerisionem id pertinere. Hinc improbos appellat Phocenses: impios autē, quòd post Proxenum repulsum, cum Atheniēses pro more celebraturi essent Initia, Phocenses ne eas quidem initorū libationes receperunt. Vnde eos etiam nominauit impios.

Sed hæc omnia transgressus.) Iam è longinquo tollit

tollit colorem. Neque enim consentaneum fuisset, eum qui docuisset & persuasisset, à discipulo & persuaso decipi.

Bœotiam instaurare.) Non ait totā, sed oppida eius quæ Thebanī euerterant, cū eis parēre nollent. Dico autē Thespiās & Plataeas. Euerterant autem ea, auctis post Leuctricam pugnam uiribus.

Quinq; enim fuerunt.) Nomina * rerum dies uocat.

Ne igitur quod & Lacedæmonij.) Accusat enim Phocenses, ut deceptos: Phocenses improbi sunt, Phocēses impij sunt, post et decepti sunt à Philippo.

Quod si pro Phocensibus.) Antistaticon, est caput antistatēos. Est autē et Enthymema antistaticum. Sed hoc interest, quod in antistati, ex ipsa iniuriā colligitur * beneficium. In Enthymemate autē aliud est facinus, & aliud beneficium.

Aliter igitur.) Antistatica, utilitatem subiiciens à facinoribus quæ commisit. Coniuncta autem est aliquo modo cum recriminatione, ut illi cognata. Dum enim dicit, Recte & merito perisse Phocenses, subiicit: habemus et alia loca pro perditis salua. *Aliter.* Primū fuit signorū & circumstantiarū, ut initio exposuerit ea quæ renunciauit. Secundum eorum quæ persuasit. Itaque illud, persuasit, uidetur esse tripertitū. Vna pars est, quod persuasit Reipublicæ, non ferendum esse auxilium Phocensibus, cum dixisset cōseruatum iri Phocenses à Philippo: secundum, quod persuasit de Thebanis, perituros esse Thebanos: tertium, quod persuasit in pace faciendā, Phocenses delendos esse è decreto, & sibi credendum, qui polliceretur se persuasurum esse Philippo. Ad hoc igitur pertinet præsens obiectio: *Quomodo persuasisti Reipublicæ, ut pacem sine Phocensibus faceret?* Quod uerò dicere uult, eiusmodi est, ut ab oratore quidem occultetur propter utilitatem, sed ex tractatione appareat: *Nisi pacem fecissemus, ut petebat Philippus, sine Phocensibus, nihil ei obstitisset, quo minus in Thracia cū esset, Chersonesi potiretur: proptereaque, necesse fuit sic facere pacem ut uolebat Philippus, quod de Chersoneso metuebamus.* Quia uerò antithesis una est ex antitheticis (est enim antistatica) quærimus ea unde orta sit? Crimen igitur est, prodidisti Phocenses. demonstraciones autē eius uariæ sunt, & multa signa. Vnum autē è signis est proditiōnis, quod deliberāte ciuitate, pax quomodo faciendā esset, progressus Aeschines

persuasit, sine Phocensibus esse faciendam. Ac Demosthenes quidem id profert ut signum. Aeschines autem in necessitatem conferens, utilitate utitur. Ait enim: *Aliter Philippo persuaderi nō potuit, ut acciperet iusiurandū, nisi Phocenses exciperentur.* Nisi enim uoluisset excipere Phocenses, Philippus bellū cum Republica gerens, Chersonesum cæpisset. Cum igitur studerem illam tueri Reipublicæ, autor populo fui, ut pacem faceret sine Phocensibus. Itaque cum consilium illud datum Reipublicæ, de excipiendis à iureiurando Phocensibus, argumentū proditiōnis esset: necessariò occurrit Aeschines ei obiectioni, & causam narrat, cur id facere sit coactus. Est igitur ea causa antistatica. Ac refutatio quidem obiectionis difficilis fuit oratori. Videtur enim omnino niti ueritate, cū de Chersoneso tum sollicita

rentur, pacē eos accepisse. Ne igitur iudex ueritate motus excusationem Aeschinis admittat, Demosthenes anteuertens confundit & turbat orationem, eaque ratione defensionē offundere tenebras nititur. Ait enim cōcitātē, quasi Aeschines diceret, Reipublicam callidē fecisse fœdus, Chersonesi salutem captiuitate Phocensium redimentem, ut turpitudine firmitatem destruat.

Et ex defensione probrum.) Hostis igitur est Aeschines, & dum legatum agit, & dum loquitur.

Priusquam horum aliquid Reipublicæ.) Saluis Phocensibus, & tutissimè Chersonesum tenebamus: & nunc eisdem perditis ne tueri quidē eam facile poterimus.

Deinde nunc etiam in maiori.) Hoc ait propter obiectionē, quæ dicit: *habetis Chersonesum pro Phocensibus.* Eamque soluit dicendo primum: *Atqui tenebamus eam iam saluis Phocensibus.* Deinde: *ne nunc quidē Chersonesum tutò tenemus.* Periculum enim est, ne & ipsa pereat, Phocensibus perditis.

At tum.) Cum, inquit, incolumes in ea fuerunt Phocenses. Deinde Chersonesum his Phocicis urbibus *.

Quæ igitur fuit huius prærogatiua?) Quid igitur nobis prodest Chersonesi incolumitas, cum iam Philippo eam inuadere uolenti, metus ex ea sit demptus?

Præterea etiam tale aliquid.) Obiectio translatiua à persona. Differt autem à præscriptiōne (quanquam in eo conuenire uidentur, quod utraq; iudicium recusat) quod præscriptiō penitus iudicium reiicit, nō esse de

ijis rebus omnino causam dicendam. Translatio autem non omnino iudicium rejicit, sed transfert, id aliter decuisse fieri. sicut & hic à persona Demosthenis transfert iudicium, & ait: Non tunc accusare debes, sed Phocenses, quibus mala data sunt. Aliter, Alia translatiua obiectio, personam accipiens per praescriptionem. Non enim dixit, Curiosus es tu: sed Cur tu, et non Phocenses? Utiliter, multisq; de causis hac dictione usus est, primum ut Aeschinis testes calumniaretur. Deinde, ut uerbis Aeschinis crimen confirmaretur. Nam cum uideret aduersario in ea re non parum esse praesidij, quod Phocenses produceret testes, qui negarent se propter Aeschinem perijisse: coactus est tanquam per correctio nem hac uti obiectio, ad euertenda eius firmamenta. Est autem translatiua, & sic tractata, non tanquam excipiat Aeschines, sed tanquam cum Demosthene Phocenses etiam repetat, ut & ipse sua uoce accusatore uideatur admittere nostrum oratorem. In refutatione autem digna est admiratione methodus oratoris. Ne enim uideatur cum Aeschinis testibus colloqui, clam rejicit testes, quos Aeschines producit. Nam cum Aeschines produxisset testes Phocenses, qui dicerent, se nullam malorum partem Aeschini acceptam ferre: necessario Demosthenes translationem ad suum uisum inuenit, ut illius testes rejicere, & si moueatur ab Aeschine oratio, eam quoque translatione soluere uideatur.

Neg, enim ego dedissem.) Obiectio refutatio, Cur tu non dedisti? satis mihi fuissent solae etiam res clamantes. Quin etiam ignominiam repudiat. Cum enim Aeschines dicat, conduxit Olynthios aliquos ut falsum in me testimonium dicant: per Phocenses eam suspicionem rejicit.

Rationes Athenis.) * Ut non sit unaquaeque oratio, si quis Athenis rationes refert, alij mutarunt, ut in figura, casus, genitiuo accusatiui loco accepto. & ὁ δὲ πρῶτος, rationum, dixerunt. περὶ ἡμετέρας, spoliati, pro ἀφ' ἡμετέρας est positum, & ad superiora refertur constructio. Cur me, inquit, accusat Demosthenes, Phocensium autem nullus? supra dixit, quod in referendis rationibus non adfuerunt, sed quia Demostheni adsunt, etiam testimonium dicunt in Aeschinem.

Iam seorsim.) Hic ordo seruatur, refutationi antistaticae obiectio consentaneus. Nam cum refutatio dicat, post pacem ac-

cidisse captiuitatem, apte quaesiuit Aeschines: Si igitur ego Phocenses prodidi, ut tu ais, qua de causa non huc profecti ipsi accusant? Verum obiectio Aeschinis hanc uim habet: Utilior est Chersonesus Reipublicae nostrae, quam Phocenses. Ei occurrens Demosthenes, contrarium ostendit, Phocenses potius utiliores fuisse Reipublicae. Deinde quia obijciatur, imbecilles fuerunt Phocenses, è situ & loco & tum factis bellis, exaggerat eorum potentiam. Planè autem dicit: Quis autem uestrum ignorat, Phocensi bello, quia Pylas in potestate habuerunt Phocenses, nec à Thebanis nobis fuisse periculi aliquid: nec metuendum, ne uel in Peloponnesum, uel in Atticam ueniret Philippus: sic Phocensium incolumitas potior fuit reipublice, quam Chersonesus. Nam cum à potentia, Phocensium utilitatem commendare non posset, neque etiam à uoluntatibus: à situ locorum & euentuum auxilium utilitatem. & ad huius partis probationem, eos multum profuisse Reipublicae incolumes, profert duo decreta: alterum antiquius Diophanti, quo uisum est eis, sacra facienda esse dijs, qui Philippum aditu Py larum prohibuissent: alterum Callisthenis, ex quo post captiuitatem Phocensium, ex agro supellectilem in urbem conuexerint.

Et magna pericula circundederunt.) Iam reputatione utilitatis, terret Athenienses, amplificando Phocenses, & ostendendo, illis saluis quam in tuto fuerint: qui cum perierint, una peritura etiam ea quae ab illis custodiebantur. Vide enim ut & à terra & à mari, situ loci, Atticam ab illis fuisse custoditam testetur.

Ac inane prius quidem auxilium.) Cuius meminit in Philippicis, his uerbis: Et postremo nuper in Pylas.

Diophanti & Callisthenis.) Hic Diophantus socijs conseruatis, & repulso à Phocide Philippo, scripsit ob rem bene gestam sacra esse facienda dijs. Callisthenes autem contra, qui captis Phocensibus, magna orta trepidatione, supellectilem iussit ex agris in urbem conuehere, & neminem manere foris, tanquam hostes inuaderet. proptereaq; sacra Herculeana intra urbem facienda fuerunt, quae alioqui extra moenia fieri moris erat.

Ad Porthmum.) Rursus & à terra & à mari est metus. Porthmus enim Euboeae est. Euboea autem est insula. Megara autem in terra continere.

Scio autem.)

Scio autem.) Est & hæc obiectio ad signū quoddam & circumstantiam, sed cum prior etiamnum cohæret. Ferè enim & ipsa eiusdem generis est antistatica. Refertur igitur ad signum & circumstantiam, Ipse suasor fuisse pacis: ut uideatur respōdere Aeschines, suasor fui, quia pacem præstare bellis putabam. Conficit autem hac obiectio multa, eaq; non parua: primum suum factum in aduersariū confert. Videtur enim & ipse dedisse de pace faciendâ consilium, proinde ut uideatur ipse Aeschines in se recipere factam pacē, sic obiectioem attulit atq; usurpauit. Quia propter admiratione dignum est artificium, quod quæ ipsi crimina excusanda fuissent, ea iam fecit encomia defensionis Aeschinianæ. Nā si aduersarius laudes pacis recitat, quis iā faciendæ pacis autorē accuset? Ac responsio cōsentanea est signis & circumstantiis. Sanè, inquit, nihil enim absurdi est suadere pacem seruandam esse, cum è pace multa mortales commoda capiant. Adeo autem nō euerit obiectioem, id quod est contradicentis proprium, ut etiam approbet. Quid enim, inquit, quod isti acceptis muneribus, rem natura pulchram malè perdidit? ut pax quidem non accusetur, ea uerò quæ in pace acta sunt, crimina fiant. Vnde autem constat, Demosthenem timere crimen illud de pace? In oratione de corona id declarauit. Primam enim obiectioem, & primum crimē, id posuit, quod pax facta fuerit, ipse negans eam se fecisse. Proinde nec primæ pacis principem, neq; autorem esse me apparebit: bene addito, primæ. Nam decretum proferret Demosthenis Aeschines, quo apertè de pace agebatur: propterea tacitis posterioribus, ad principium pergit, id ad Aristodenum & Neoptolemum referendo.

Propter quam aut ipsis, aut potentioribus.) Aut enim sibi bona quæerunt in colenda societate, aut se præstantioribus & potentioribus, cum quibus se coniungant propter necessitatem.

Deniq; Athenienses.) Ne commentum in ipsum retorqueatur, & quia metuit disputationem de pace, recurrit ad bellum: & id quod quæritur, eo quod quæritur obumbrat. Nam in multitudine rerum non facile deprehenditur, quam rem quis metuat. Cum autem multa sanè proposuerit, in eo ipso desinit, quod est firmissimum, his uerbis: Repellite igitur, repellite eum ab oratione de pa-

ce. Et quoniam uidetur decretum de pace fecisse: ad id excusandum, aliàs per translationem, in Neoptolemum & Aristodenum culpam confert: aliàs urbem completur: aliàs articulo necessitatis pro excusatione utitur his uerbis, Reduxerunt igitur eos qui facturi essent ad legationem. Atque hinc digrediens, quando constat eum etiam legatos à Philippo missos, ad senatum adduxisse: denique hac parte disposita, quam luculentè in oratione de Corona defendit, transit ad colorem. Quare autem non etiam hic similiter se defendit de pace, quem admodum in oratione de Corona? Quia cum hic priores in dicendo partes habeat, & quæ è re ipsius sunt, ea suo arbitratu disponere possit: ita tractauit, ut usus postulauit. In oratione autem de Corona, in qua reus fuit, cum in eum crimen apertissimè ferretur: coactus fuit ex professo pacem excusare.

Præterquam quod est facta ignominiose.) Nō separabatur ignominia, sed erat in rebus.

Ac turpiter quidem.) Cum signa multa essent, ut diximus, in argumento, nullo horum perinde ut promissis & pollicitationibus niti iam hic necessariò fuit reliquum: ipsumq; signum prætexit, quo conatur obiectioem, quam contra ipsum posuit, refutare. Non tamen ita posuit apertè, ut obiectioem speciem habeat, sed refutatione afferenda colorem subindicauit. Tanquam enim Aeschines posset dicere, se uel ex inscitia, uel ex simplicitate, uel ex ignorantia morum Philippi ea dixisse: sic & ipse assentiri se dicit, si ea uideantur sic ex inscitia, uel simplicitate, uel quauis ignorantia facta. Non enim simpliciter recipit Aeschinis orationem, sed id solum quærit, ut crimen per res ostendatur. Quid autem ait? Si ista ex inscitia, aut simplicitate, aut alia quacumq; ignorantia ab isto facta sunt: orationum loco res requirens, è quibus ductæ probationes firmæ sunt. & rursus paulum progressus in eandem solutionem inducit: Sed uos remittite Aeschini atrociam ista & immensa, si ex simplicitate aut alia ignorantia eum perperam egisse constabit.

Proinde si hæc ex inscitia.) Iam ad potiore colorem uenit, qui adhibetur contra signa Aeschinis, quæ sunt in ijs quæ renunciauit. Quæ antequam ponat, calumniatur, ut moris est, quo ruïnosa magis efficiat.

Neq; enim satis esset.) Quasi dicat, Narra Phokensibus

centibus tuam ignorantiam, & compesce calamitates: confitere simplicitatem.

At si ex improbitate.) Haecenus absoluit primam coniecturam, & iam alteram orditur. Cum enim in prima ostenderit, eum perdidisse Phocenses, & progressus fuerit usque ad colorem: alia quaestio incidit, an propter munera ea fecerit?

Argento accepto & muneribus.) Vides ut e colore altera emergat quaestio de corruptela: Nam ipse ait se deceptum esse: nos autem ostendimus, eum uolentem dixisse, & ob acceptam mercedem decipere uoluisse.

Quam iusta futura sit, uobiscum.) Hic sensus est. Cogitate uobiscum, quam aequa futura sit probatio. Si uero fuerit, quam iusta sit futura uobiscum: ita uerba manent, ut sunt: probatio iusta erit uobiscum. Nam & uos iusti estis. Attegit autem his et alteram coniecturam: Si eum accepisse munera constabit, perspicuum erit nequaquam deceptum esse. Verum si ex improbitate argento accepto et muneribus, idque ipsis actis palam cogruetur. Quia enim nec ipse testes corruptele producere potest, postulat ipsis actis probari, eum esse deceptum. Hinc iam ad probationes uenit, & ad refutationes, Aeschinem nequaquam esse deceptum. Saepem autem repetimus, omnem colorem petitione consequentis solui: si deceptus esset, eum necesse fuerit impostorem odisse: At non odit Philippum, Non igitur est deceptus. Diuidit autem signa & circumstantias in geminas causas: Dixisti Aeschine uel fretus Philippi ingenio, fore ut conseruaret Phocenses, aut aperte eum dicentem audiuisti. Quod si ille te decepit, merito tibi est inuisus. Sin ipse deceptus es, fretus Philippi ingenio, etiam sic par est tibi esse hostem. Non enim talem se praebuit, qualem sperasti. Quare propter haec utraq; inuisus tibi esse debuit. Sed nemo audiuit ullum uel odiosum ex te uerbum in Philippum, eo quod reipsa eum non odisti. Quin contra, defendis eum. Qui igitur deceptus es? Nonne uero accepta pecunia, uerba illa protulisti? Est autem operae precium audire ea quae Hermogenes in arte dicendi tractauit, de ijs quae ab initio ad finem dicuntur: Si in uerbis, inquit, fuerint, ex scripto & sententia soluentur: sin in affectionibus uehementioribus, deprecatione: sin in factis, in finita quaestione. Inuenimus autem praecipuum hoc, in eo quod ad uerba attinet, haud esse sanum. Verba enim Aeschinis sunt, Conseruabuntur Phocenses,

Quomodo? si Respublica nostra expeditio nem suscepit: si quid pro Phocensium salute decreuerit. Refutationes enim scripti, addito eo quod incidit, fiunt, ut in illo, *Hesperes murum ne conscendat*, hoc scriptum est. Refutatio autem, cum paulum quiddam scripto adiecerit, sententiam facit, dicendo: intelligendum esse exploratorem, eum qui in Reipublicae fraudem circumspectat, & curiose peruestiget: non eum, qui salutis causa id faciat. Vides ut scriptum tanquam mutilum, cum ei aliquid adijcitur, solui uideatur? Rursus in illa coniecturali quaestione, *Confidite populares, propediem soluemini*: hoc est scriptum, & uidetur praecipuum conseruari: adiecto enim paruo additamento, uidetur solui scriptum. Hic autem in oratione in Aeschinem, non seruari praecipuum hoc uidemus, sed est hic color translationis simul & deprecationis. Ait enim se deceptum a Philippo, illa dixisse. Proinde si culpam in Philippum transfert, translatio est. Sin ueniam petit, ut deceptus, fit deprecatio. Non igitur citra diligentem inquisitionem accipienda sunt artium praecipua, tanquam leges, sed ad multas & uarias traducenda causas. Quod si quadrare praecipua uideris, tum confidere licebit, & uti. Sin paucis quadrarint, non autem omnibus: manifestum erit, ea non esse sana. Neque enim in figmento illo de hospite constabit praecipuum. Diues & pauper contrariae factionis in Republica. In conuiuio iurauit diues se regnaturum, uicissim iurauit pauper se tyrannum occisurum. Inuentus est mortuus non spoliatus pauper, a conuiuio recedens: caedis accusatur diues. Quale enim est primum signum? Iurauit se regnaturum diues. Hoc igitur est in scripto situm. Refutatio hic non ex sententia sumitur, sed ex deprecatione: per ebrietatem enim se dixisse ait. Quomodo igitur dicemus, ueram ferre legem magistrum artis? Ne uero inconsideratum hoc putetur: dico signorum & circumstantiarum, atque eorum quae in uerbis posita sunt, partim sic dici & esse talia, ut nullo egeant additamento: alia sic, ut ad duas uias feratur enarratio. Quibus enim aliquid addi potest tanquam deficiens, ea soluentur per sententiam. Quae autem perfectam habent sententiam, ea uel translatione, uel deprecatione soluentur. Ad deprecationem autem

pertinent

disiunctio:

pertinent & amor & ignorantia, & simplicitas & incertitia, & quæ sunt eius generis. Venia enim ab animi perturbationibus notatur. Sed quia sæpe obiectiones tum deprecatoriarum, tum translativæ, insertæ eidem quæstioni inveniuntur: è priorè quæstio est signanda. Nam si deprecatio fuerit prior, deprecatoria fit quæstio: sin translatio, translativa. Siquidem, cum in fortunam conferat cladem in oratione de Corona Demosthenes, per translationem se defendit. Neque enim potest fortuna, Hermogene autore, iudicio postulari. Hic autem ignorantia accepta tanquam refutatione signorum, quum se ignorasse ait Philippi ingenium, deprecatione soluit. * Nam si verè ignorasti, aut deceptus es, uenia tibi dabitur. Quia etiam iracundiam in Midiana, cum sit animi perturbatio, deprecatione soluit: *Siquidem ex iracundia fecit ista Midias, &c.* Sed redeamus ad propositum. Refutatio igitur coloris uoluntatem introducit, & quo pacto: Siquidem ex improbitate, argento & muneribus acceptis, & rursus ordine: Quare non circumuentus, nec deceptus, sed locata opera sua, & argento accepto, hæc ille dixit & prodidit. Diximus autem orationis initio, auspiciatum eum esse à uoluntate, in capite de facultate. sed maximam tractationis partem ad secundam coniecturam reseruauit. ³⁰ Voluntas enim inter duas coniecturas intercessit, quæ & colorem soluit, & alteram coniecturam introducit. Eam porrò sumit à causa, his uerbis: eum locata sua opera, & accepto argento, sibi prodidisse. Causa enim hic queritur, quamobrem uoluerit Aeschines fallere populum? Maximū autem in uoluntate est causa. Vbiq; enim in examinanda uoluntate causa est inquirenda. Quod si à uoluntate causam sustuleris, inutilem & superuacaneam reddes uoluntatem. Qua de causa uolui prodere? qua de causa uolui fallere? *Vt argētum acciperes, inquit.* Deinde quia ex tractatione occurrebat: non fuit occasio ut Philippi * fieret mētio: tempestiuè soluit his uerbis: Atqui ueniebant nuper legati, Philippo Amphictyoniam esse decernendam postulantes. Tantum autem absfuit ut ei aduersarere, ut etiā patrocinari institueris. Et hæcenus agitur de uoluntate, quæ tractatio communis est, & refutationi coloris, & quæstionē de muneribus introducit. Est aut notatu dignū id quod in arte de in-

cidentibus dici solet, effici colore secundā quæstionē, cum ipse color nihil aliud sit quæstio quæ introducit. Hic autem alius etiā color reperitur, & quæstio alia de qua certatur. Color enim est, *Deceptus à Philippo hæc dixi.* Solutio, *Non deceptus ista dixisti:* Nam si deceptus esses, odisses Philippū. Sed non odisti, non igitur es deceptus. Sed acceptis muneribus dixisti: & hæc causa esse reperitur, cur deceperis. Causa igitur hic fuit secunda coniectura: *Si accepi munera, producat testes o Demosthenes.* * & fit hic incidēs quæstio. Quod si cum his præceptis quæ nunc habentur, non consentit nostri oratoris oratio: non maior habenda est præceptionum, quam Demosthenicarum orationum autoritas. Primi enim inuentores pro legislatoribus habendi sunt: non hi qui pauca ab eis acceperunt. Ad oratorem igitur confugiendum est. ²⁰ Nam & in illa de prodigo quæstione, generaliter nobis pronunciat Hermogenes, non posse fieri ut simplex coniectura sit sine rebus, cum nobis Isocrates contrariam in oratione Euthyniana legem tulerit.

Alterutrum.) Verba tua quæ in pollicitationibus locutus es, ob alterutrum, inquit, omnino dicta sunt. Aut enim Philippum aperte dicentem, *Seruabo Phocenses, & perdam Thebanos,* quum audiuisses & credidisses, renunciaſti: aut cum mitem eum & humanum in alijs rebus uidisses, sperasti eum & hæc facturum, ea que re fretus promisiſti. Frustratus igitur, utraque de causa odisse Philippum debes, quod neque uerba quæ dixit, præstitit: neque spes, quas habuisti, ratas fecit. Atqui palam eum & laudas, & miraris. Quare dicere non potes, te ab eo deceptum esse.

Sed omnes prius Athenienses accusant Philippum.) Ne diceret aliquis, sed tempus non erat accusandi.

Me quidem tractate.) Aequalium dissoluit harmoniam. * Nam remissiores affectus dictionis concinnitatem subire nolunt.

Insuper etiam direpta.) Non enim tantum negat facta esse quæ promiserit, sed cumulum etiam malorum adiicit, de Thebanis, dicendo, *Maiores eos fecit, quam conueniebat:* de Phocensibus, eos funditus euersos, ac Thespias & Plateas adeo non instauratas à Philippo, ut etiam Orchomenum et Coroneam perdiderit.

Demonstrans legatis.) omne suum consiliū uerbis prodens.

Præterea si neminē.) Aggredit̃ ad postulationem argumentorum. Hoc autem dicit, Nisi res testimonium in eum dicerent: quæstiones & eius generis alia circumspicere esset reliquum.

Aurum.) Macedonicum, quod accepit à Philippo, commutauit Atticis nummulis, ut ijs uti Athenis ipsis posset. Aliter:

Præterea si neminem.) Ad argumentorum postulationem accedit alterius quæstionis. Tanquam autem Aeschines testes postulasset, ita respondit, Si neminem quicquam habere possimus ostendere, aliqui famulorū torquendi essent. Testium commedationem hinc orditur, eam dico quæ est de muneribus. & quærimus, quamobrē hic, cum ab una coniectura transiturus esset ad aliā, neq; cōcluserit, neq; principio sit usus (id quod alioqui facere solet) in alterius quæstionis initio, sed ita utramq; cōiunxerit, ut ingressus non facile discerni posse uideatur? Respondemus, ubi res à rebus sunt diuisæ, ibi eum & concludere, & exordiri. Vbi autem aliqua cōiunctio est, & nō est causa simplex: ibi complicare & capita, & res. Quod ipsum etiam ostendit, nō simplicem esse coniecturam præsentem orationem, ut quidā putarunt. Nam cum ea quæ incidit, ad demonstrationem prioris adhibeatur: propterea non tempestiuum esse duxit diuidere cuiusq; probationem, sed contrā potius priora cum posterioribus coniungenda. Nam quod incidens coniectura adducitur, id argumento est, eum de industria fefellisse. Fit autem incidēs, eo quod perfectam tractationem ostendit è colore exoriri: sed non omnino ipse color sit secunda quæstio. Est autē consuetudo Demosthenis, & ante obiectiones ponere refutationem, & post obiectiones. Vide enim ut recta sit solutio postulationis argumentorum. Sic enim occurrit, quasi Aeschines testes posceret: *siquidē neminem legatorum quicquam accepisse ostendere possemus, essent aliqui ex famulis torquēdi.* Neq; enim tum quæstiones haberi de liberis licuit, sed uel de seruis publicis, uel de famulis priuatorum. Quod si ostēditur Philocratem accepisse, huius uerò amicus est Aeschines: ergo accepit & cum Philocrate Aeschines. Cum enim coniecturalis & hæc ipsa quæstio fieret, si Philocrates accepit, accepit &

Aeschines: immoratur huic parti, ut probet ex summa amicitia & magna coniunctione Aeschinem accepisse. propterea & contraria in contentionem adducit. Non solum enim à familiaritate, sed ex eo etiam, quod, cum se ea suspicione liberare potuisset attestādo, nō prodijt, neq; id fecit: quam orator eum citaret. Ait igitur: *Neque uerò prodijt Aeschines, neq; se ostendit.* Itaq; circumstantijs & signis probat, quæ ducuntur à factis & prætermisis. Ac illud quidem à factis sumptū est, eum semper esse cum Philocrate. À prætermisis autem, quod citatus se non stiterit. Postea cum & hoc commune esset (neq; enim alius quisquam testimonium in Philocratem dixerat) alijs dat ueniam, Aeschinem autem à crimine non absoluit, his uerbis:

Ac cæterorum quidem cuique causa est, isti uerò horum nihil.) In hac parte etiam aperte mentionem Phrynonis facit, eademq; arte utrumque conficit, tum ne legatos aliquos offendant, tum ut eos conciliet. * Siquidem enim offenderit, commouebit eos, & ad dicenda conuicia adducet, & per id probabit se criminis eorum non fuisse socium. Sin conciliarit, habebit eos paratos ad dicendum in Aeschinem testimonium, id quod per totam secundam coniecturam struit.

Perseuerat autem in oratione contra Philocratem, quod per plura argumentorum genera corruptelam probare studet.

Ad illum autem uenit.) Coniunxit se cum Philocrate, & partium illius fuit.

Non placere sibi.) Simplicitate uerbi allcit legatos ad dicendum testimonium. Nihil enim magnum & admirabile est illud, *Non placet mihi.*

Missum equidem facio.) Vide autoritatis magnitudinem, cum ipse loco ciuitatis pronunciet.

Affinis illi fuit illic.) Multum acerbitalis habet, & modestiæ. Nam & excusando infectatur: & dum celat dedecus, modestus est, generum eius ciuilitate nominans Philippum, propter filium.

Nec cum uos missum eum facitis, uos missos facit.) Adeo in Philippum dicere non uult, ut ei non patrocinari, fraudi sibi esse putet. *Nam tamesi uos eum absolueritis, dicentes, periculo te liberamus, ne Rempublicam gerito, discedito: non recedit à uobis.*

Hæc

Hæc non ne clamitant?) Parum abest quin uocem etiam rebus adiungat, ut uiuam red dat orationem. & uerbū *continenter*, copiam probationum ostendit.

Et quis dicit in me, inquit, *testimonium*?) Cum stomacho sic est positum. Tāquam autem probatio rebus ipsis acceptorū munerum eum coarguat, sic obiectionem cum gestu introducit. Quæ cum ita ostendantur, inquit, audet dicere: *quis me accepisse munera testatur?* Refutatio autem rerum & uerborum contentione constat. Vtra horum fide sunt digniora? Res nimirum.

Hoc enim est illustre.) Siue quòd hoc Aeschines ut magnū & illustre profert, siue quòd illud palam à te factum rem probat euidentiū.

Responde uerò.) Aut ad superiora refertur hoc: aut, cum, inquit, alij legati causam habeant, tu nullam habes cur non pareas. Nam responde: Cur non paruisti cum citare?

Surgito.) Quia reus in altero subsellio sedebat, dum in altero subsellio accusator suam orationem absolueret: aut, responde ad id quod nunc dictum est? Responde, an non res sint testibus fideles?

Qui enim noua iudicia.) Inusitata enim fuit Timarchi accusatio, quòd eum, cū iam penè consenuisset, impudicitiae reum fecit, omīssa iuuenili atate, in quam suspicio cadebat. Cum autem suprā dixerit, quam obrem citatus quum Hyperides ad senatum referret, non paruisti: atque obijceretur, Non enim meditatus eram, neque sum promptus ad dicendum: causam sustulit his uerbis: Qui enim causas nouas tanquam fabulas, easq; sine testibus, ad constitutam diem accusator obtines.

Tanquam fabulas.) Veluti figmenta. Hoc propterea dixit, quòd histrio fuerat Aeschines. Introducuntur enim ibi quoq; in scena nouæ fabulæ.

Easq; sine testibus.) Significat Timarchum ab eo reum peractum, nulla iusta probatio ne adhibita: idq; ad hoc etiam iudicium est utile. Neque enim ipse testes producit, ut simile simili collatum, parem apud auditores obtineat autoritatem.

Ad præfinitam diem.) Quia quibusdam causis propter magnitudinem, dies terminus præfinitur, & aquæ, quantum satis est.

Obtines.) Accusator & actor.

Cum autem multa sint & graua.) Aliud signum, & ipsum à rebus gestis. Peccat autem nonnihil in hac parte tractanda, quòd tempus quo est obita legatio, non urget. Est enim hæc tertia legatio ad Philippum, cum is in Phocide iam esset. atque per hoc probat tum euidentiā corruptelæ, tum id ipsum quod est prætermisum. Quam enim ob causam non deprehenderit orationes Aeschines post exitum, ex eo probat, quòd Aeschines illic manserit.

Eiurari statim.) Sapientissimè adiectum est, *statim*. Cū enim & Aeschines eiurasset, suum quidem factum probabile esse ostendit: sed Aeschinem cum prius consensisset, malitiose detrectasse. Ostendit autem simul & beneuolentiam. Nam me ut bonum ciuem populus coegit. Differunt autem *ἐξωμοσία* & *ὑπωμοσία*. Nam *ἐξωμοσία* est, cum aliquid omnino negatur cum iureiurādo: sed *ὑπωμοσία* est dilatio cum iureiurādo, si quis iurat, se nunc quidem hoc facere non posse, facturum autem id esse potest. *δωμοσία* est ea quæ fit in iudicijs, cum iurat & accusator & reus, quæ eadem & *αὐτωμοσία* dicitur.

Ne concio indiceretur.) Ternæ singulis mensibus statæ conciones habebantur, sed *σύγκλητος*, non definita erat. Vocata est autem concio *σύγκλητος*, quòd in legitimis & consuetis ultrò populus concurrebat. Cum uerò ex necessitate aliqua habebatur, quidam circumibant, & conuocabant.

Et negocia Philippum effugerent.) Nimirum ne non euerteret Phocenses. Illud autem uide, ut nos hic docuerit, etiam tertia legatione missa ab Atheniensibus, adhuc incolumes fuisse Phocenses.

Neque enim frumentum erat.) Alij de Macedonia intelligunt, alij de Phocide. Deinde quia probabile erat, fore aliquos qui cogitarent, Atqui aliunde inuehet: refutandi gratia dicit, Neq; frumentum inuehi poterat.

ἴρα.) capiebat & subigebat, sitq; ab *ἀγῶ* uerbo circumflexo.

Quid ais?) Venusta fictio personæ contradicentis, quasi Athenienses ad ipsum se conuertant.

Sed manendum fuit.) Hoc sub persona Demosthenis.

Qui

Qui igitur.) Per interrogationē. Sic enim ait orator, Quid igitur? * quod manere necesse fuit, & finem habuit conductio? nonne spōfore Aeschine & promissore, inquit, Phocenses perierunt?

Vobis concionem habentibus.) Nimirum cum deliberarēt, siue denauali, siue de re aliqua alia. Hic autem illud obseruabis, quod iam antē cognouimus, eos non in Pnyce duntaxat habuisse conciones, sed saepe in Piræo, & in alijs locis, & demum ubicunq; conueniebant. is locus cōcio uocabat, non quod loca conciones dicerentur, sed quod populus ibi conueniret: quod ibi conciones haberent. Pnyx autē uocabatur, eò quod populus ibi πῦνξ, id est crebrò cōgredere.

Quia talis tumultus.) Hic apposuit eam quæ probabilis dicitur, defensionem: Atqui si conscius mihi fuisset corruptelæ, non ita palam abijssem, ut efficerem, uti deprehendi possem. Refutatio: Sed adeò insanus es, & totus in lucro & corruptela, ut his omnibus sublatis & despectis, abieris.

Sublatis autem his.) Quibus? agrotatione, Thebanorum metu. Quia principiò dixerat, se tam inuisum fuisse Thebanis, ut & pecunia interfectori promissa proscriberent, & cætera. Est autem uidere operæ precium, qualis sit color signorum: Eiurauit Aeschines, alius creatus est, ipse proficiscitur post legationem. Quid igitur dicet ad hæc? non delectam fuisse creationem: nec absurdum fuisse, ut creatus cum esset, postquā melius habuit, iret ad Philippum. Orator autem, antequam, inquit, alius electus esset, eundem fuit, non postquam perijsse Phocenses audieras.

Et talis rei.) Patrius mos fuit, mittere Apollini in ludis Pythijs spectatores, & sexuiros, ut maior esset sacrificij dignitas.

Quæ Thebani & Philippus faciebant.) Thebanis Philippo adiunctis. per hostes significat, atrociam Philippum etiam optasse. Vide autem, ut quod impunè licebat, excipi conuiuio, et libare, legatis ut testificarentur per suaferit: coronam autem gestasse contra patriam, id quod erat consequens, etiam si nō dixissent legatis, confirmauerit?

Et inuitationes.) Id quod fieri solet in conuiujs, ut alij alijs pocula propinent. saepe etiā ea ipsa pocula donasse regem, quibus propinarat, ex auro facta ferunt: hoc enim erat propinare. Atq; hæc rursus crimina et signa proditiōnis facit.

Decretum.) Id quod ciuium quidam fecit, cum iureiurando dato, Aeschines ualitudinem excusauit.

Abijt igitur contra legem.) Hic iam cōcludit, & crimina colligit, absoluta secunda quæstione. Usitatum enim ei est facere, ut post confirmationem concludat. Sunt autem secundæ quæstionis capita hæc. omissorum unum primum: nunquā Philippi malè meministi, cum te in pericula incidisse uideres: post pollicitationem, non es illi offensus. A factis: Cum Pytho uenisset, atq; alij quidam legatis, & postularēt, ut Philippus Amphictyo decerneretur, refragantibus omnibus solus suffragatus est. Is color coheret cū hoc: cuius mentionem prius non fecimus, nunc autem addemus: bellū ueritus, suffragatus sum legatis. Admiranda est autē oratoris calliditas, quod non ut colorem introduxit, sed concitatē: & inflammare magis quàm defensionem probare instituit. Tertium signum est, quod Philocrates accepisse se fatetur. at iste Philocrate familiariter utebatur. Quartum, cum Hyperides Philocratem detulisset, & ego apertè citarem eos qui testificari uellent, se socios ei non fuisse: non prodijt Aeschines.

Fortassis autem.) Obiectio epilogica, quam utiliter finxit orator, ut ostēderet Philippū esse magnum, dicendo, cōmouebimus eum ad iram, si amicum eius puniemus: ut per hoc moueat iudices, ut Aeschinem punire malint. Aliter.

Fortassis autem.) Ab utili sumitur obiectio, cum quæritur, utrum expediat eum condemnare. Sed quia conclusiones à summis capitibus sumuntur, propterea saepe ex his epilogicæ quædam incidunt obiectiones, in coniectura & in finitione: iam uerò & allicubi in alijs statibus. Nunc autem de supplicio agitur.

Fermè igitur.) Non tanquam ab Aeschine hanc introduxit, sed tanquam ab aduocatis, his uerbis: Fortassis autem & talis afferetur ab istis oratio: uidelicet à factione & patronis Aeschinis. Refutatur autem per antiparastasim. prius autem expolijt refutationem, quàm obiectiōnem, tum ex Aeschinis uerbis, tum ex eplis, partim regis & Timagoræ facta mentione, partim Thebanorum & legatorum. Coniuncta sunt autem exempla utraq;. Nam priore perstringitur Aeschines, & Timagoræ similis esse ostenditur: alterum laudationē cōtinet oratoris, sub ima-

sub imagine Philonis. Quæ enim quidam de oratore dixit, ijs Demosthenes dicendis seipsum celebrare uult. Figuratè enim tum aduersarium perstringit, tum seipsum commendat. Astruit & propositum illud, benefacturum fuisse Philippum Reipublicæ Atheniensium, nisi essent qui acciperent munera. Ut autem ex refutatione aptè ueniret ad sequentem obiectionem, rursus per occasionem meminit suorum consiliorū quæ dedit republica deliberante, quibus de rebus facienda esset pax, & de Aeschinis uerbis, * eum non dixisse sententiā, cum tum aduersaretur. Iterum enim recurrit à signis, & ostendit, quibus dicendis, & quibus agendis Aeschines quò patriam perduxerit. Vbi igitur fecit: *Cum ego primo essem die superior, et uobis persuasissem, ut sociorum decretum confirmaretis, iste postredie uos impulit, ut in Philocratis sententiā iretis: sic crimen simul à Philocrate in hunc transfert, simul sequenti obiectioni locum præbet, simul etiam commonefacit se non tacuisse. Cum enim in his dixerit qualia decreta populo comprobanda persuaserit, deliberanti de pacis faciendæ ratione, cum duces bellū malè administrassent, & referat quibus uerbis Philo Thebanorū ciuitatem defenderit, quibus Aeschines Atheniensium: necessariò ad obiectionē uenit, in qua fieri potuisse negat, ut pax ita fieret, quemadmodum postulet Demosthenes, & propter aduersarij testimoniū inter optimos ipse refertur. Nam si is postulabat ut pax optima fieret, & palām dicit Aeschines testimonium, qui ei fuit refragatus: laudem sibi per hoc testimonium conciliat amplissimam, & Aeschinē probro afficit haud uulgari. Sunt igitur tres obiectionis partes. Nam alia cōtinet laudem oratoris: alia confessionem, postulasse Aeschinē, ut fieret pax: alia, duces malè administrasse bellum. Eius autem refutatio sumitur à corruptela, unde etiam secundo loco post secundā coniecturam collocata est.*

Alius uenit, alius abit.) Ita quidam, Venit alius ad habendam cōcionem: alius abit, nec sustinet audire.

Eos dixisse multa.) Cum de proditione & corruptela disserat, non sustinet sua persona uti, sed ut ex alijs auditum refert.

Thebanorum legati.) Cum indignatione legendum: hi qui Medum susceperunt.

Et uisum est spectaculum insolens.) Thebani Atheniensium studiosi, et Atheniēses cum

Thebanis sentientes.

Non pro Thebanis, sed pro nobis.) Orator quidem Thebanus fuit, sed oratio digna Atheniensibus.

Hæc enim sunt quæ dixit Aeschines.) Immutauit ordinem: & quod primum est, posteriore loco dixit, ut totum imputaret aduersario.

Ligna, frumenta.) Ea habere Philocratē sciebant omnes. sed cum antè patrociniū probarit, ui ostendere conatur eum illarum etiam rerum esse socium.

Eam non fuisse bonam, neq; qualem uolebant.) Translatiua obiectio, in duces culpam conferens. Facit autem eum confiteri, pacem esse malam: ut soluamus, ob eius corruptelam factam esse malam, nō per duces quos criminetur.

Vtrum ex alia.) Ut quæ uicit.

Aut hac.) Ut quæ succubuit.

Iam illud etiam.) Secundum argumentum eodem pertinens. Studet autem per secunda probare, neq; uictoriam neq; cladem in causa fuisse, ut Philippus malefaceret, sed proditionem legatorum. Ait enim, Etiam si ita cecidisset, ut bello uinceremur, sicut etiā Thebani à Phocensibus, nihil obstitisset, quo minus auctæ essent opes reipubl. nisi Philippi opes auctæ essent. Bello enim uincantur Thebani à Phocensibus. Philippus autē cum Thebanis uictis cōiunctus, propter orationes legatorum erexit fortunam Thebanorum.

Receperant suos.) Obsessos & circumuentos suorum quosdam in oppido quodam conseruarunt Phocenses, & eripuerūt. Hedylaum autem locus, aut mons est Bœotia.

Malorū autem Ilias.) A Troianis malis sumptum prouerbum, in eos dicitur, qui acerbissima quæq; patiuntur. Genethlius asserit casum esse mutatum, & fuisse dicendum Iliadis mala.

At hercule socios.) Eadem est obiectio cū superiore. Ut enim pax mala fieret, in causa fuerunt & duces & socij Phocenses fatigati bello. Tractata est autem per ironiam, quasi diceret, Sed tamen adeò palām uictis Thebanis, audet dicere Aeschines, Phocenses bello fuisse fatigatos. & sic obiectio propter ordinis opportunitatem ipsa se soluit.

Nam hæc ita.) Hoc aptissimè sequitur obiectionem. Cum enim de eo Respubl. delibaret, qualis pax faciēda esset, & quibus

l conditio-

conditionibus, accusat Aeschinē Demosthenēs, eum progressum, fuisse autorem, ut ea sine Phocensibus fieret. Vicissim Aeschinēs Demosthenem accusat, eum fuisse autorē, uti pax sine Cerfoblepte fieret. Cum autem in superioribus refutationibus ostēderit, Rempublicā non eò quòd bello uinceretur, ab Aeschine coactā esse talem facere pacem: rursus hic defendit, nō sua culpa perisse Cerfobleptē, quòd dixerit, non expectādos esse eius assessores: sed Aeschinē, qui moratus fuerit, & nō in ea loca proparit, ubi Philippū esse audierat, ut Demosthenes scripserat. Obiectio igit̄ recriminatione constat: nō modo suauit nobis Aeschinēs pacē sine Phocensibus esse faciendā, sed & tu nobis suauisti Demosthenes, sine Cerfoblepte esse faciendā. Recriminat igit̄ alter alterū de cōsilijs: Demosthenes Aeschinē, quòd sine Phocensibus: Aeschinēs ora-
torē, quòd sine Cerfoblepte. Quare cū probasset Demosthenes, nō bene sine Phocensibus: hic iā probat, bene sine Cerfoblepte, pro ratione temporū. Facile enim fuisse legatis, omisso Cerfoblepte nauigare in Thraciā. Est autē cōsuetudo Demosthenis, ubi difficilima prius, & ea quæ formidat soluit, pōst subiicere saepe ea ipsa, molesta quæ sunt, hoc est, aduersariorum propositiones. Progressa igitur tractatione hoc subiicit:

Hinc igitur eos eduxi.) tanquam festinans seruare Cerfobleptem.

Istis uerò morantibus et nolentibus.) ut eum proderent. Et rursus deinde:

At fuisse nos Philippū in Hellepōto deprehēsurus.) Hæc enim eius uerba sunt, qui innuit celeriter faciendā esse pacē, ad seruandū Cerfobleptē. Quin & Euclidis testimoniū, illud ipsum confirmat. Ob tarditatē enim legato rū dixit ad Euclidē Philippus, se ignorasse tempus pacis, & propterea se subegisse Cerfobleptē. Quare pars hæc confutationē cōtinet obiectorum Demostheni criminū, & recriminationē Aeschinis, qui ultrò proiecerit Cerfobleptē. Sed cū Cerfobleptæ nomen refugiat, & eius mentionē, Thraciam illius loco ponit, & maiori id quod minus est comprehendit: et plura maioraq̄ obiicit, quàm obiecta refutat. Dilucidiorē autē fecit & aeriorē præcepti usum, cū postea dixerit:

Autor ego uobis eram, & iubebam nauigare quàm primū in Hellepōtum.) Celeritas enim & festinatio indicat Demosthenis sollicitudinē, & studiū cōseruādi Cerfobleptæ, ut peditio

cunctanti & moras neccenti accepta ferat.

Et ex ijs quæ restabant.) Thracibus dicit. Ita scit nō esse crimina principalia, sed tanquā residua confirmationis.

Et non proijcere, neq; sinere.) Ostendit nō propter non expectatos Cerfobleptæ legatos, sed propter Aeschinis tarditatē perisse Cerfobleptē. Itaq; peditio ibi apparuit. Deinde quia obiiciebat, *Sed obscurū fuit, an ea Philippus nondū occupasset:* partitus est refutationē, et bi fariā extulit. Ac tamen occupasset, non tamē occupat omnia: atq; illa ipsa quæ occupat, utiq; reddidisset presentibus nobis, et cæteris pepercisset. aut ni ita fecisset, iusiurandū ab eo nō accepissemus: et omnes cauti fuisset ijs cognitis, ne de Phocensibus deciperemur. & per sequētia pbat, facile recipi potuisse Cerfobleptē saluis Phocensibus.

Interiecto tēpore.) inter pacē et iusiurandū. *Intendere.*) minari.

προηγουμένην ὑπὸδρα.) prius absumpta esse, *vorhin verbrauchet.* Ducē autē Proxenum intelligit, ne pretextat metum aut periculū.

Congressi cum Proxeno sumus.) Ne dicat, Scripsisti tu quidē sumendam esse nobis à Proxeno triremem, sed nō potuimus eum inuenire. propterea subiicit: circū profecti sunt, per anfractus quosdam, nō recta uia. Pella autem patria Philippi uocata est, à boue pellei, hoc est cinerei coloris. uel à pelis, hoc est lapidibus, Macedonum lingua, nomine imposito.

Muros.) in Thracia nimirū, loca & castella. Considerabis autem eum suprā dixisse, proficiscerentur, se ipsum crimini eximendo: pōst autē & se ipsum immiscuit, cum id esset, propter necessitatē, criminis expers.

Tres et uiginti dies.) Refutationē continet obiectio. Cum enim posset Aeschinēs obiicere, At non facile fuit breuissimo tempore ad Philippum uenire: dupliciter soluit. Maximē inquit nauigandū fuit. Quòd si nauigare noluissetis, fatis fuisset tēporis, ut etiā terra pfecti Philippū conuenissetis.

Interea Doriscum.) Ostendit qua de causa perierit Cerfobleptes & Thracia: ac alia crimina in Philippum confert, alia in legatos.

Me crebrò multa dicente.) Ne semel obiter dixisse uideatur, apposuit, *semper, & publicè, et apertè dicente,* tanquam potuerit conseruari Cerfobleptes. Variæ autem conciones, & consilia, & fictiones, & susceptę legatorū inimicitia, indicio sunt, quàm & bene cupiat Reipub, orator, & quàm insidientur illi.

Qui uerò

Qui uerò illis refragaretur.) Hoc dixit, ne fieret crimen omnino cōmune, sed priuatum. Idē iam dudū etiam efficere studuit in argumentorū postulatione, cū diceret: maximum id esse signum corruptelæ Aeschinis, quòd cū liceret ei, dicto in Philocratē testimonio, suspitione liberari, neq; prodire, neque quicquā Philocrati cōtrariū dicere uoluerit. Hic similiter eodē signo usus est et de cæteris legatis, inducēdo illos & cohortando ad dicēdum in Aeschinem testimoniu.

Qui uerò sint horum participes.) Magnum est artificium. Nam cum ipse accusetur, tātum abest ut illam contra se ansam suppeditet, ut etiā isdem de rebus accuset. sed ipsum uerbum, nefarios homines, indicat patriæ amorem. Non ne enim maximè sunt impij, qui eam terram produnt, in qua solem uidentur primū?

At uerò eo tempore.) Quo tempore Pellæ se debant, Philippum expectantes. Vult autem exaggerare facinus, et confirmare corruptelam: siquidem in reditu iusiurandum exegerunt, & non in ipsa Macedonia, neq; in medio exercituū, neq; in fano: sed in caupona, & clām, in reditu. Et si autem apparet, eum dare operam, ut inflammet ad iracundiam iudices, nihilominus tamen se quoque purgat. Ne uerò diceret, nō adfuisse adem, comparat inter se loca, quamuis in propinquo esset templum, iusiurandum in caupona esse datum, loco profano & contēpto, idēq; cum edes Castoris & Polucis uicina esset. Quapropter etiam testes eos aduocat qui locum uiderint. Adijcit autem iusiurandum, nō quòd ordo postulet, sed ut signi signum id quoque fieret. Nam tarditas signum est corruptelæ & ultrò dedita Thraciæ. Iurisiurandi autem mentio, qua ostenditur, neq; uno tempore esse datum, neque conuenienti loco: signum corruptelæ confirmat.

Quū huc iam exercitus.) In Phocenses, dicere uult. Quando supra cōfirmauit, murū & securitatem Atheniēsiū fuisse Phocēses, dum essent incolumes: sed quia illa perierint, apertam ei esse uiam in Atticam.

Deinde literas Philippi.) Quas legit in oratione, ubi dixit, Ego feci hæc inuitis Atheniensibus.

Decretum Philocratis.) In quo scripsit, utrisque tenenda esse quæ teneant.

Plebiscitum.) In quo correxerunt, unicuique sua esse tenenda.

Atqui Philippum.) Pergit in confirmatione. Nam crimen ab omni parte graue cum sit, per omnia probat, non sua culpa perijsse Cerfobleptem.

Age, recita etiam alterum testimonium.) Cum ciuitas audisset perijsse Cerfobleptē, postea misit Euclidem, qui Philippū accusaret ob ea quæ facta essent in Thracia. Is uerò respondit, se nihil deliquisse. Serò enim tandem congressum esse cū legatis, & ante datum iusiurandum illa occupasse. Intueberis autem & obseruabis uerba, ut in ijs quæ extra periculū erant, dixerit, discessimus: ut uerò in ijs quæ reprehēdi poterant, Oreum uenerūt isti, longè se ipsum remouens. Itē illud, non expectarunt præconē, hæc & similia obseruabis.

Neq; uerò posse negari.) Cum se ipsum defendit & probarit, non sua culpa perijsse Cerfobleptem: hinc orditur crimina quæ obijcit Aeschini, cōfirmare, probatq; per eum perijsse Thraciam.

Considerate quid agant singuli.) Tempestiue uult suam liberalitatem declarare, quæ uigilantiam & studium suum indicet, ueluti, ubi errat ciuis meus? ubi erumnam tolerat indigna captiuus? Attribuit autem captiuos huic parti, ut suspitionem tolleret. Quis enim uellet ab hostibus accipere munera, qui suas ipse opes ciuibus & reipublicæ impendit? Sed & munerū hospitalium mentio facta hoc loco, plena est artificij. Neq; enim sic corū meminit, tanq; incredibile aliquid cōfirmaret, sed pro confessis est abusus. Xenia uerò eis dedit Philippus, inquit. Partit autē argumenta corruptelæ hoc etiā loco, ut ea quæ ad se attinerent, auerteret. Cum enim necesse esset, eum qui Cerfobleptē ultrò pdidisset, propter pecuniā prodidisse: necessariò quæsiuit hic, quis sit qui pecuniā acceperit? Qui enim xenia noluit accipere à Philippo, sed ea odit & auersatus est, & alios accipere uetuit: eum non prodidisse cōstat. Cur enim prodere uoluisset, nullo emolumento proposito? Sed qui clām accepit munera à Philippo, eum perspicuum est Thraciam ei condonasse. Id quod fecit Aeschines. Per Aeschinem igitur Cerfobleptes periit.

Δικαστῶν Ζεὺς.) probabat, tentabat. Trās latū est à tintinabulo, quod noctu circumferunt custodes, exploraturi an excubitores portarum uigilent.

Vt autem frustrabatur.) Hic suā uoluntatem cōmendat in Cerfobleptæ negotio: quem

1 2 probabilius

probabilius fuerit proderet? cum, qui suas opes pro captiuis effuderit? an qui clam à Philippo xenia acceperit?

ὄντως accepturum.) id est, simplicius, quasi ea non significarent corruptelam.

Age uerò & quæ ipse.) Duo hic probantur, tum seipsum non fuisse corruptum, tum se solum ex legatis esse amantem reipublicæ. Cum enim crimē ad omnes pertineret (omnes enim uidebantur tempus triuisse in Macedonia) æqualitate distinctionem soluit: Isti quidem inane ocium agebant, ego uerò ex usu captiuorum moram trahēbam.

Diffidentes, ut mihi uidetur.) Magnum ostendit sumptum, adeò ut & captiui non posse fieri putarent, ut gratis dimitterentur. Verbum *mutuabantur*, contumeliosum esse uidetur. sed cum augere sumptum uellet, dixit, se & usuram & sortem condonasse.

Quibus ipse mutuarat argentum.) Cum usura male audiret, in initio quidem * commonefecit: sed commodo uerbo *mutuarat*, effugit ab sitiditate.

Et donauit calamitosus.) Cōputat sortem cum usuris, ut duplicata uideatur sua liberalitas.

Cum ceteri à Philippo.) Innuit * omnes fuisse dimissurum, ni anteuertisset, & promississet se eos soluturū, & daturum pro uiribus. * Omisisse se ait data sibi à Philippo nomine xeniorum.

Dono dedi.) Quæ donarat captiuis.

Graue igitur mentiri.) Mihi quidem graue est, uel parum mentiri. Aeschines autē presente tota ciuitate mentitus est. Si graue est mentiri apud paucos, idq; calamitosos: grauius est apud totum populum, eumq; Atheniensem. Soluit autem obiectionē, ne quis dicat: At potuisti etiam secundam legationem eiurare, ne abires cum legatis, sed priuatim? subiicit igitur, sed non erat mihi tutum priuatim abire, & oberrare illic, nō habenti legatorum securitatem.

Priuatim eiurata.) Non est ociosum, sed refertur ad Aeschinē legationem, uel potius profectiōē & errationem cum Philippo.

ἔξωλῆς.) extorris patria.

πρωάλῆς.) obiens ante fatum.

παράλληλα.) Si conferantur & comparentur inter se.

Et generosus iste.) Magnitudine criminum Thracense illud crimen diluit. Nam qui supra dignitatē & præter expectationem aliquē accusat, qui minus deliquit: ei propter magnitudinē fidē abrogare solēt auditores,

Abrogaturum promississe.) Et hoc absurdum est propter magnitudinem criminū. Quis enim credat totum Atheniensem populum prodi posse ab uno homine Macedoni?

Quod ea reprehendi.) Hæc refutatio est.

Qui enim corruptos uellet reprehendere, eum ab omni corruptela esse alienū oportebat. Additur & alia refutatio, *Veritus ne unā perirem obiter.* Quis enim eos proderet, cum quibus unā periturus esset?

Dercyllus autem eum.) Ne ut hostis loqui uideatur, alij tribuit orationem. Atq; etiā nocturnū tempus suspiciōē mouet. Non amplius autem hæc de Thracia dicit, ne ueluti priuatim fiat crimen, sed ad totam pertinet at corruptelam. Cum enim Aeschines Demosthenem accusasset proditi Chersobleptæ: propterea referuauit corruptelæ probationem, ad hanc quoq; partem.

Et hæc à me uerè dicit.) Qui fit, ut cum accuset, se testimonium dicturum promittat? * An constat, in alijs id fieri, & non in ijs quæ inscribit? Est autem scripto testificari periculosius. Quoniam igitur absurdum erat, eundem & accusare & dicere testimonium: præcepta nobis dat, & uiam præscribit, addendo, *& uerbis & scriptis.* Qui enim de scripto testimonium dicit, seipsum obnoxium reddit accusationi. Deinde cum rationes referri postulet, non inusitatum est, si de scripto uult dicere testimonium.

Quin & propter aliam utilitatem id facit, ut & alios hortetur ad idem faciendum, semetipso alijs in exemplum proposito, & dicendi testimonium uiam illis inueniens, * non ijs de rebus quas nunc proposuit. Accusat enim proditi Phocesium hic, & corruptelæ, quod noctem & diem apud Philippum mansit Aeschines. Magnum autem discrimen est testis & testimonij. Nam testis coram ingressus, testimonium dicebat, & non erat obnoxius. Qui autem testimonium conscripserat, seipsum obnoxium faciebat ei, in quem dictum erat testimonium, etiam in posterum tempus.

Deinde cæterorum legatorum.) Cum prospiceret legatorum offensionem, utiliter eos ad dicendum testimonium citat. Aut enim ea dicent quæ ipse uolet: aut aduersando ostendent, se in legatione non idem egisse quod ipse egerit. idq; est quod potissimum probare contendit.

Quibus igitur.) Citati legati noluerunt dicere testimonium. Quare dolenter hæc dicit. Quia

Quia in
cui, quater
fuisse uidebat
pacem, opp
mans. Arqui
fili, qui R
tem facere p
biptæ allēsi
perdidisti C
coctus est I
centium pro
que defende
uideretur, &
dem consec
tum de ipsa
cum propter
trinitē temp
est, sed obfeli
quam neque
non accepta
facere soliti
In iument
tra prolixæ or
nibus excida
nouit ideo, u
ta. Quare fra
phicaciones
tem affectum
hac ratione i
morarum ad
Non enim Pl
mel confirm
in quo fallum
in confirmac
in peroration
Et hæc pars e
confirmatio
duo quodam
filla, & Ph
non ex uno
statum, sed e
confirmatio
narratione, i
Afferimus ig
tum in signa
ficut aliorum
Inqui nulli
eoz & Phoe
duntiter Ce
cyonia. Pro
neque enim
Philippus, si
Construati e
uicem conte

cit. Quia uerò signis commota erat obie-
ctio, quatenus Aeschines populo persua-
sisse uidebatur, ut sine Phocensibus faceret
pacem, opposita est alia obiectio recrimi-
nans. Atqui tu Demosthenes grauiora sua
fisti, qui Rempublicam adegeris, ut pa-
cem facere properaret, priusquam Cer-
sobleptæ assessores adessent: & eo pacto ipse
perdidisti Cersobleptem. Propterea igitur
coactus est Demosthenes, non modò Pho-
censium probare proditionem, sed se quo-
que defendere, ne perdidisse Cersobleptē
uideretur, & recriminari Aeschinem ex ea-
dem consecutione, tum de Cersobleptæ,
tum de ipsa Thracia. Vndiq; igitur probat
eum propter accepta munera & suasisse, &
triuisse tempus. Proinde non hæc quæstio
est, sed ostētio & probatio corruptelæ, nun-
quam neque dixisse Aeschinē, neq; suasisse
non accepta pecunia, sed propter munera
fradere solitum.

In summam igitur accusationem redigam.) Capi-
ta proluxæ orationis enumerat, ne audito-
ribus excidant. Atq; ea in peroratione an-
notat ideo, ut maiorem iracundiam concit-
et. Quare statim non probationes, sed am-
plificationes affert. Amplificationes au-
tem affectum mouent. Existimat igitur se
hac ratione impulsurum auditores, & com-
moturum ad iracundiam.

Non enim Phocenses tantum.) Hic quidam si-
mul confirmari duplicem orationē dicunt,
in quo falluntur, cum id eum nec initio nec
in cōfirmatione fecisse constet: sed post, ut
in peroratione, corruptelam exaggeret.
Et hæc pars obiter incidit, quam geminam
confirmationem quidam putarunt, quòd
duo quodammodo crimina sunt, Thracen-
sia illa, & Phocensia. Nos uerò statuimus
non ex uno uerbo metiendum esse totum
statum, sed ex pluribus. Quòd si gemina
confirmatio est, cur Thracēsia illa neque in
narratione, neq; in confirmatione posuit?
Asserimus igitur, eum Thracēsia illa tan-
tum in signum proditionis commemorare,
sicut aliorum etiam signorum meminit.

Atqui nullius eorum.) Post excidium Thra-
ciæ & Phocensium, decreto eum iusserunt
dimittere Cersobleptem, & cedere Amphí-
ctyonia. Proinde dicit, *Atqui nullius horum.*
neque enim antè subegisset Cersobleptem
Philippus, si nauigare uoluisset Aeschines.
Conseruati enim essent Phocenses, neque
urbem contempsisset Philippus,

Indignabitur autem.) Obiectio absoluta de-
fensione constans. Licuit, inquit, uerba fa-
cere, & renunciatio non est obnoxia refe-
rendis rationibus. sed refutat per affirma-
tionem: omnino fuisse uerborum reddē-
dam rationem. Est autem unum ē signis
prioris quæstionis. Est autem absolutio cū
stomacho adhibita.

Indignabitur.) Significat tyrannum, qui ra-
tionem reddere non sustineat. Bene autem
hoc post signa omnia positum est, ut nulla
ex parte præsidij quicquam habeat ad de-
fensionem. Conuictus est se suasisse eadem
quæ Philocrates suasis: prohibuisse, ne in
concilium Græci admitterentur: autorem
fuisse ciuitati, ut sine Phocensibus pacem
faceret: non permisisse ut de iure ulla men-
tio fieret, de Amphipoli dico, & Thracia:
decepisse à legatione regressum. Dixit a-
pud populum, conseruatum iri Phocenses:
at perierunt. perituros Thebanos, at sunt
incolumes. Quī igitur eò confugere pote-
rit, licere uerba facere?

Et hoc, cum fuerit præconibus.) *πρόγραμμα* est
scriptū, quod affigitur ante concionē, ut de
liberetur, siue de mittendis legatis: siue, le-
gatis reuersis, ad cognoscendū quid dicāt.

Vulgi inopiæ.) pauperum administrationi.
Est enim eis indulgendum, ut rem domesti-
cam administrant.

Sed est quædam expeditatio.) Obiectio epi-
logica, & consentanea priori. Altera enim
ait, condemnationem Aeschinis principiu
fore inimicitiarum: hæc præfens, non dari
Philippo benefaciendū potestatem. Ac illa
quidē dicebat, initium fore inimicitiarum
cum Philippo: hæc autē apto ordine, eum
ne benefacturum quidem esse (neq; enim
fieri potest, ut inimicissimus de hostib. be-
ne mereatur) illud de pace dictum fuit, hoc
ad beneficentiam pertinet. In posterū, aiunt,
nō benefacturus est populo, si legatos con-
demnauerimus. sed refutatio sumitur ex ar-
te carentibus probationibus. Profert enim
uarias epistolas, in quibus cum plurima sæ-
pe promississet, nihil eum in rempub. contu-
lisse constet.

Sed epistolas uobis recitabo.) In quibus se be-
nefacturum pollicitus, tandē nihil prestitit.

Frigidum illud nomen.) Arrogantia refertum
scilicet (frigidus enim appellamus arrogan-
tes) dum sursum deorsumq; clamitat, se be-
nefacturum Atheniensibus.

Ad fastidium usq; præterisse.) Fraudis societas

nos capit, aut, ut quidam, $\psi\upsilon\chi\acute{o}\nu$ pro uili.

Vsq; ad fastidium.) Prouerbiale.

Vsq; adeo igitur turpia.) Exordium & aditus digressionis. Cum autem à sua persona sit auspicatus, tueri conatur suam existimationem: in quo philosophico more magis agit quàm oratorio. Oratori enim expedit, *ea quæ incidunt quærere: philosopho, rationem habere in tota uita suæ existimationis & autoritatis. Occasionem igitur sumpsit è uerbis Aeschinis. Demosthenici em̄ artificij est, non à sua persona auspicari, uel uituperationis refutationē, uel suarum laudum approbationē, sed uel quādā & necessitate uideri eò duci. Sic igitur defendere se cogitur, tanquā Aeschines cōtumeliose de ipso sit locutus. Deinde commodè transit à suis moribus ad comparationē morum Aeschinis, & proprius digressionis locus in contentione cōsumitur, ut propè similis sit parti illi in oratione de Corona. Nam illic totam uitam cum tota uita contulit, hic opinionem quam uterq; ex legatione consecutus est: Quis Demosthenes apud homines esse uideat: quis Aeschines habeat: Demosthenem & in uita modestum, & ijs præditum moribus, qui cōsentanei sunt populari imperio: nō esse cupidū similtatū, simplicem erga amicos, nō in conuictores et contubernales impiū. At illū iniuriū in re publica, immodestū, nō temperantē. Neq; enim fieri potest, ut qui est in ijs reb. immodestus, iustarum actionum sit studiosus.

Ego uerò scio omnes.) Refutatio fit per exempla.

ἀοιτῆρια, initia, auspicia.) Senatu enim ineunte, præcedit is qui rem diuinam facit.

Quadriennium legatione unā obita.) Prolixitate temporis defensionem exaggerat: nō ueritus est quatuor annorum consuetudinē.

Postquam enim cepit Olynthios.) Commonefacit mali & calamitatis auditores. Dolent enim uicem Olynthiorum, ut eorum qui soli prohibere potuissent Philippum, ne inuaderet Græciam.

Olympia celebrabat.) Mentione celebritatis affectum audientium magis etiā auxit. Nam res secundæ hostium molestæ sunt uictis. Ille igitur triumphales epulas instituit, ob uictoriam & calamitatem Græcorum. res publica uerò ic̄ta illo euentu, genuit calamitates. Olympia uerò primus Archelaus Dij Macedonia oppido instituit, eaq; nouē diebus, ut aiunt, agebantur, ad nume-

rum Musarum. Adiunxit autē Olynthi excidium, ut uideatur de Græciæ captiuitate triumphasse, & interfuisse festiuitati. quasi diceret, Ego quidem lamētabar, sed Philippus festum cum Aeschine agebat.

Ad id autem sacrificium.) Iterum amplificat euentum. Nam & dijs sacrificabat, & celebritas comparabatur.

Artifices.) Sic uocat histriones tum comicos, tum tragicos. Significationē autē morum quos Satyro tribuit, ostēdit per sententiam orationis. Nam tacere, & nō loqui, signum est gemitus & doloris de ijs quæ acciderunt.

Cur solus ipse nihil postulet.) ἐπαγγέλλεσθαι hic petere significat. Probat autem Philippo morem fuisse corrupendi homines in conuiuio, & continentiam tacentis laudat. Pusillitatem uerò nominat pecuniæ parsimoniam. sed uniuersum figmentū ostēdit res Satyri pecuniæ contemptoris, idēq; cum esset artifex, & accipere assuetus. Præterea prolixitas petitionis & trepida oratio, & q̄ non statim ad petendū accurrat, magnitudinem petitionis ostēdunt, & petentis beneuolentiam.

Vereri se ne frustretur.) Quo se magis uereri ostendit, eo Philippum magis ad dandum incitat.

Ac tale aliquid iactasset.) Eius arrogantiam & pertinaciam perstringit. & obscure significat, etiam Aeschinem, si pro Phocensibus intercessisset, fuisse impetraturum.

Captæ sunt.) Cum nihil ipsæ peccarint, alienæ fortunæ pertulerunt societatem.

Volo autem te audire.) Ne quid aliud suspicaretur Philippus, causam eum edocet.

Ne quid indignum patientur.) Cū nobiles sint, ne propter rerum necessariorum inopiā metrices fiant.

Tantum plausum.) Verbum proprium successuum in Comædijs, apposuit orator.

Vt Philippus moueretur.) humanæ fortis misereretur.

Quamuis ex intersectoribus.) Quantum tempestiua petitio ualeat, ostendit: quum Philippus fraternæ beneuolentiæ sit oblitus.

Examinemus igitur.) Per ironiam exagitat opinionem.

Vocati autem isti.) Significat se non uocatū esse. Sciebat enim, inquit, me nō facturum.

Non ueni.) Maius aliquid innuit, se etiā uocatum non abisse. Illud etiam addit, Tyranni seruum discernere potuisse beneuolos & male-

& maleuolos reipubl. cum Aeschinē & Phrynonem & Philocratē uocarit. Ita sciebat similes ad conuiuium adiungere.

Filium Phædmi.) A patre notat filium, comonefacit & oblatarum reipublicæ calamitatum: & cenasse eos apud filium eius, qui populari statui nocuit. Cōsentaneum enim erat, libidinosè educatum, eius generis instituire conuiuia, quæ à modestia essent aliena.

ἄχοτρο, abierunt.) Hoc uerbum magnam eorum uoluptatem indicat, tantum non auolarunt, tantum non præsentia sua inuitationem anteuertunt.

Ego uerò non iui.) Subindicat, se uocatum non abijisse: sed ita tamen ambiguè profert, ut non esse uocatū, liceat intelligere. Nam illud, uocati isti, se non ex contemptu non esse uocatum ostendit, sed notum fuisse suum in triginta tyrannos odium, & eorum li-

beros qui reip. nocuissent. *Postquam ad pocula uenerunt.*) Cum desijissent edere, potabant duntaxat, neq; mirum erat eos inebriari & insanire. sed uenire à cœna ad potandi libidinem, satis est ad accusandum legatum et oratorem. Coarguit etiam opinionem de eius temperantia excitatam, ostendendo eius in ebrietate intemperantiam.

Introducitur quandam.) Vt ingressus mulieris opportuno tempore fiat, eam ad potantes & ebrios introducit, atq; ostendit similitudinem cōuiuiorum. Philippus enim capta Olyntho conuiuium celebrabat. Xenophrō conuiuium apparabat propter spolia & captiuos Olynthiorum.

Ingenuam & modestam.) His uerbis suos mores, & quam habebat de Olynthiis opinionem, ostendit.

Ingenuam & modestam.) Etiam post captiuitatem non mutauit fortuna mores, non mutauit seruitus ingenium. Captiuæ autē mulieris meminit, ut concitaret audientes: & ut Aeschinis existimationem deijceret, intemperantiam & petulantiam eius exagita uit. Vt autem probabilis uideretur oratio, narrationem fermè forma poetica, & cum euidentia exposuit.

Sic bibere modestè, & edere.) Oportebat esse aliquem qui enunciaret, ut fides orationi conciliaretur: & is qui enunciauit, testimonium haberet, illius petulantia se non fuisse socium.

Cogebant.) Ad asseuerandam pertinet

mulieris modestiam. & addendo, modestè, probabilitatem conciliat uerbis. Non enim dissimile uerū erat, eam cum cogere, modestè unā edisse, & nullam sibi factum iri in iuriam putare.

Vt narrabat Iatrocles.) Eo enim die me necōuenire quidem potuit, propterea quòd ad uesperam usq; conuiuium durauit.

Me.) Indicat suum rectum propositum. *10* Neq; enim ei narraisset, nisi scisset eum egrè laturum.

Vt autem res procedebat.) Non uniuerse exposuit petulantiam. Neq; enim probabile, neq; oratoriū fuisset, statim importunè rem aggredi, & summum ardorem ostendere, ut naturę necessitas etiam coarguat eorum institutum. Neq; enim dissimile uerū erat, apud tyrannum captiuam mulierem fuisse contumeliose habitam. Sciendum autem, hoc loco surrexisse iudices, & destituisse oratorem, dum diceret. Eubulo patrocinate Aeschini, & odio prosequente oratorem, & sic locuto ad iudices, *Hæc flagitia commemorantem auditis Demosthenem?*

ἔντρεξα, flagellum.) Propriè autem ἔντρεξα fenum dicit, eo quòd teneatur & trahatur ab aurigis.

Atq; aliquid etiam cantare iubebat.) Imitatio diligens intemperantium hominum. Videri enim uolunt etiam Musici. Est autem eiusdem proteruitatis, tubere canere, & recumbere.

Aestuante autem muliere.) Dicendum erat, clamante & auxilium implorante, non aestuante: sed naturæ imbecillitatem per uocabulum hoc ostendit. Ita scit uti proprijs uerbis, subiectarum rerum naturam declarantibus.

Et nolente.) Vt nolle ingenij sit, nescire educationis & uitæ. non enim his rebus educata fuerat.

Contumeliam id esse dicebant.) Cum corruptelæ exagitan dæ sunt, adiungitur Philocrates. Cum petulantia & intemperantia, Phrynon, propter factum illud de filio. Neq; enim incredibile erat, eum qui filium prostituisset, petulanter tractasse alienam mulierem.

Nec ferendum esse ut dijs inuisa.) Hic clarè coarguit, quanto libertatem odio prosequantur. Hæc enim, inquit, acerbi in populum odij sunt argumenta.

Fastidire.) Tanquam potestatem habere agendi quicquid libeat,

Et uoca puerum.) Imitatur, tanquam in fabula, homines, qui propter ebrietatem non sint apud se, & amore attoniti.

Cum dixisset aliquid & lacrymasset.) Probè affert ea quæ pro ipsa dicta sunt, ut putet auditor eam doloris uehementia percitam, in uocare urbem Atheniensem. Nam aliquid dicere significationem habet, eam spe inductam recurrisse ad Athenienses, cum eiulatu, dicentem, hæc apud Athenienses susti-¹⁰ neo? nunquid apud Scythas sum? isti legati sunt urbis humanissimæ?

Lacrymauit.) Quod apud quos se misericordiam inuenturam sperarat, ab ijs uexaretur.

Direpta tunica.) Et ferociam & turpitudinem ingenij significat. Nudabat enim corpus, eò quod uoluptati id esse sciebat spectantibus.

Tergo multas plagas infligit.) Immodicæ plagæ confirmant odium in urbem Olynthiorum.

Cum autem extra se esset.) Testificatus est de modestia mulieris. Neq; enim confugisset ad eum, quem illa petulantiâ delectaret. Omnino enim scit Iatroclum illud factum laudi sibi ducere. Vnde facit postridie ea quæ facta sunt referentem: neq; uerò de industria subuertit mensam. Id uerò tanquam refertur ad illud quod ab Aeschine in oratore dictum est, Vbi sal? ubi mensa? Ecce enim ea quæ culpat, ipse fecit.

Etenim uinolentia.) Rectè nominat propter talia facta *νάδαρμα*, id est sordes, Aeschinè. Significat enim ei *νάδαρμα*, id quod purgatur, & quod excuti solet. Ne uerò auditores id quod fiebat, parui ducant, exaggerat testimonio Thessalorum & Arcadum Grecarum nationum, & reipub. aduersantium. Molesti sunt autem auditoribus, ea quæ apud ipsos fiunt, quum uoluptati & risui sunt aduersarijs. hostes enim erant & Arcades, & Thessali.

Et Diophantus apud uos.) Non ob solam accusationem Demosthenis a terba uidetur gens, sed ex Diophanti etiam uociferatione. Verum propter uitam Aeschinis & existimationem illa dicta esse omnia, constat ex ijs quæ sequuntur. quid enim ait? Et talium sibi conscius facinorum. & postea sic, Nō'ne constabat Demosthenem dolere de existimatione & gloria, quam præter dignitatē con-⁵⁰ sequebatur Aeschines? Offendunt enim animos indignorum res secundæ: & hanc

sententiam comprobat Isocrates in Panegyrico, dum censet inuidendum esse Barbaris, qui præter dignitatem magnum imperium teneant.

Et puerum adhuc in cœtibus.) Inserta ætate, crimen subindicat. Videntur autem ea sacra initia esse plebeia & uulgaria, & nō admodum ueneranda.

Et binis aut ternis drachmis.) Interdum enim scribæ accepta pecuniola aliter legebāt, ad utilitatem eorum qui conduxerant, leges & decreta.

In alienis ædilitatibus.) Minimū abest ab infania, nudis uerbis bono ciui obijcere corruptelam.

Audio enim eum.) Hactenus absoluit illam partem de accusatione Aeschinis. Ab hoc loco autem ea quoque defendere uult: de quibus est ab Aeschine accusatus. Rectè autem fecit, qui ea in peroratione collocarit, & non in confirmatione. Nam alioqui uisus esset seipsum accusare.

λαγισαίς.) Hi uocabantur, qui referendis rationibus obnoxios ad populum adducebant. Erat enim quidam & logistarum magistratus.

Omnium quæ accuso.) Excessu, dicendo omnium, indicat absurditatem & mendacium eius.

Verum me quis accusat.) Non enim si Demosthenes fuit particeps, natura rerum mutata est.

Nam ego si hæc.) Primū concedit, atque instantia utitur. fretus enim est sua innocentia.

Me igitur non fuisse socium.) Hic incipit instantia.

Cum eum non sinebatis ire legatum.) Volentem enim eum in tertia ire legatione, quam excusatione morbi recusarat, non siuerunt egredi.

Sed & ciuitas prohibebat, & ego accusabar.) Verba hæc indignationem præ se ferunt. fortassis autem ab arte & actione proficiuntur.

Quæ uel heri emptum.) Homo non præmeditatus, nō antè institutus, sed heri è barbaria huc profectus.

Aut particeps.) Parte mecum accepta, ut interim fateatur se accepisse Aeschines.

Cum testes haberet.) Eos qui audiebāt, tanquam si multis testibus præsentibus diceret.

Et res erat perdidicula.) Ego non recusabā redere

dere rationem
Si quis apud
perit de Phi
Aeschinem
de Republica
causa quam
fuit.
Ne si male
etiam & m
significat m
in illud di
tanta, conc
& ab eo inst
na: & quid
presentem
quia existim
obscura erat
accusar: D
amouendam
existimatio
fuit, & sim
nim idem cō
& personæ
est Aeschine
que etiam el
dere uenerit
inde Saryru
perantiā non
dicitā puell
lior quæ uir
cedatur, et in
narratio susp
uit & des uni
rum. Oport
riolum instir
babulis uider
nitor, ac alt
lippo fuerat,
numero inte
lippi Apollo
tiam ex hoc
que captiua
miserendum
eum nō
biscum abrij
Nunc relaps
di, non erec
Nunc impel
nim impij ist
tate decre
Nulla mihi cu
Quid igitur
seruata illi fi
uenit, et cum

dere rationes, sed ipse prohibebat.

Si quis apud eum homines de eo bene meritos.) Apertè de Philippo bene meritum esse dicit Aeschinẽ, rei exaggerandæ causa: sed se de Republica, non item, uitandæ inuidiæ causa. quanquam sententiã par aliquid postulat.

Nec si malum ego.) Cum antè posuerit pulchrum & magnum, subiicit φῶλος, quod significat malum & uile.

Iam illud etiam considerate.) Absoluta sua sententiã, concludit à moribus iudicantium, & ab eo instituto, quod habeant in præsentia: & quid de ijs iudicaturi sint Græci, si præsentem causam malè iudicarint. Sed quia existimatio Aeschinĩs non mala, neq; obscura erat in urbe, ex quo Timarchum accusarat: Demosthenes ad eam opinionẽ amouendam, & ad ostendendum uitam cū existimatione nõ consentire: duo conuiuia finxit, & simile simili comparauit. locus enim idem cõuiuij, Macedonia ponit. Sunt & personæ similes. tragicus enim histriõ est Aeschinẽs: histriõ est & Satyrus. In utroque etiam est bibendi studium, et iudicium de rei ueneræ incõtinẽtia et ebrietate. Proinde Satyrus uirgines nobiles petit, ob temperantiã non uictus à forma, sed tuens pudicitia puellarũ. At orator Atheniensis mulierẽ quæ uirum habet, nactus, à forma uicebatur, et in ebrietate incalescebat. et quia narratio suspecta erat, locũ fabulæ assignauit ædes unius è numero triginta tyrannorum. Oportebat enim apud hominẽ luxuriosum institui conuiuium. & ut oratio probabilis uideretur, compositio à cœna instituitur, ac alter filias eius qui molestus Philippo fuerat, seruire instituit. Fuerat enim è numero interfectorũ Alexandri fratris Philippi Apolliphanes: alter mulierem Olynthiam ex locia ciuitate Atheniẽsi, eamque captiuam, contumeliã affecit: & cuius miserandum fuit, eam uerberauit.

σὺν πτωχὸν κἀ ἐμὲ.) unã pertrahatis, uobiscum abripiatis.

Nunc relapsi sitis.) hoc est, supini et oscitabũdi, non erecti & sobrii.

Nunc impellor ad dicendum.) Ad furorem enim impij isti me compulerunt, ut etiã quæ tacere decreueram, clamitare cogar.

Nulla mihi cum eo simultas fuit.) Ne obijciatur, Quid igitur? Tu ne soluisti amicitiam, non seruata illi fide? ait: ex quo ad Philippum uenit, et cum Philippo facit: etiamsi me for-

tuna cum illo coniunxerit, etsi alicubi congreddi mecum cogitur: * circumstantia loci me ulciscitur, & celeriter resilit.

Cum Aeschine autem obambulat.) Ne quis obijciat, eò te fugit quòd est agrestibus moribus & stultus: subiicit, Cum Aeschine totã urbem circuit.

Eos qui neminem uolunt.) Vel quia bonis uiris inuident, uel quia neminem in Republica magnum esse uolunt.

Athenis legati quidam missi sunt.) Considera artificium: Cum plures sint legati, alios missos fecit, tres autem notissimẽ improbitatis nominauit, & seipsum solum tanquam beneuolum opposuit.

Ante sumptã uirilem togam.) Suspicionem turpem tollit ætas.

Ac eum quidem non accusauit Aeschines.) Ulciscitur Phrynonẽ de dicto in se testimonio, & locum habet acerbitas post factam Demostheni contumeliã. Quòd enim progressi, dictoq; in eum testimonio ei insultarunt, ea re commotus uitam eorum incescit. postea probat, ne temperantem quidẽ esse Aeschinẽ: prostituit filium, inquit, Philippo Phrynon. Vbi igitur est censor Aeschines? Atqui æquũ erat, ut accusaret is propter puerum adolescentulum tyranno proditum, qui hominem senem accusarat, qui iã ætatis longitudine crimẽ illud effugerat.

Si quis autẽ etate integra.) Admirabiliter Timarchum defendit, dum minus ei malum tribuit, atq; per id maiore & grauiore crimine liberat. Cum enim dicat, eum postea uixisse liberius: concessit audaciã, et eum utrinq; dedecore liberauit: dum et uitam liberiolem nominat, et uenustatis gloriã. hinc enim & illi extitisse calumniæ originem, non è factis, neq; è uita. Regulã enim dat orator, in improborũ defensionibus, paulum quiddam esse relinquendũ, et accipiendũ, per quod maius repudiemus. Probabilis enim est oratio, nõ si totũ reiijcimus, sed si pro impudicitia uitã liberiolem recipimus.

Age uerò etiam de inuitatione.) Hic clarè accedit ad sui defensionem. Crimini autem oratori datur, corruptum eum esse largitionibus. Probationes autẽ sunt geminæ. * una, eum ipsum fecisse decretũ de legatis in curiam inuitandis: sic particeps fuit legationis & rerum gerendarũ. altera, eum ipsum apud se cõuiuiõ excepisse Philippi legatos, & architecto mandasse, ut spectandi locũ eis daret: et iugis mulorũ deduxisse, usq; ad

m Euripum

Euripum & Chalcidem. De inuitatione igitur legatorum sic effertur potest Aeschinis sententia: Si illi acceperunt munera, satis constat idem fecisse & Demosthenem laudatorem: quod si ipse non accepit, nec illi. De Philippico autem negotio: si Philippus dabat ijs a quibus colebatur, illius etiam legatis dandum fuit. Priori igitur obiectionis parti, colorem opponit, et eam a tempore soluit, his uerbis: Antequam constaret eos proditores esse, scriptum fuit ab eo decretum. secunde de exceptis Philippi legatis, per concessionem occurrit, translatione usus: Excepi eos uestra causa, ut ostenderem, nos prestare Macedonibus in omnibus, in ijs etiam quae apud illos beata iudicantur: quo deridet eos, si felicitatem conuiujs metiantur, sed neque bigarum mulorum, neque puluinarium in theatro, neque ullius praeterea rei uel obiter meminit: ueritus, ne per ea firmiorem obiectionem redderet. Visus autem est ea omnia soluere splendoris & beatitatis uerbo. Quibus enim in rebus eos iactare et ostentare se uiderat, ea omnia parua esse ostendit: praesua magnificentia & apparatu.

Fortassis autem frater. Reiectio aduocatorum, ut fieri solet in epilogis. Verbo autem, fortasse, callide usus est, quali diceret, ne fratres quidem ei audere patrocinari, propter facinorum euidentiam. Sed quia imperator uerus fratrum Aeschinis fuit, & illustris in Republica, omisso imperio, priorum uitam exagitat, et gloriam qua florent, tollit, proferendis natalium & rerum aliarum sordibus. Deinde coniungit illum qui functus est imperio, cum eo qui non est functus, ut communem trium conditionem aequet. Quia enim solent iudices propter & maiorum imagines & genus, reis condonare suffragia, extenuat ueterem fortunam, & in omnem familiam Aeschinis inquirat. Nobis autem praecipit, quae ratione ea quae maxima putentur apud omnes, ut parua et uilia sint perstringenda. Nam cum Philochares pictor esset Zeuxidi, Apelli aut Euphranori similis, aut alicui celeberrimis: ad deprimendam eius artem, pictorem alabastrorothecarum et tympanorum fuisse dicit, a maiori ad minus deiiciens artificium, & perstringens propter uilitatem. Illos, Aeschinem & Atrometum notarios nominat. Deinde cum uideret auditorum obstare sibi qualitate (uniuersi enim, aut certe plerique pauperes erant, & opifices) id incommodum sustulit, dicendo: neque uero haec ullius improbitatis sunt, sed

nec imperio digna. Ac ne qua esset dignitatis apud auditores reuerentia, humile eum fecit, ut eum gratias agere oporteret propter dignitatem. & perinde hic facit, ut in oratione Midiana. Ne enim ibi Midias se propter dignitates efferret, probat eum agere gratias reipublicae oportere de dignitatibus. Adijcit autem, supplicio eum dignum esse, qui praeter dignitatem, sit dignitatem consecutus, cum dignitatem et ipsam et populi tantam libertatem probris afficiat.

Scimus autem te alabastrorothecas. uasculis aensis carentia & leuia. pingebantur autem ad alliciendos emptores. Neque uero praeclearum eum nominat pictorem, sed uilissimum: erant enim etiam admirabiliores pictores.

Quae enim tu statuisti iura. Cum Timarchi iudicium ad probandam corruptelam adhibeat, iure defendit hominem: & id agit, ut is ignominia liberetur. Nam si hoc semper facit, et ciuitati singulatim suadet, aliquando per occasionem totam etiam populo facile persuadebit, ut ei dignitatem restituat. Implicat autem illud de Timarcho, per calliditatem suam utiliter. Postquam enim Aeschines nullis productis testibus, aduersarium reum peregrisse uidebatur: idem in praesenti causa & ipse consequi uolens, similitum exemplorum meminit, et ea ex oratione in Timarchum, quae causam maximam continet, sumpsit, ijsque contra Aeschinem usus est. quae si apud iudices ualebunt, recte uicit Aeschines: sin non assentient, non recte. Nam si Aeschines per ea uicit, Demosthenes autem iisdem utens, non uincet: iudices non eadem iisdem de rebus iudicare constabit. Proinde & accusatio Timarchi perstringit, & accusatio Demosthenis nequaquam fit inferior.

Quomodo? Quid? Quodam enim loco, eum est praetorio egressum amici rogat: Ut se res habent Aeschine? quid accidit? respondet: ab ijs, eis oratione deceptis. aut totum ab ipso oratore dicit: Quis uobis uisus sum? Tum illi: quid perfecisti? et subiicit sequentia: Sciendum est autem, licere accusatori accusare quidquid uult: reo autem sola crimina, quae ab accusatore obiecta sunt, esse refutanda.

Vt si quidem uera sunt. Non quasi dubitaret dixit, sed proπερὶ proπερὶ quoniam, ut et in oratione Aristocratea: siquidem fuit Graecus is cui accidit.

Eximium est tanquam honorarium. Ne dicere possit: at nescis. nec enim egi fabulam. Is qui theatricas historias conscripsit: propterea tertianis histrionibus ait personas potentum tribui,

tribui, quòd * minus habeant affectuum, minusq; vastæ sint.

Creon Aeschines.) Videlicet Aeschines qui Creontem representat.

Fecit poeta.) ut qui gloriam auferat ab eo. Neq; enim ipse uersus eos fecerat. Versus autē hi sunt: Nouisse mentem nullius licet uiri, &c.

Valere multum iussit.) ἐξέρδεται pro οἰμώζεν, plorare. Verbum enim ambiguum est, & in malam etiam partem accipitur.

Incedentem unā.) ὁμῶς pro ἐγγύς, propè.

Et eos qui dicere uolunt.) Semetipsum indicat citra arrogantiam.

In hac iniitans.) ταύτης ἰδί τελοῦσα. Quidā unum uerbum esse putarunt, ἐπιτελοῦσα, sed non ita est. Nam ἰδί ταύτης coniungendū erit, & τελοῦσα separatim ponendum, ut sit, ἰδί ταύτης τελοῦσα. Iam uerò cognouimus, incantatricem fuisse matrem Aeschinis, si uera sunt uerba Demosthenis, & iustrasse eos qui erant iniitandi.

Vt ego è natu grandioribus audio.) Meminit nataliū Aeschinis. Quo magis enim ostendet ex abiectis & humilibus esse natum, eo magis etiam destruet existimationis reuerentiam, ad petulantiam usq;. Duas aut perorationis partes tractauit, alteram sumptam à genere, alteram è uerbis quæ Aeschines in oratione in Timarchum usurpauit. Nunc tertia pars restat, quæ ad auditores pertinet, cum iam territet & turbet, timorem incutere uolens auditoribus: propterea quòd omnes urbes plenæ sint proditoribus, non par uam curam præsentē statum requirere propter præsentis corruptelas. In qua parte illa etiam de Zelita adduxit, & multa patrū in proditores decreta. Adijcit & ea quæ hac ætate cōtra proditores decreta sunt, in qua parte rursus Leo & Timagoras, & qui legati ad regem Persarum profecti sunt, profertur, eius pacis causa, cuius conciliator fuit Antalcidas. Medicus autē heros nominabatur apud Athenienses propter proceritatem corporis, is cuius proprium nomen fuit Aristomachus.

Tholus.) Locus fuit, in quo publicis scribis & publicè creatis uictus præbebatur. Dicebatur autem Tholus, quòd Tholo similis & rotundæ figuræ esset.

Et tu non sophista & improbus es?) A suo iudicio utrifq; apponit momentum mali, ut animi sit, non fortunæ accusatio.

Age uerò & de Solone.) Nota de Solone. Megarensibus & Atheniensibus de Salamine

contendentibus, Solon Homérico uersui, Bissenas Salamine rates adduxerat Ajax: hunc uersum commentitiū adiecit, Atq; ad Athenarum statuit Mauortia castra. Hoc uersu cōficto iudicio uicit Megarēses, atq; ostendit Salaminē antiquitus fuisse Atheniensium. notabis aut & eius uersus Elegiacos primos:

Armati pulchram ciues Salamina petamus,

Marte repulsuri dedecus atq; probrū. Secundos:

Nostra quidem fato Iouis urbs non occidet unquam,

Auxilioq; deū tuta manere potest. &c.

Et pileolo capiti imposito.) Alij dicunt, in pompis conuiciari inuicem solitos, personas gestantes: infra eas autem, pileolos gestasse, ne læderetur & attereretur caput.

Esti pileolum.) Quia inter representandum Oenomaū collapsus, & uerberibus & uulneribus est affectus, ita ut ei caput esset obligandum. nō igitur, inquit, effugies, quo minus pœnas des, etiamsi pileolum gestaris.

Et in hunc modum extenuantes.) Ἐπονογιζεσθαι proprie est, pueris demulcēdi animi gratia quædam facere nomina, ueluti eum esse regem, eum esse bacchū, & eius generis alia. abusiue capitur etiam, pro lenioribus uocabulis rerum tegere asperitatem.

Principatū & communē dignitatē.) Cōmunem dignitatē et Græcorū libertatē, nō Græciæ principatū dicit, quem Thessali nō habuerunt, sed aut Amphictyonie, aut suarum urbium imperium. Videtur autem dicere siue dignitatem imperij ipsorū, siue Pylææ administrationem: aut simpliciter, ut antè diximus, libertatem.

Cædes Elide factas.) Seditione cōflictabant inter se, alij Philippo addicti, alij his aduersantes. demum mutuis cēdib. grassati sunt, cum Philippi studiosi inualuissent.

Et primos autores ignominia notate.) Portas, inquit, aperuit Philocrates morbo: * Aeschinem ipsum, tametsi nolentem, introduxit.

Et tres Polemarchos occiderunt.) Nomen peculiare magistratum. Sunt autē hi, Teleurias Agefilai frater, post eum Agefilopolis, tertius Polybiades: cum quibus * pacē Olympinij fecerunt.

Suspiciebant.) Tanquam pro numinibus adorantes eos.

Sed cum tota sacra sit arx.) A circumstantijs sumpta est amplificatio.

Quorum unus fuit Epicrates.) Cum multi pœnas dederint, Epicratis meminit, ut appareat eos nec benemeritis pepercisse.

Et conuicti sunt quidam.) Hoc rursus è primo

m 2 decreto

decreto sumptum est: sed illi in Senatu dum taxat mentiti sunt, isti autē etiam apud populum, cum (inquit) nec uera scripserint in literis.

Conuicti sunt.) Verbum hoc etiam ad cetera est referendum.

At de acceptis muneribus.) Argumento usus est à contrario, dicens, absurdum esse, cum homines benemeriti, & bene meritorū liberi exciderint, propter peccata parua & leuia, Atrometi filium non eijci: qua ratione commiserationem etiam excludit.

Et Harmodij atq; Aristogitonis posteros.) Proxenum ducem dicit. Ex ea enim familia erat.

Puerulos eiusdem nominis.) Erat enim uersimile, Proxenum filiorum alicui nomen Aristogitonis fecisse.

Ob quæ alia sacrificula interfecta est.) uenena scilicet. Eam autē intelligit, quæ Ninus uocabatur, quam accusauit Meneclēs, eam pocula amatoria facere adolescentibus. Sen-
sus autē huiusmodi est: Principiò ridiculum esse, et contumeliosum uidebatur ueris iniurijs, quòd sacrificula propter illa sacrificia interfecta esset. post, accepto oraculo ut ea finerent fieri, permiserunt matri Aeschinis ut initiaret.

Quòd istum uidit delinquentem.) Quoniam ex modestia uidebatur Timarchum accusasse, aliam causam subiicit, & pulchram illam tollit.

Nam si ab ijs qui in semetipsos delinquent.) In impudicos. Perstringit autem existimationē eius, & destruit eam.

At hercule adolescentes.) Obiectionem ponit epilogicam, ex qualitate Aeschinis inter tractandum exortam: At Reipublicæ utilis est, dum uita sua modestos facit adolescentes. Interdum autem ipse mouet sibi tales obiectiones, ut maiorem argumentorum copiam reperiat. Ac in refutatione laudat ille quidem educationem, sed Aeschinem insectatur, & magna ignominia affectisse Rempublicam ait: & qua de causa Timarchum accusarit, commemorat, quòd, inquit, uestri fuit amans, & Philippi hostis. Voluntatem autē Aeschinis, propter quam Timarchum accusarit, specie dubitationis implicuit, hic uerbis: Nescio quomodo sumus animati. Auditor enim apud se orationem examinans, maiorem contra eum suspicionē concipit, quàm ea sunt, quæ orator reprehendit, aut apertè exprobat.

Quādiu enim Timarchus cōciones habuit.) quòd

& adolescens fuit, et accusatio plus loci habuisset.

Fuit in urbe.) Hoc dixit, ne diceret, me absentem latuit.

Perijt, & contumelia affectus est.) Secundum additum, immeritò et per iniuriam eum perijisse significat.

Affines.) Sic hoc loco uocat fratres uxoris eius.

Qui semetipsum mercede locauit Chabria.) Aegyptium quendam ita nominari dicunt.

Locauit.) ad turpitudinem.

Et execrandi Cerybionis.) Nomē quidem est Epicrates, sed Cerybionis per irrisionem, quo nomine quisquilix & uile quiddam significatur. *κηρύβια* enim purgamenta tritici dicuntur. Ad ostendendam autem eius impudētiā dixit, Sine persona. Qui tum enim in festis aliquos deridere uolebant, personas gestabant, ne uerecundarentur. Sciendum autē est, recentiores dicere *πρωτων*, sed in uetustioribus libris *πρωτων* reperiri: hoc est persona, seu larua.

Sed profectò sursum uersum feruntur flumina.) *ἄνω πρὸ ἄνω* prouerbium, inuersum et confusum est. ueluti, Aeschines impudicitix accusat, cum totam domum plenam meretricū habeat: sed prouerbium, in eos dicitur, qui perperam sentiunt.

Fluxerunt.) Cum de fluuio diceret, mansit in tropo.

Hoc obseruabant.) tanquam numē aliquod obseruabant, ne lucrum perderent.

Nunc uerò circumimus nos.) Tanquam extrema sit miserix, si quis abit peregrē, Athenis omisissis, ut aliquod consilium audiat, qui alijs semper consilium dedit.

Sed si Reipublicæ obijt.) Quod amissum est, reperiri potest: quod uerò mortuum est, restitui nequit.

Et patrocinauntur quidam istis.) Transit ad alium defensorem non uilem & contemptum, neque de uulgi numero in urbe, sed principem, & uulgo superiorem Eubulum, ut in Philippi studio sociū Aeschinis: cuius quo maior esse uidetur in Republica potentia, eò magis territat populum, exaggeranda eius potentia, qua ad nocendū facultatem abutatur. Quia uerò maximè in signis & potentissimus in urbe erat Eubulus, maximè fuit opus ei aduersari, & cōtra eū contēdere. Opponit igitur et oracula et uaticinationes, & ex omnibus ratiocinatur atq; ostendit, ne quam talibus rebus contra se ansam

se ansam præbeant: atq; etiam propter administrationes reprehendere Eubulum instituit.

Cum Hegisileus reus ageretur.) Is in Eubœa imperator fuit, cum auxilia Plutarcho miserunt Athenienses, ut dixit in Philippicis. Crimini autem ei datum est, Plutarcho ad populum decipiendum fuisse adiutorem. Vult igitur ostendere, eum non humanitatis causa defendere Aeschinẽ, sed propter Philippĩ studium, cum familiaris Hegisilei rationem non habuerit.

Nicerati patruo.) Aliud exemplum, ostendens eum non misericordiæ causa adesse Aeschini, qui etiam patruum neglexerit.

Cum tum citaretur.) Ne diceret, non orabat me: etiam cum clamore, inquit, te uocabat, sed clamor erat irritus.

Te subscriptore illum accusabat.) Is igitur qui nec cognatis opem tulit, sed accusatori subscripsit, uideri potest non propter Philippũ auxiliatus esse?

Cur enim tunc Mærocle.) In superioribus exemplis eum non esse humanum ostendit, qui enim esse possit is, qui familiares nõ ad iuuat? Nunc addit, eum etiam eos qui pauca deliquerint, accusare. ne quis dicat: nõ solet accusare, eaq; de causa parcat Aeschini.

Qui hospites & amici nominantur.) Hoc dixit, quod hostium amicitiam scit non ultra uerba progredi.

Et opibus, & genere, & autoritate.) Ne putet Eubulus, tanquam benemeritus & diues, se non dici proditorem, comparat ei Ptæodorum. uide Ptæodorum, inquit, & Eubulum caue.

Ratione temporum ualuerunt.) Argumentum tractauit omnino admirabiliter, sic ut non penitus incesset & repudiaret potentes. (nam & hi profunt rebus pub.) sed a loco et moribus perfringeret.

Ne gauderent inimici.) Vides alios intus, alios foris insidiari.

Externi insidiatores.) Hoc per se positum uidetur, cum pendeat a superioribus, ubi ait, ciuitatem coniungendam esse, ut uno animo consentiat.

Ea uero in uobis sita sunt.) Prudenter omnino post exaggerationem improbitatis proditorũ, etiam potētatu maiora & firmiora iudicia esse ostendit, ut ne timeant illos, sed puniant.

Nam qui se collocauit.) Enumerat omnia que in constitutione dicta sunt, neq; quicquam

pretermittit, ut causa facilius animo percurrat, & quasi in oculos incurrat. Si quid aut obiter insertum est, quod ad tollendã commiserationem ualeat, ut sunt illa de Atrestide, & mulierculis, & puerulis, aut aliquid aliud cum amplificatione cognatum, non est mirum. Familiare enim est oratori, oblata occasione uti talibus locis.

Et Miltiadis atq; Themistoclis.) Ingruentibus Medis initio, Miltiades statim in Maratho nem esse procurrendum decreuit, & nõ expectandum, donec conuenissent socij. qua propter etiam uicit solus. Themistocles autem, cum uideret rem terra facultatem non habere, autor fuit deserendæ urbis, & in Salaminẽ transmigrandi. Aeschines igitur ad concitandos eos contra Macedonem, illa proferebat.

Et illam in Agrauli.) Agraulus una fuit e Cecropis filiabus. In eius autem luco, qui excedebat e pueris in adolefcẽtes, armis instructi iurabant, se p patria pugnatuos usq; ad necem. Historia autem sic habet. Agraulus & Erse & Pandrosos filia fuerunt Cecropis, ut ait Philochorus. Cum aut bello peterent Atheniẽses, expeditione ab Eumolpo contra Erechtheum suscepta, idq; bellũ diu duraret: respondit Apollo finem fore malorũ, si quis seipsum pro Rep. sustulisset. Agraulos igitur ultrò se neci obtulit, & de muro precipitauit, postea bello liberati, eius rei causa adẽ ei extruxerunt circa Propylea arcis, atq; ibi iurabant adolefcẽtes in bellum exituri.

Non is qui decretum scripsit.) Partiebantur, inquit, impetũ in Philippũ Aeschines & Eubulus, hic decreta scribẽdo, ille legationib. in Pelopõneso obeundis: ut propter societate ipsum etiã Eubulũ mutatu esse appareat.

Et expergiscatur urbs Atheniensium.) Quæ plerunq; dormire solet.

Incidisse enim se abeuntem in Atrestidam.) Utilissime fecit Atrestidæ mentionẽ, non modò ad cõmiserationem excludendã, sed etiam ut Aeschines cõfiteri uideretur, & accepta a se munera, & Philippĩ largitiones: & posse uel unũ hominẽ corruptũ totas in uniuersum prodere ciuitates, ut appareat Aeschinẽ suis damnari uerbis. Similia enim cum similibus cõsentiant. Nam si Atrestidas captiuos duxit, & propter Atrestidã Aeschines deplorauit Græciam: propter Aeschinẽ etiã Phocenses deplorari queant. Nã quod ad corruptelas attinet, Aeschines & Philocrates Atrestida nihilo sunt inferiores.

Et cum eo mulierculas & puerulos circiter xxx. am-
bulaſſe.) Tanquam cōiſciens numerum, in-
definitē protulit, ut exiſtimarent & mulie-
res triginta, & puerulos triginta eſſe.

Quis homo eſſet, & quæ turba?) Nunquid ty-
rannus, nunquid dux Philippi aliquis inſi-
dias collocaret?

Nam audiſſe ſe inquit ex amicis.) Dat ei tum a-
micos etiam, cum & ipſe beneuolus fuit.

Ἰδιόφρων.) ſiue ſupplicium proditorū, 10
ſiue mutationem morū, ut à ſocordia con-
uertantur ad diligentiam.

Neq; triumphos commemorandos.) Vide ut nō
dixerit pugnas, neq; pericula, ſed triūphos,
ſuzue illud nomen et præclarū et glorioſum
non ſinens reuereri.

Neq; iuuandum quenquam.) Vniuerſale cōti-
net abſurditatē: nec ſi familiaris fuerit, nec ſi
filius meus? nec ſi de me antē benemeritus?
nec ſi dii mādarint, & Mineruā cōceſſerit? 20

Et eſſe Philippum ipſum ō Iupiter.) Signū ad-
mirationis eſt uerbum ἱεράκλειος.

Græciſſimum.) puriſſimum, ſinceriſſimū:
quod natura Barbarorum nō patitur, id ei
mores contulerunt.

Eloquentiſſimum.) Nam & hoc Græcorum
eſt, ualere eloquentia. Itaq; & morib. & līn-
gua Philippus eſt Græcus.

An uerō fieri poteſt, ut illa ipſa.) Collectio fidei.
Non potuiſſet, inquit, cum prius illa dixiſ-
ſet, dicere hæc, quæ ſunt illis cōtraria, niſi an-
tē corruptus eſſet. Obſeruabis autē, ut & an-
tē mores Aeſchinis ſit imitatus, dum cōcio-
nis Aeſchinianæ cōmonēfacit, eāq; recitat.

Qui longas illas & præclaras conciones habuit?)
Deriſit prolixitatē concionū eius, oſtendit
etiam lecto Miltiadis & Themistoſtis de-
creto, Philippo inſenſum prius fuiſſe Ae-
ſchinē. Nam ſi ſuadebat, ut et Miltiadis cur-
ſum reſpub. imitaretur, & Themistoſtis im-
perium, & decretorū quæ ſcribebāt iſti, ad-
hortantes ciuitatē ad inuadēdos Barbaros,
mentionē faciebat: ſatis cōſtat eum hunc in
modū fuiſſe affectū. Laudat autē, non ut e-
ius uirtutē testimoniū perhibeat, ſed ut per
hoc testimoniū, apertius eum condemnet.
Qui enim contrario modo reſpub. admī-
niſtrat, quis eum ut corruptum non oderit?
Sed & iuſiurandum adoleſcentū in eade A-
grauli Aeſchinem recitaſſe dicit, cuius ſoro-
res ſunt Pandroſos & Eerſe. * Sacrificula
autem fuit Agraulos Athenienſium, ut ait
Philochorus.

Duxit hæc per contumeliam.) Non ſine grauī

offenſione contumelia fit mulierib. in con-
ſpectu Athenienſium.

Sed ſemetipſum deplorabit.) Ne dicat, nō mei
moris eſt plorare, & propter hoc plorauit:
ſubijcit, ſemetipſum deplorauit, illorum au-
tem miſertus non fuit.

Et mendici oberrant.) Oberrando lamenta-
tionibus orbem terrarū impleuerunt. Quia
uerō licet oberrare, uel rerū cognoscenda-
rum, uel mercaturæ gratiā, ut calamitatē in-
dicaret, mendici appoſuit.

Et proditoris patris.) Ante amabile nomē, pa-
tris dico, turpe poſuit, proditoris.

Vt in Macedonia peruenit.) Relictis Athenis.
Nam quis eſt Græcorum.) Honorat Athenas
& Barbarus, mihiq; ſuffragat, non qui Græ-
cum amet, ſed hoſtis, ueris uictus. Proinde
inter eos qui natura ſunt hoſtes, Aeſchines
habeatur.

Inimicior enim.) Tria ſunt quæ faciant, quo-
minus Atticæ fortia facta recenſeat. Aut e-
nim incogitās eſt, & ignorat: aut nunquam
audiuit, extra orbē terrarū habitās: aut ho-
ſtis eſt reip. & ex odio celare ſtudet. Neceſ-
ſe igitur eſt unū ex his tribus ſubire Aeſchi-
nem, cum urbis gloriæ non aſſentiat.

In Marathone.) ubi ſoli uicerūt Atheniēſes.

Et quos neq; hoſtes.) Communes res ad Sa-
laminē geſtas, ille ſibi priuatim uindicauit.

Vt laudibus priuet nimirum.) Rectē uerbo pri-
uandi eſt uſus, cum & poſſeſſionē eorum,
gloriam eſſe dixerit. Eiuſmodi etiam eſt pri-
uaretur, quod ſequitur. Nam σελοικετοι ad ea
pertinet, quæ habet aliquis: ερσερεϊαδ, ad a-
liena. Immoratur autem mentioni maiorū,
ut magis incitet ludices, qui eos reuerētur.

Et gratiam habere uobis.) Intelligebat enim
ſe aliquid ſupra dignitatem ſuam eſſe aſſe-
cutū. Nam qui honorē quo dignus eſt, con-
ſequitur, nō gratiā habet ei qui honorē ha-
buit, ſed is qui pter dignitatē eſt cōſecutus.

Et modeſtē ſe geſſit.) Nimirum cum non eſ-
ſet modeſtus, ſed eſſe talem ſe ſimularet.

Supercilia erexit.) Ne ſponte ſua & natura-
liter fieri uideretur, ipſe, inquit, ſupercilia
erigit, & pro tempore uultum fingit.

Et ſi, ſcriba qui fuit, Aeſchines.) Non qui nunc
etiam ſcriba eſt, ſed qui aliquando fuit.

Si quis audeat omnino dicere.) Omnes enim
abſterrentur metu.

Recenſebo autē uobis.) Enumeratio malorū
quæ e corruptelis oriuntur, quæ Philippus
urbanē adminiſtrauit. neq; enim armis uos
cepit, ſed adminiſtratiōe urbana uos uicit.

Tantum

Tantum enim nō concionabatur apud uos, dicendo proditoribus quę uellet.

διαφοροποιήσας.) Cū eius regnū uastaretur, cum prædę ex agris agerētur. quasi diceret, q̄ prædones nō ferebat, Phocēses abripuit.

Eos qui humaniter loquuntur.) In uerbis enim posita duntaxat, non etiam in factis fuit illa humanitas.

Nos legati.) Excludit nunc Aeschinē. honestum enim uocabulum est legatio.

Istum conduxit statim.) Aduerbium statim, ostendit facilitatem eius, & uilitatem.

Neq; Græci, neq; Barbari.) Quare nunc etiā liberare eos potuisset, uel sola Respublica, quę ne tum quidem aliorum eguit auxilio.

Quomodo.) ut qui adhuc quærerent.

Iste.) Tanquā iam reperisset aliquos Atheniēsiū, & Philippus dubitaret, & prope modum ægrē ferret: Ita ne inuenimus apud Athenienses hominem tam insigniter improbum? Num fieri potest ut conspiciat quisquā apud eos, qui tam facile mētūatur? Vereor Atticę ingeniū, bonos solet alumnos gignere.

Quę nunc ab eo ut promittat postulabimus.)

Quid uultis, inquit, ut promittat uerbis, ea quę re ipsa perficiet?

Ne ue contrarium decretum ueniret.) Satis mihi erat ad iudicium, decretum, instar expeditionis. Metuebat enim decretum Atheniensium Philippus.

Cum essent Plataeæ & Thespiae.) Cupiebam, inquit, uidere urbes Græcię instauratas: sed excisas, & seruitute oppressas esse audiui.

Et fore ut adimeretur.) Ne uideatur ex inuidiā dicere, ut aliquid de magnitudine animorum aut dignitate tolleretur: adiecit, contumelia, ut iurē uideatur sic dicere.

Thebani erāt qui eruerēt.) Duplicē mouet affectū, cū hostes ostēderit malorū esse autores.

Ab Aeschine oratione.) Utinam & Phocenses uidissem oratiōe dissipatos. Nunc quos conseruasti uerbis, eos ipsa re perdidisti.

Est ne aliquis quem uos?) Tractatis prioris coniecturę partibus: nihilominus meminit etiam secundæ de corruptela, & iam deinceps auspiciatur perorationem de corruptela, dicens, nō daturum fuisse Philippū. neq; enim uos, inquit, statuā daretis, neq; uictū, neq; aliud omnino quicquā, nisi uobis utiliter rempublicam gereret.

Sed Xenocleden hunc.) Hic cum poeta esset Atheniensis, uersabatur in Macedonia, qui excepit ciuem suum Hegesippum, cum ei

nullus honos haberetur. Quo Philippus cognito, ei Macedonia interdixit.

Quidam modō me conuenit ante prætorium.) Ne uideatur meditata dicere. Vult autem in fine orationis duces opponere Aeschini, tanquam afficiantur ab eo contumelia.

Ego uerō Charetem, si reus fiat, modis omnibus.)

Quia diuisi erant duces & oratores, & alij ab alijs stabant, quidā ab Eubulo, quidā a nostro oratore (erat autem & Phocion inter Demosthenis aduersarios) meritō colligit & ipse beneuolentiā Charetis, ut & in oratione Midiana fecit, alienando ceteros equitū magistrōs a Midia. Hic igitur idē nobis artificium ostētauit. quod nā? alienare uult Charetem ab Aeschine, ut simul sibi beneuolentiā colligat, simul odiū illi cōcitet: ut, quemadmodū Phocion stat ab aduersarijs oratoris, sic Charetē cum ipso facere appareat. Immoratur igitur hominis defensionī. & quia cōtinebat Aeschinis obiectio inter ea quę supra dicta sunt, At nō fieri pax talis potuit, qualē Demosthenes uolebat, cum duces bellū malē administrassent: hoc maledictō ducē liberat, et relinquit ducē infensum maledicēti Aeschini, ut uideatur amicos Aeschinis accusare.

Quanquā & de uoce fortasse dictu est necessariū.)

Ad aliā transit partē, quę ei incōmodabat, refutandā. fuit enim Aeschines maxima uoce præditus, ut ipse Demosthenes sæpe testatur. Quoniā igitur sæpe fit, ut auditores suauitate uocis et actione ueluti fascinetur: propterea & hoc uelut impedimentū quoddā amoliri studet. Magna enim res est, magnitudo uocis, & actio, in iudicio & oratione, si ea præsertim apud iudices illiteratos habeat. p̄inde cū ipse hac parte sit inferior, opponit isti uocis magnitudinē suū animū & institutū, ut sibi cōciliet auditores per affectionē suam & beneuolentiā, quā in publicis negocijs sæpe ostēderit. Cum enim opponere similib. similia nō possumus, tum nihil obstat, q̄ minus alias cōmoditates proferamus. Et sic occasionē habuit etiam acta sua in memoriā reuocandī, & captiuorū redēptiones & multa beneficia, ut per ea beneuolentiā eliciat auditorum.

At iste ante eum uolubatur.) Tanquā fugitiuum mancipium. Sic per cōtraria odiū conflat Aeschini. Quia uerō ambo sunt oratores, æqualitatē separare discrimine uoluit, ostendēdo nō eiisdē esse precij aut dignitatis utrūq; cum quidē alter patrię, alter Philippi commodum spectarit,

ORATIO

ORATIONIS ADVERSUS LEPTINEM DE .

IMMUNITATE ENARRATIO, HIERONYMO VUOLFIO INTERPRETE.



GO, Iudices, in primis, quod e
republica esse censeo, Leptinae
legem abrogari: deinde etiam
propter Chabriae filium, pro-
misi me his, quod possum, pa-
trocinaturum.) Omnis se-
cundo loco habita ora-
tio, minus occupatur sententiarum exordiorum.

Incommoda enim ferè per eos remouetur, qui primum dicendi locum sortiuntur. Secundanae autem orationes sunt uariæ. Nam earum aliae sunt perorationes duntaxat, ut Aristogitoniana, in quibus Lycurgus, cui primae partes obuenerant, pauca, uel nihil potius ad probandam causam reliquerat oratori: aliae minus in confirmatione uersantur, ut Androtioniana, quod opinione eloquentiae non multum excellit Diodorū Euctemon. Haec uerò, qua de nunc agitur, secundana oratio, maximè ferè necessarias causae partes complectitur, ut ostendit ipsa tractatio. Qua de causa quamuis breue exordium significationem habet maximè necessariorum duorum capitum, utilis & iusti: quae etiam nominat. Iustum enim in patrociniō Chabriae filij significat, meminit et legitimi in eodem: ac per legem legitimum, per utilitatem reipub. utile, per Chabriae filium, iustum innuit.

Deinde etiam filij.) Referatur, inquit, una cum publica utilitate, etiam benemeriti uiri filio gratia. Prodest accusatio haec toti ciuitati, & imperatoris filio. Chabriam autem nominat, occultato filij nomine, quod admodum erat adolescens, & nihil adhuc gesserat, proptereaque nihil autoritatis habebat apud auditores. nec ab re eum ornat a parente, tanquam haereditatem ei tribuens, aut praemium in eum conferens. Decere igitur censuit patrociniū referre ad uirum imperatorium, & honoribus ornatum a republica, & celebriorem. Propter patrem enim etiam filius honorem sibi habendum esse contendit. Cum igitur maior est filiorum quam patrum autoritas, a filiis saepe ad patres meat honos. Cum uerò patrum laudibus gloriari filiis licet, argumenta sumenda sunt a celebrioribus. Nondū enim Ctesippus imperator est, nec rebus gestis clarus. Rectè igitur Chabriae potius fit mentio,

Non enim quod luxu perditus esset filius, ut quidam aiunt, occultauit appellationem. Id enim si uerū fuisset, omnino cum in conspectum non produxisset. Nunc legem fert & astat, & omnino uisus est auditu euiden-
tior.

Promisi his.) De immunitate periclitantibus: uel, ut quidam aiunt, Phormioni & Aphepsioni, meliorem legem substituentibus. Est autem Bathippi filius Aphepsion, qui accusationem suscepit, ut successor patris, & ut homo indoctus, aduocatum sumpsit Demosthenem.

Si potero.) Confero id quod possum, plura ne requirito.

Non est autem obscurum.) Artificium nobis ostendit orator, in Androtioniana, in oratione de Corona, & hic. Statim enim post exordiorum sententias, auspicatur obiectio-
nes. * Atque hac de causa ab obiectio-
nibus orditur. Cum uerò duo capita sint proposita, iustum & utile: ab utili quidem orditur, sed magis ad iustum uadit, quod ei obstat utile, maximam Leptinae uim subministrans: iustum autem ex usu eius est. Quapropter declinata pugna aduersus illud caput, implicat id quod secū facit. neque hac ratione duntaxat id facit, sed ob aliam etiam causam.

Quia enim lex ipsa, quam fert Demosthenes, ex usu est Ctesippi & Phormionis: hoc pollicetur, datū iri actiones in eos, qui praeter meritum consecuti esse uideantur immunitates. & statim ex obiectio-
nem legis preponit, ne ipse rogare legem, sed quod ad se attinet, a Leptina affectus in iuria, sic demum ferre legem uideatur. Dum autem assentiri uidetur, ostendit indignum esse propter paucos indignos plures spoliari. Dum enim contendit, non relinquendam indignis immunitatem: tum maximè probat, eis qui iure habeant, esse relinquendam. Ostendit etiam urbem non de hoc periclitari tantum, sed & de tota reipub. & dignitate. Est enim ei uisum conturbare auditorem in locis, in quibus causae metuit, & traducere ad maiores & inopinos terrores: ut in Aristocratea, de Cherroneso: in oratione de Pace, de communi bello Graecorum: in Timocratea, pro Androtione, & Glauceta, & Melanopo ferri, non pro Atheniensibus

nientibus legem. ac ibi quidem institutum ostendit esse uitiosum: hic summæ rerum iubet metui.

Siue quis alius.) Fortassis aduocatos & defensores dicit.

Adeptos esse immunitatem.) parasse sibi & accepisse ob ea quæ fecerunt. Moris autem fuit apud Athenienses, ut de Republica bene meritis uarij honores haberentur, siue ærea statua, siue uictus in Curia, siue immunitas: sed ea non omnium munerum. nunquam enim dabatur præfecturæ triremium, aut tributorum bellicorū immunitas.

Ego uero dum quosdam.) Scripti accusationem urget: eum criminantem paucos, nocere uniuersis.

Etenim dictum est.) à Phormione nimirū. Et ne ut accusator sit suspectus, adiicit: Vos quoque omnes nostis, etiam non dicente alio, qua gratia.

Isdem.) Per concessionem assentitur, & à Leptine iudices alienat, & ei bellum eorū qui pro tribunali sedent, concitat. Visitatū enim ei est turbare auditorem. His enim uerbis beneuolum facit propter metū, & attentiores, de tota Republica sollicitudine iniicienda. Non amplius enim periculum respicit, sed quærit primū, quo pacto fugiat insidias, cum potestate priuetur.

Sic etiam populum.) Neque enim in ambobus, inquit, proferre potest indignitatem, ut benemeritorum, sic etiā populū. Indigni sunt aliqui, Leptine, qui acceperunt: Esto, accipio excusationem, priuentur indigni. Quæ te res autem ad istam in populum contumeliam cōcitauit? eripis patriæ libertatem, soluis ciuitatis auctoritatem.

At illud hercule.) Magna uis & artificium, ac multū acrimoniæ. Transfertur enim Leptines ab utilitate ad aliud. Non enim legem fert, ut obeant munera locupletissimi, sed ne populus decipiatur: ut populus omni quaestione de muneribus, hostilem perspiciat hominis animum, cum ait agitare præludia oligarchiæ, cum tantis bonis populum priuare contendat. Est autē aditus argumentationis callidissimè tractatus. Ne enim decipientiū solertiæ crimen esset, sed eorum qui deciperentur stultitiæ, probrum illud haberetur: in populū transfudit, quòd is, inquit, facile decipiatur. Soluit autem consequente absurdo, et interrogatione impetum refutationis auget. Quid igitur pro-

hibet, inquit, quo minus eripiantur uobis omnia? Nihil est enim rerum omnium, in quo simus extra imposturæ pericula. Scien- dum autem est, alteram obiectionem è tractatione emeruisse, & esse anthyphorā. Differt autē antithesis ab anthyphora, quòd altera ex ipsis rebus nobis obijcitur, altera è tractatione & argumentationibus reperitur. Prior igitur obiectio causatur indignos quosdam immunitatem accepisse. Eos uerò Demosthenis lex repudiat, posterior ait populum decipi. Propter hoc autem ab obiectionibus orditur, ut ab obiectione quidem uideatur * sed re uera suæ legi præparet aditū. Quæ enim Leptines reprehendit, ea palam Demosthenis lex abrogat, data actione, et indignis reiectis. Sic neque populum decipi sinit, & indignos repudiat. Non autem statim potuit à proprijs auspiciari capitibus, nisi prius Leptinæ legem accusasset.

Nunquid feremus.) Bene sanè. Non enim feremus legem ad abrogandas leges. Quòd si quis deceptus de summa rerum periclitatur: puni decipientem, non ulciscere eū qui decipitur. Referuntur autem hæc ex æquo ad duas leges, tum Leptinianam, tum illā quæ ei substituitur. Nam Leptinæ lex simpliciter eripit. Ea uerò quæ substituitur, uerum docet, iudicio constituendo, & honore adimendo ijs, qui fraude sunt consecuti. Apfines et Aspasius argumentum hoc tractatum esse dicunt ducendo ad absurdum. Nos uerò asserimus, tum ad absurdum duci aliquid, cum ad ea quæ præcesserunt, absurda necessariò consequuntur. Cum uerò natura rerum, non esse talē rem ostendit: tum non dicendum esse, duci ad absurdum. Hic igitur consequens sumpsit à simili per interrogationem, quod tamen non demonstratur per sequentia.

Neque enim æquum est ut nobis eripiatur.) Accommodat sententiam ad utramque legem, ad Leptinianam, quid ea auferat: ad suam, quid doceat, quo pacto populus deinceps non decipiatur. Ostendit enim in iudicium adducendos esse, immunitatem cōsecutos.

Et ferendam legem.) Vide, ut cum abrogare uideatur, roget, implicando simul & iustū & utile. Habes enim in his utriusque legis imagines: Leptiniæ, per ereptionem: Demosthenicæ, per impostorum supplicium. Nam ille profus omnes spoliatur, hic eos qui

n conuicti

κατὰ τὴν ἀπὸ
πρὸς ἀπολογίαν
ὑψηλῆμα.

conuicti fuerint se præter dignitatem accepisse, puniri iubet.

Prius aliquando.) Per comparisonem alia ratiocinatio, ex alterius euentu, ut ostendatur id esse melius, quòd Leptines tanquã malum commemorauit: illud, inquam, uti det aliquid populus indigno etiam alicui, deceptus: & minus esse turpe probrũ simplicitatis, quã improbitatis.

Non mihi sanè.) Ad primam obiectionem denuò refert orationem. Quĩ conuenit, inquit, ut eadem improborum reprehensio etiam in inculpato, ac deniq; benemerito ualeat? Spoliat enim & hos & illos ex æquo. Vnde omnes fient improbi, si nullus uirtuti honos habeatur. Qui enim ob beneficium non uideatur esse bonus: is utique honore priuatus, nõ poterit fieri uir bonus. Tractat autem hunc locum noua ratione.

Suprà enim considerauit dignos & indignos: hic autem contra solos indignos perorat, remota dignorum indagacione, improbos ipsos per se considerans. & est hæc sententia conclusio utriusque obiectionis.

Iam illud etiam.) Absoluto iusto, orditur sententiam utilitatis. sed quia neque ducis neque artificis est, firmissima præsidia aduersariorum inuadere, sed arte uti quanta maxima potest, & calliditatibus superare, suffuratur hic iam ingressum, ut lateat auditorem, dum ad ipsa negocia iam infirmata eum ducit: ut cum obiectione ab utili posita fuerit, auditor obiectionem damnet, ductus ijs quæ dicta sunt. Si enim Leptines dicere conabitur, munera nunc ad pauperes homines rediisse, tum uerò ditissimos munera obituros, antè soluendo & præparando ostendit, eum neq; multos paraturũ: & legem eis dedisse immunitatem, ut auditores ex obiectione nihil utilitatis reperire possint.

Quare dimidium.) Extenuat honorem, & uilem tacit honorificam illam, ut nominatur, immunitatem, parte eius aliqua illis etiam data, qui non sint benemeriti: et partem exigam esse reliquam, quæ addita sit benemeritis.

Et cuius omnes sunt participes.) Ad uerecundiam eorum qui acceperunt, auditores allicit, ut absurditatem ereptionis ostendat. Suauiter autem cum Leptine disputat. Multiplex enim est hic uir, & pro uarietate rerum & ipse uariat. Cum enim concitari

populi odium est opus, acerbè differit: cum uerò ipse secum, tum utiq; remisse. Quin & cum auditoribus eodem modo, cum ad eos redeat summa comparationis. Ac cogere quidem non potest, sed ad uerecundiam eorum qui acceperunt, allicere uult. Ita suasio passim inferitur, ac potissimum in laudationibus, in quibus conclusiones lenioribus affectionibus constant: Neque per se, inquit, honestum est, neque moribus Atticorum congruit. Etsi enim ad nos aliqua rediret utilitas: at mentiri, existimationem minuit.

An uerò turpe non est.) Argumentum à minori, quo auget probrum. Cum enim ad ministracioni Reipublicæ à mendacijs abhorrenti studeatis eò usque, ut ad res uenales etiam ea pertineat, quĩ conuenit, honores uos dolose tribuere: in ijs quæ nihil habent incommodi, periculum cauẽtes: in eo autem quod est detrimento plenum, facinus audentes?

Neque enim nisi pecuniam.) Hoc à maiori est. Solent enim se mutuò consequi ambo argumenta, à minori sumptum, illud quod à maiori sumitur, & contra eodem modo. Cum autem utilitati non posset opponere aliam utilitatem pecuniariam & lucrosam: celebritatem & gloriam conatur pecuniario quæstui anteferre. Paulo post autem ostendet, ne lucrum quidem accedere.

Neque uos solum.) Alius locus ad idem pertinens argumentum à maiori. Cum autem pluribus locis abundat, eis non parcat. Est autem prior locus abenthymemate, hic ab exemplo.

Dicunt pecunias.) Exemplum historicum est, ad fidem superioribus faciendam adhibitum. Quantum autem habeat & artis & gratiæ, cõsiderare est operæ precium: personam sumpsit triginta tyrannorum, qui ciuibus molesti fuerant, ut appareret rempublicam sæpe pro ipsis hostibus impendisse pecuniam. Acrimonia argumentationis in hoc posita est: mutuatos eos esse contra Rempublicam, & à quibus? Ab hostibus, contra eos qui fuerunt in Piræo: hoc est, contra homines populares, qui Piræum occuparant. Addit & tempus & locum, ut & usum indicet: cum populus pro libertate ex Piræo pugnaret. Sic undique amplificat, à locis, ab actionibus, à persona.

Postquam uerò ciuitas conuenit.) Vbi uno animo

in xxiij

xiij

197
mo conf
one labo
tem fact
ribus (ne
demonst
quam uir
nit, non
cuniam:
eniam da
paret em
dille pop
ctam. C
peterent,
hoc, nihil
dare pecu
Eres illa
dx, tyrann
horreo, qu
Missis leg
ne quod a
culam uid
nulle legatis
homines p
Cum eate
ta & metur
mutati fu
tus suspici
Vrbano.
indem. Et
mentiri no
potentie
fuit, hic ue
Huius ob
soliciti, et si
Neque eni
tem expect
fuit in eos
daret aris
Aunt pop
& non pre
esse locius
nauisse, sin
claruit. N
fuit, pop
ex arce de
Ne quare
sentem cau
daretur. F
tis donis ag
Ac Repub
trario. Offi
esse legem
corruptat

mo consensit. Duplex enim fuit, cum seditione laboraret. Dissimulauit autem atrocitatem factorum, ne insultaret urbis calamitatibus (neque enim id ei propositum est) sed demonstraui mores ciuitatis, eam nunquam uinci pecunia. Causam item exponit, non ex metu præbitam à populo pecuniam: sed quanquam affectam iniuria, etiam damnum facere non recusasse. Apparet enim, non necessitate & metu dedisse populum, sed sua uoluntate coactum. Cum enim constitutis rebus repeterent, quæ necessitas reddere cogebat, nihil metuentem? Ita nunquam abundare pecunia studet, sed gloria.

Et res illæ conquiescent.) Tragicæ & horrendæ, tyrannicæ illæ, quarum æmulationem horreo, quarum memoriam deprecor.

Missis legatis.) Simplicem facit orationem, ne quod à Lacedæmonijs imminere periculum uideatur. In forma autem orationis, *missis legatis repetebant*, quasi cōtractus inter homines priuatos intercessisset.

Cum autem uerba fierent.) Adeò imperterrita & metu procul erat. Quin & eorum qui mutuati fuerant, causa, omnino tollit metus suspicionem.

Urbanos.) tyrannicos. Hi enim tenebant urbem. Et cum propter iacturam pecuniæ mentiri non sustinuerimus, nunc sine sumptu mentiemur? ac illic quidem fontes apposuit, hic uerò bene meritos nominauit.

His uerò hoc primum.) Sic de se magis erant solliciti, et sic populus magis eis erat terrori. Neque enim si Lacedæmoniorum societatem expectassent, postulassent, ut populus suæ in eos beneuolentiæ, tanquam pignus daret æris alieni dissolutionem.

Aiunt populum maluisse.) Sic de industria, & non propter metum, uoluit æris alieni esse socius. Verbis autem, *una conferre*, & *maluisse*, singularem populû uoluntatem declarauit: Non ulla, inquit, urgente necessitate, populus è suis edibus contulit, non ex arce de copijs acceptam pecuniam.

Ne qua res in pactis desideraretur.) ut ad præsentem causam sententia utiliter accommodaretur. Hic enim de non reuocandis datis donis agitur.

Ac Reipublicæ quidem.) Argumentum à contrario. Ostendit autem non conducibilem esse legem, cum Reipublicæ custodiam corrumpat: & declarat, in potentatibus a-

dulationis esse præmium, honorem: in Democratijs, seiunctû à turpitudine. illic, metum esse beneficio maiorem: apud Athenienses munus esse omni formidine liberum.

Eius qui tulit legem.) Speciem habet lenitatis, non tamen caret acerbitate. neque enim laudem illi planè tribuit, neque reprehendere audet: sic lene & acre inter se implexa sunt.

Existimo autem uos iudices.) Argumentum hoc sumitur à parî. Sed uide ut in singulis præfetur. Paritas autem hæc est, damus munera. At & reliquæ Respublicæ dant, pecuniæ fortasse copia potiora: quo uerò præstare nos uidemur, fide inquam, id nobis eripere lex contendit. Vides ut per hæc argumenta omnia, tametsi iustum tractare uideatur, contra obiectionem pugnet, nõ esse quæ data sint, eripienda: ut tametsi uideatur aliquid utile polliceri Leptines, at populus propter probabilem rationem id missum faciat.

Fortassis autem.) Antè sustulit in confirmationibus obiectionis uim, ac magis adeò dubitatione eneruauit eam, prætereaq; in multas particulas comminuit. Multum enim ad destruendum ualet, dispersitum aliquid, cum & congeries amplificationem excitet. deinde cauillatur in uerbis, ut ostendat mentiri Leptinem, calumniam enim ante obiectionem commouit, ut firmissima Leptinæ ratio suspecta fieret, & inuentio. Qui enim alia scribit, alia loquitur, parum habet autoritatis. Cum enim Leptines in lege apertè dicat, *Vt ditissimi obeant munera*: & per hoc significet, diuites obire munera fortassis, sed non ditissimos, propter immunitates: id orator mutat, & non, ut argumentum postulat, dicit, pauperibus diuitum loco acceptis: ut uideatur uim legis conuellere, per diuitum appellationem. Contraria enim ad suam utilitatem inuenit, ut ex sententia & significatione auditor mentiri Leptinem deprehendat, qui nunc in pauperes inclinata dicat esse onera: nunc rursus superlatiue dicat, *Vt ditissimi munera obeant*. Opponuntur enim non aptè pauper & ditissimus, sed pauper & diues, diues item & ditissimus. Sumpta igitur est obiectio à capite utilitatis, qua parte Leptines plurimum ualet: nec obiectionum ulla magis Demostheni incommodat, quam hæc. Quapropter etiã

uijs uarijs est usus, nunc antè soluendo, nunc calumniando, nunc uerbis artificiose collocandis. Hanc enim si soluerit, firma erit reliqua oratio. In hanc enim rationem & hanc pollicitationem auditor intuitus, accipit legem, non autem ut putarunt quidam, ea obiectione continetur oratio, quam multis in locis ponit: Quosdam ex indignis adeptos immunitatem. Illam enim introducit suæ utilitatis causa, ad suam legem maturè confirmandam: hanc uerò solam difficilem & aduersantem habet, propterea non ausus fuit eam in prima acie collocare.

Est autem.) Non potuit firmitatem statim tollere. Assentitur igitur et ipse uerbis, cum expedite refragari non possit, onera in ditissimos translata. Sic probabile uidebatur aliquid & utile præ se ferre Leptines. Quare etiam uia indiget firma ad refutationem. Quæ igitur ea uia est? Partitur onera in personas bifariam, seorsim & inquilinis & ciuibus positis. Multum enim ad destruendū ualet multitudinis partitio, quem admodum rursus & in similitudinibus utilis nobis est hæc obseruatio. Nam illic etiam diuidendo naturam rerum, magnum aliquid facere possumus. Hic igitur etiam onera diuisa destructionem ferunt: neque quicquam prohibet, quominus idem præceptum & destruat & augeat diuersa ratione. Nam & quantitas potest tum amplificare, tum extenuare. Refutat autem artificio concessio, quam uocant *ἀντίθεσις*. Assentiendo enim Leptinæ uerbis, studet partitione orationis diligentiam celare, quasi non speciosa, sed uera sit oratio.

Sunt enim profecto apud uos.) Alexander in enarratione ait, oportuisse in festis & celebritatibus ciuitatis, neque hospites neque inquilinos remotissimos esse à uoluptate. Sumptus igitur nimirum et ipsi suppeditabant, & inter se conuiuia agitabant, ut nemo qui in urbe degeret, à festi cōmunitate excluderetur. Videri autem queat Demosthenes, dum per sequentem sententiam obiectioni occurrit, eam efficere firmiorè. Nam quid dixit aliud Leptines, nisi multos & inquilinorum & ciuium, excusis oneribus immunitatem obtinere? Verum non ita seres habet, sed ad partitionem deducit auditorem, ut ex utraq; parte demon-

stratio facilius cognoscatur. Deinde per inquilinos superuacanea munera ostendit. Quærit enim ciuitas, non an inquilinus aliquis sumptus sit suppeditaturus, sed an ciuis aliquis Reipublicæ.

Quorum utrisq; si qui cōsecuti sunt.) Tanquam Respublica beneficium cum benemeritis commutat. *ἐν γὰρ δὲ τῶν* enim est, accipere pro ijs quæ dederis.

Eorum enim quæ ad bellum.) Duas res hac sententia conficit. Vnam, bellicorum tributorum immunem esse neminem. Quare hac ratione utiles apparet esse eos qui immunitatem sunt consecuti, quæ de re multa uerba Leptines facit. Alteram, ne quis putet, hæc munera eadem esse cum tributis & triremium præfecturis.

Quam iste eripit.) Hoc uerbum uolentia et iniuriæ maximam significationem habet. Eripit enim aliquis illis, quorum non est dominus, qui non lege accipit, sed hostili more grassatur.

Nec quos ipse scripsit.) Ad commendationem suæ legis hoc dicit. Si enim ipse Leptines hos missos fecit sua lege, satis constat non esse tributa militaria.

Ac locupletissimi.) Distributis muneribus in ciues ac inquilinos, & ea distributione per interrogationem tractata, quærit in utraq; parte, quàm multos addat Leptines: et quàm multos è pauperibus. missos faciat. Deinde posthæc excipit omnium ditissimos, ut in triremium præfecturas distributos. Medietas igitur subtrahetur ditissimis subtractis. Statim igitur coarguit primam legis sententiam, in qua posita est summa totius legislationis. Cum enim dicat Leptines, ditissimi obeant munera: ditissimos ipse subtrahit, & trierarchijs attribuit. Quare mendacij statim conuincitur Leptines. Illic enim occurrens legi, ut ditissimi obeant munera, inquit. Ostendit autem Reipublicæ ratio, falsum esse, ditissimos obire munera, cum illi triremium præfecturis sint attributi. Quo pacto igitur ditissimi obibunt munera? Refutatur autem obiectione per extenuationem, quia nihil habet orator quod contra dicat, quo ea euertatur: sed à natura rerum cogitur huc se recipere. Deinde damnatum cum refutatione statim coniungit: & addit, fore ut nemo omnium fidem eis habeat.

Ponam autem ego.) Post rationem concessio.

cessio . iam enim hæc ex superuacaneo dicit.

Apparebit enim, neq; multis est opus.) Neque ipso dedecore dignum, quasi dicat, non tanti est quanti dedecus, sed minus lucrum. Quare Leptines cum gloria fraudet, non utique uos amat, sed improbè facit.

Vt igitur triginta homines.) Non dicit plures triginta: sed si demus esse multos, fore triginta.

Salua respublica si fuerit, multi.) Magnam significationem dat ciuis reipublicæ amans, amoris & beneuolentiæ suæ. Neq; enim prospera fortuna, publica munera negligi sinet incolumi reipublica.

Esto, quod si sanè.) Hic alia est refutationis ratio: Præstare ut munera conferendo tributo obeantur. & fictione est usus, ut ex superuacaneo ea quoq; figura usus uideretur. Deinde iterum eam coniungit comparatione per extenuationem. In contentionem adducit rem hanc de conferendo tributo, cum pollicitationibus.

Conferendo tributo.) Alia ratio, penuriam corrigens per translationem, ut in trierarchijs fiat, ita etiam futurum in ædilitatibus: & collatione id quod præstat, inuenit. Præstat enim, inquit, hoc, * quod ita minutum est, ut animaduersionem fermè effugiat.

Adeo autem quidam.) Laudem continet probationum eius, neminem eas posse subuertere. Pugnat & contra alteram obiectionem: quosdam esse diuites immunitatem adeptos, siue iustè, siue iniustè: & soluit utroque modo, humaniter & iustè: Siquidem per iniuriam parta, & furto subtracta teneant, esse accusandos. Sin leges nullas uiolarint, ijs reprehendis Leptinem calumniatorem agere. Deinde ostendit eos non fore ditiores, si immunitates sustulerint. Ea enim pars erat obiectionis altera.

Priuatim autem abundare quosdam opibus.) Et hoc rursus diuidit. Ita ne priuatim sunt diuites? quomodo? utrum sunt rempublicam depeculati? an iniuriam fecerunt nemini? Si depeculati sunt, accusari eos & multari oportet. & fit solutio huius per translationem: sin sine cuiusquam iniuria, non est eis obtrectandum.

Iam non esse reipublicæ pecuniam.) Hic ad alteram transit obiectionis partem, eamque soluit per modi diuersitatem. Neque enim ex obitis à quoquam muneribus publici reditus augentur, inquit, sed eos habet

aliunde respublica. Deinde iterum statim transit ad aliam refutationem, quæ fit & ipsa per comparisonem: utrum, inquit, bonam existimationem mauultis, an pecuniam? Hoc autem dicit ad populum ambitiosum, & patriorum animorum plenum.

Quod enim firmissimum Leptinæ rationibus potest opponere, hoc est, de bona existimatione propter mores auditorum.

Iam ut hæc omittamus, duabus reipublicæ rebus.) Usitatum est & huic diuitias uocare bonum, & Isocrati, & uetustissimis. Comparat autem diuitias cum beneuolentiâ. Fiunt autem comparationes ex rebus eiusdem generis. Si quis autem belli & pacis, aut maiorum & bonorum, quæ diuersorum sunt generum, collationes facere uidebitur: eam negabimus esse comparisonem, contentionem esse dicemus. Insunt quidem & in comparationibus contentiones, non tamè contentiones ubiq; sunt comparationes. Id autem quod hic fit, comparationem esse dicimus, eo quod eiusdem est utrumque generis. Conferat autem inter se diuitias & gloriam, cum apud ambitiosum populum uerba faciat: & in admiratione esse, præstare ostendit. Est autem quædam & in uerbis obscuritas. Non enim dicit inesse reipublicæ duo, & diuitias, & admirationem: sed cum duo bona sint apud omnes mortales, præstantius adesse reipublicæ.

Si quis autem oportere existimat.) Hoc in Leptinem iacit, leuiter id quidem, sed non ita, quin & acrimoniam è propinquo ostendat. Perstringit enim eum qui sic affectus sit, & tam absurda dicat: per unam personam castigans omnes. Licet id quod sequitur, suauius etiam sit: Ego enim deos quaeso.

Age uerò etiam copias.) Redit ad eandem obiectionis partem. Quidam re lauta sunt, ergo diuitias pro Republica colligunt.

* Atque in ferijs & celebritatibus. Deinde subiicit, omnes conferre ad bellum qui sint immunitatem consecuti. Vnde etiam comparatio eius exaggeratur, & Reipublicæ colligi diuitias ostendit. Deinde legem profert, & in ea argutatur. Duabus enim propositis, alteram probat: in altera ratiocinatur, trierarchiæ neminem esse immunem, ex lege apparere: solere autem conferre ad bellum eos qui fruuntur immunitate. id ratiocinatur, tanquam in forma syllogismi translationis. Quod

enim in ea scriptum non est, ex eo quod scriptum est colligit, cum lex id nusquam exprimat. Fidem autem orationis posuit ante benevolentiam, eamque ad testimonium audientium retulit. Quid uero ait? Scitis profecto, naualium praefectarum, & reliqua: tanquam sufficiat id testimonium. Nam de aedilitatum sumptibus, etiam confiteri gratiam diuitibus studet: & collatione temporum, additamentum excogitat. Si inuentus, inquit, fuerit praebitor, deletat uos spectatores exigua dieculae particula. In trierarchijs autem non uoluptas, sed salus agitur: nec exiguo tempore, sed omni: neque paucorum qui in theatro sedent, sed totius ciuitatis.

Et per speciem honoris datis.) Quid gloriaris, inquit, tanquam bene merentes uincas? inane honore donas, inanis est tua ambitio. Ut non des, tamen si triremem instruo, habeo aedilitatis immunitatem.

Videtur quam perspicue Athenienses.) Recitat legem, propterea quod dixit, neminem diuitem esse trierarchiae immunem: ut perspicuum fiat, ex immunitatibus locupletatos, conferre tributa in bellis. Cum uero triremes instruunt, non amplius aedilitatibus funguntur: neque enim utrumque possunt.

Quam igitur remissionem uulgo.) Cum fretus est iure & dictis, tum argute cum Leptine disputat, qua de re non habere pauperes leuationem: ut arguta illa oratio de pauperibus habita, hunc esse ueracem, Leptinem mētiri magis ostendat, idque innuit his uerbis: Quid enim leuamenti, & reliquis. Vulgus decipis, uerbis eis duntaxat leuamentum donans, alium alij substituendo. Nam Leptines dicit, ut ditissimi munera obeant: Demosthenes autem, tanquam Leptines diceret, Pauperes absoluo, sic certat & pugnat. Decipis, inquit, populum, & uerba tantum polliceris pauperibus, cum uulgo nihil lucri acquiras. Sic eleuat & abijcit id quod in lege ostentatur.

Si unius aut duarum tribuum unum aedilem.) De hoc tanquam obscuro quaeritur, atque id quidam exposuerunt, quasi in Thargeljs duarum tribuum unus tantum aedilis constitueretur: magnis autem Bacchanalibus mense Nouembri, unum cuiusque tribus, auctis illi sumptibus, aedilem constitui solitum. Mihi autem callide hoc uidetur esse dictum forma Thucydidea. Dixit enim in libro Historiae secundo: Nam & Poudaam le-

gionarij, quibus didrachma penderetur, custodiebant, sibi metipsum enim & ministro mercedem drachmam accipiebat. & deest propositio πρὸς: ut sit, πρὸς ὄραχμῶν ἐλάμβανε, id est, drachmam quicquid accipiebat. Sic etiam hic dictum esse oportet, siue singularum siue binarum tribuum πρὸς εἰς χορηγόν, id est, singulos aediles constitui. Qua autem de causa ita contraxit? Ne multorum aedilitatem uideatur asserere Leptines.

Qui pro uno alio hoc semel.) Qui enim semel aedilitate functus est, ea postea liberatur. Aliud autem est aedilitas, aliud tributum & trierarchia. Trierarchus enim nauem praebet bellicam, & armamenta naualia, & eius generis alia: Aedilis, qui in Bacchanalibus & Panathenais ludionum gregi uictum praebet, & coronas, & ornatum, & quae alia ad talem celebritatem requiruntur: Conuiuator, qui tribum conuiuio excipit: Gymnasiarchus, qui ijs qui se exercent, oleum praebet. gymnasium enim palaestram uocabant, & crateras implebant, ijs qui ungi uolebant publice. Conferre autem tributum dicebantur ijs, qui stipem pendebant ijs qui pro patria in acie stabant. Haec fuerunt apud eos munera publica, partim bello, partim paci destinata.

Dedecoris autem totam implet ciuitatem.) Cum igitur nulla insit utilitas, & ciuitate turpitudine repleas: desine, quamprimum abrogetur lex pro tribunali sedentium iudicum suffragio: ac tu quidem in culpa es, populus autem maledicti expers. Non recedit autem ab ea sententia, alibi gloriosum, alibi contrarium confirmando. in quo pluribus etiam usus est, id quod animo concitato fieri solet, uerbis: dedecus dicendo, & perfidiam, & ignominiam.

Præterea, iudices.) Hoc quidam ad legitimum pertinere caput putant: sed magis de clarare studet orator, magnam fore annonae penuriam, & damnum: quid ex obscuritate legis euenturum sit, curiosè scrutando. Semper enim orator id quod obscurum uidetur, ad suam utilitatem trahit, secuturum inde damnum indicans.

Neque eorum qui pari iure sunt, neque hospitum.) ἰσοτέλεις uocat hospites, eundem honorem cum ciuibus consecutos. τέλει enim etiam magistratum honorem nominant, ut etiam Thucydides ait, Lacedaemoniorum recensens τὰ τέλει hoc est, magistratus. Hospites autem uocat, eos qui non sunt indigenae. Ac supra dictis

dictis quidem argumentis probauit, nihil accessurum utilitatis reipublicæ, lata etiam hac lege. Præsenti autem argumento probat, eam lædi quoque. Nam quod capi maius detrimentum queat frumenti inopia, de qua præsentem commouit orationem?

Non tamen distinctum est, cuius rei immunes.)

Reprehensione utitur eius quod deest, dicendo, quia distinctum non est, ad orationis confusionem indicandam. Indicat autem multa ut prætermissa, & indistinctè dicta à legislatore. Primū autē est illud de hospitibus, quod non indicauit utrum de ijs loquatur qui Athenis habitant, an de ijs qui alibi. secundum, cuius rei immunem: neque enim expressit speciem immunitatis, * an de alio quopiam uectigali dicat. hic etiam pensiones & uectigalia mercatorum: item, quod eum cōferre deceat, ædilitatem obeuntem reipublicæ? Est igitur in uocabulo τάλαντος 20 obscuritas. nam aliàs nominatur uectigal, aliàs obeundum reipublicæ munus. Quia igitur acciderat, ut Leucon esset immunis, partim frumentum distrahens in Piræeo, partim ædilitate non fungens, ut hospes: causatur legem hanc propter obscuritatem occasionem dare cuius uocandi Leuconē ad ædilitatem, quin & exagitandi ad soluendum uectigal. Vnde etiam querit, de quo uectigalis genere loquatur Leptines, 30 utrum de eo, ut nemo sit ædilitatum immunis, an ut uectigal ab eo exigatur? & concludit, cui libet licere uectigal postulare, et ad ædilitatem uocare Leuconem. Vfus est autem tribus nominibus, ciuium, pari iure utentium, & hospitum: eo quod Leucon trium horum potest esse particeps, cum ciuis sit adoptione: ἰσοτελής, propter honorē: hospes, quia neque genere neque natura ciuis. Hac autem parte uehementer urget aduersarium. Nam quæ res maioris perturbationis causa esse possit reipublicæ, quam annonæ penuria? Quamobrem etiam pro detrimenti parte hoc argumentum tractat. Ut autem uideatur etiam defendere hominē, qui frumento rempublicam priuaturus sit, causam euentus in rempublicam confert, & necessitatem. Deinde beneficia sua commemorantem inducit, & conquerentem & exprobrantem, & post hæc sola accusa- 50 tionem uix remouentem, ut non iam Leuconis, sed populi sit culpa.

*Spoliat & Leuconem principem Bospori.) Vides * quantam uim adiunxerit: Deinde adden-*

do Bospori, tantum nō oculis eorum subijcit naues onerarias frumenti plenas. Quare præter alia famis etiam causa erit Leptines, dum illi homini immunitatem eripit.

Neutra autem ei ratione.) Neque ut ciui, neque ut hospiti, priuantur enim utriusque.

Nostris enim profectō.) Amplificat Leuconis beneficium ē contrarijs, inopiam proferendo. Nam in rebus angustijs etiam parua lucella magna esse uidentur. At si hoc maximum etiam sit, quid iam excellentius auditoribus reliquum esse queat? Deinde comparat etiam frumentum Ponticum, cum uniuerso frumento, quod undecumque eis offeratur.

Non enim eò duntaxat quod hic locus.) Quoniam inficiationem attulit, que * ablegatur ratione (uidetur id enim magis esse ē re ipsius qui mittit frumentum, quam reipublicæ cui mittitur) tollit & hanc obiectionē, ac succidit. Quali enim auditores dicāt, eò facit quod ijs in locis plurimum frumenti nascitur: concessione tollit, dicendo: Neque enim eò duntaxat, quod plurimū in eo loco frumētī nascitur, id fit: sed eò etiā, quod uobis immunitatem concessit, quod Atheniensibus mercatoribus præ cæteris honorem habet.

Quod enim ipse pro se tenet.) Ratiocinatur lucrum, à magnitudine honorem exaggerans, & à consueto & constituto uectigali lucrum indicans.

Id uerò quantum est.) Magnitudine est usus, ut non modò * ante rem auget, sed & per ipsam qualitatem.

Mercatum Theudofiam.) Mercatui huic nomen est inditum à Leuconis siue sorore, siue uxore. ambigitur enim. Ostendit autem sic etiam eius beneuolentiam, eum secum ipsum certare beneficijs in Athenienses conferendis. propter hoc enim exaggerat ipsum etiam mercatum, ne friuola uideatur esse accessio.

Sed anno ab hinc tertio annonæ penuria.) Memoriam renouat, uetera prætereundo. * Semper enim eius beneficij sensum retinent. Illud enim profectō scitis, inquit, cum totus orbis terrarū fame premeretur, eum missa annonæ copia, remouisse calamitatē, quæ tum primū * priuatā frumētī penuriā faceret & diuitias, & fatietatē. Veniat Callisthenes uerus testis liberalitatis Leuconianæ, is referat quantum talentorum numerum reipublicæ comparferit.

Ac nec

Ac nec si aliud uisum fuerit.) Facit delicta Atheniensibus inemendabilia. errauit populus malo inuito consilio: remitte, poenitentia delicta corriget. At qui est in lege scriptum, Nec in posterum licere dare.

Et uestros mercatores qui ab illo frumentum exportant.) Non Leuconi duntaxat, sed & reipublicae facis iniuriam Leptine. Nam praeter alia multa etiam existimationem eius laedis. Ipsarum autem * rerum iactura grauissima est.

Et uos adhuc deliberatis.) Exaggerata accusatione, extimulat ad abrogationem legis: non est, inquit, de confessis rebus deliberandum: antecedit disputationes abrogatio.

Cape ipsa decreta, et eis recita.) Ut eos pudeat sua decreta rescindere. Cum autem beneficia uerbis iam exposuerit, uult eadem etiam de scripto recitare.

Merito ac iure.) Vide quam acriter eum mercedem accepisse ostendat, quod pro ijs quae dederit, eam remunerationem sit consecutus. sic efficit, ne populus ea re efferat: ac potius amplissimum testimonium profert, magnum esse in populum collatum beneficium.

ἀντιγράφοις.) Quae paria continent, & eadem clamitant.

In Piraeo.) Duas ille, quoniam uos duobus mercatibus ueluti adoptat. Deinde turpitudinem adducit per superlationem: Fide, inquit, uicta est ab uno uiro tota ciuitas, populus indigena gratitudine fuit Leucone inferior.

Aliam ad templum.) Templum, quod ita nominatur, eo quod Minyae templum extruxerunt heroum, ad petendum aureum uelutis nauigantium. Id autem templum est in Ponti aditu.

Quarum rerum habetis aut dedistis pactiones.) Venerandum est pactionum nomen, atque ideo uituperandus, qui eas uiolarit.

Quod est multo grauius quam destruere.) Vis perferre Leptine legem? paululum differ: omitte, demoliar columnas, literatum, et manifestum mei accusatorem.

Haec confirmant reprehensiones.) ratas faciunt friuolas istas calumnias, immemorem accptorum beneficiorum coarguentes.

Age uero si misis etiam legatis.) Opportune usus est fictione. Euidetior enim simul, & quasi uiuacior fit oratio. Festiuum autem est inuentum. Tantum enim non iudicium aduersus populum instituit. Probabilis autem

est oratio. Neque enim ob patrociniū Demosthenis, sed cause bonitate uictoriam adeptum esse Leuconem apparebit.

Qui pro uobis decretum scribit.) Qui uestro nomine respondet.

Fuisse quosdam, si dijs placet, consecutos.) Non obliuiscitur suae rationis, sed ut suae legi pareret aditum, fecit ipsum populum confiteri obiectionem: Fuisse, si dijs placet, quosdam consecutos, quasi nihil aliud molestum reip. sit, nisi hoc: ut lex Demosthenis paulo post recitanda, & hoc refutare uideatur.

Nam et Atheniensium quidam.) Alteri tribuit maledictum, quod tamen ne hic quidē sine correctione ponit: sed uitandae offensionis causa, quidam dixit, non omnes. & fortasse, ut & * aduerbio & dubitatione, non omnino improbitatis ciues damnet. Bene autem perseverat in expolitione rei, ut argumentum eis fiat euidentius, & breuiter obiectio sublata esse uideatur.

Non ne aequiora quam nos dicet? mea quidem opinione.) In eorum qui accusati sunt numero, & ipse reperitur, & confitetur iniuriam fieri Leuconi. Deinde communi sensu & institutis argumentationem confirmat: Solere omnes uerecundia bonorum quosdam improbos amare potius, quam odio improborum etiam bonos auersari.

Iam quo minus facultates permutet.) Haecenus absoluta oratione de solutione uectigaliū, transit ad homonymum. eum enim in prior parte uectigalia tractasse, inde perspicuum est, quod ratiocinatus est quibus uectigalibus fruatur, ex eo quod uectigalia non soluat. Deinde ostendit eos eripere priuilegiū Leuconi, postea Leuconem uicissim illis erepturum. Proinde hoc de uectigalibus dictum est. Iam ad alteram partem transit, & homonymiam, munus illud publicum, inquam. & argumentatio tractata est per calumniam, uoluntatem significans.

Ac adeo non.) Communioris cuiusdam argumenti quasi principium sumit, illius de aedilitate inquam. Cur autem non palam et aperte posuit, aliquem permutaturum esse facultates? sed ex contrario per inficiationem: Si quis permutare uoluerit, non inuenio, quomodo absolui possit, quo minus permutet? Quia aperte dicere non est probabile: tractatio autem per negationem, significat contententis institutum. Ferme enim imitatur contententis mores, tractatione enthymematia.

Si quis

Si quis ea inuasit.) per speciem permutationis sibi uendicabit.

Neq; uerò maximum est sumptus.) A' copijs & potentatu Leuconis occurrebat. At in tantis diuitijs non sentit sumptum: uerum, sed ereptio est ignominiosa.

Neq; uerò Athenienses.) Cur tandem à minoribus ad maiora conuertere orationem solitus, hic contrarium fecit? & à maioribus ad minora uenit: Respondendū est: hoc, quòd magis perturbaret auditores, in principio esse positum. Requirit enim populus frumentum, & eo priuari se dolet. Per quod igitur facilius persuasurus erat, id ad metum incutiendum primo loco obiecit.

Sed etiam si quis alius est benemeritus.) Cū magnam admirationē beneficij Leuconis excitari, commiserationem Epicædis interponit, mutatione fortunæ ad persuadendū accommodata. Cui enim, inquit, olim res secundæ fuerunt, qui de Atheniensium republica benemereri uoluit, is nunc uitæ præsidium habet immunitatē, prostratus à fortuna. Aiunt liberos Epicædis Cyrenis Athenas migrasse, & propterea dicunt utilē eis fuisse datam ab Atheniensibus immunitatē. Probabile enim erat, eos cum adessent, etiā ad obeunda munera uocatum iri.

Quis igitur is est? Epicædes.) Interrogauit Athenienses, tanquā scire desiderantes, quis nam sit ita bene meritus? ut audacter respōdeat. Cyrene autem urbs est Libyæ, Lacedæmoniorum colonia. Epicædes autem Cyrenus depopulo benemeritus fuit temporibus acceptæ cladis in Sicilia. Sed quia uidit non amplā esse donationē, multis modis eam auxit: primū concedendo & dicendo, non quòd magna quædā & admirabilia dederit. Deinde à tempore & animo eius qui dedit, & qualitate aduersariorum: à tempore, cum succubisset urbs, & in magnis malis esset: ab animo, quòd cōsultò & ultrò: à qualitate eorum qui beneficium acceperunt: in calamitate: à metu aduersariorum, quòd superiores erant Syracusani & Peloponneses: quorum superbiam & elationē nō est ueritus. Quin et à uicinitate auxit, apud quos erat. Nam & hoc ad amplificationem confert. Præsentem enim non timuisse periculum, neq; salutis habuisse rationem, non parum facit ad declarandum eius studium & beneuolentiā. In quo etiam cum uideret eorum qui affecti essent beneficio paucitatem, & largitionis: ex

comparationis loco amplificauit. Comparat enim animum ultrò bene merentium, cum eius animo, qui per occasionem, ut æquum sit, gratiam referat: & cum ostēderit plerosq; mortaliū etiā beneficijs obligatos, non ultrò solere gratiam referre calamitosis: auxit eius qui dedit animum, quòd ultrò calamitosis sit largitus.

Vt decretum declarat.) Decreto fidem conciliat Epicædis beneuolentiæ, ne uideatur loqui benignius.

Et ne fame omnes perirent.) Non tantum ex antè dictis locis amplificat, ut diximus, sed ex eo etiam, quòd prohibuit ea quæ eis accidissēt, nisi ultrò largitus esset. Cauit enim ne fame omnes perirent, alacriter largiendo. Idem aliter explicatum: Exaggerauit, non ab ijs duntaxat quæ fecit, sed ab eo etiam, quòd liberalitate sua impendens malum auertit. Utilitas enim dupliciter capitur: uel parandis bonis, uel auertendis malis.

Talentum dedit.) Concessa ei immunitate, propter ea quæ prius in Sicilia dederat, nō tanquam contemptor semel cōsecutus honorem, rempublicam curare: sed postulante nemine, animaduersa necessitate, sua sponte, ultrò suum studium declarauit, ipse * amplificatione excogitata.

Considerate per louem & deos.) Cum in superioribus beneficium exposuerit, & amplificauit quantum potuit: hic iam superioribus aliud adiicit argumentum. Ita solet noster orator ubiq; narrationib. amplificationes adiicere. Non autem simplex hic est narratio, sed demonstratiua.

Et illorum gratiam.) Etiam hæc bonitatis est approbatio. neq; enim spe remunerationis benefecit (ea enim incerta fuit) sed ex bene uolentiā & affectu uictos plures fecit quàm uictores. Neq; uictores solū dixit, sed eos etiā apud quos fuit: ut ostenderet, eum & familiaritatem contempsisse, & amicitiam neglexisse, & uictores non metuisse.

Et uos plures in rebus omnibus fecit, neq; enim parta uti immunitate uoluit.) Immunitas duplex est, uel mercaturæ, uel munerum publicorum ratione. Neq; enim fieri potest, ut peregrinus, qui in Libya habitat, munera obeat: aut uectigal soluat, qui non faciat mercaturam. Neq; enim mercaturā facit, ut Leucō: neq; apportantur ei ex Libya merces, unde lucretur, idq; constat è uectigalium descriptione. Quamobrem cum fiducia dixit:

Nam eum nec parta uti constat immunitate.) Neque enim reperitur in mercatorum descriptionibus. In idem. Zeno propositum locum explicans, Epicerdes ait non usum esse privilegio, eo quod centum minas largitus fuerit. Nos uero negamus hoc significare uelle Demosthenem. neque enim largitionis & liberalitatis aliqua est immunitas, sed munerum quae necessario obeuntur. Quomodo igitur Epicerdes ea non utitur? non quod largitus est, sed quod nec mercaturam facit, neque unquam uocatus est ad munus aliquod obeundum. Quia enim absuit, uti privilegio non potuit. Nam eum absentem ad munus aliquod obeundum uocari non potuisse, constat ex statu Leuconis. Ibi enim ait, Esse pecuniam Leuconi: Hic uero, quas res Epicerdis inuadat aliquis, qui nullam habet negociationem in portibus?

Vii.) pro usus esse. Neque enim haecenus de filiis eius est dictum, sed de patre. neque etiam conferre ad bellum, uiolationem fuisse immunitatis: perspicuum est ex ijs quae dicuntur de Harmodio & Aristogitone. Etenim quamuis adepti immunitatem, tamen ad bellum sumptus suppeditabant. Quare si Epicerdes ad bellum suppeditauit aliquid, non utique privilegium sustulit. Quin & ipse legem profert, quae iubet neminem immunem esse bellicorum sumptuum.

Quos minime conueniebat.) Quibus nullo modo fieri debebat iniuria.

Sed alacritate, & quod ipse.) A iudicio patrum hominem celebrat.

Qui cum priores beneficium contulissent.) Qui principium bene merendi fecerunt. Maiori autem charitate digni sunt, qui in necessitatibus aliquid subministrant.

Et non pudet, Athenienses.) Erudite uerbo pudet, statim subiicit Athenienses, ut propter qualitatem urbis, turpitudine maior appareat.

Neque possimus queri.) Doce me aliquam exceptionis defensionem. Adsit speciosus aliquis locus errato, si quis liberorum eius ingratum me uocarit. Quo crimine proferendo, reprehensionem diluam? Quid ab eis uitiose factum culpando, dedecus effugiam.

Neque enim si alij fuerunt.) Obiectionis inficiatione, obiectionem soluit, dicendo: hoc non diluet probum, sed ignominiam augebit: eueritis maiorum suffragium: petulanter rescindis quae illi iudicarunt. & ad ditamentum confirmat ueritatem: Quanto praestantius est, eorum qui uiderunt & adfuerunt, testimonium, quam eius qui praeter auditum nihil habet?

Et de quadringentis.) Fuit enim quaedam bello Peloponnesiaco quadringentorum oligarchia, quam qui abrogarunt, ijs honos est habitus.

Vtilem operam nauarunt.) sub xxx tyrannis scilicet. Tum enim homines populares, non ferentes eorum improbitatem, in exilium abierunt: quos qui susceperunt, fuere in admiratione.

Quod si cui uestrum illud persuasum est. Postquam exterorum beneficia coaceruauit, sumptam ex consequenti sensu propositionem subiicit. Diximus autem, argumentum de Epicerde agere de futuro damno. Hoc igitur in sententia nunc proposita concludit. Occurrebat enim ex ijs quae dicebantur: At non opus nobis erit eo, qui bene de nobis mereatur, neque enim bellum est. Cum qua obiectione dum dimicat, a communi hominum natura & communi sensu: Futura esse incerta, & expectanda esse omnia: sic obsignat per haec id damnum quod secuturum sit, si lex rata habeatur.

Atque ego unam precor.) Insignem suam beneuolentiam significat, ut qui unam precari non grauetur.

Qua nisi abrogata fuerit, utendum erit.) Si rata habeatur, uerisimile est, fore paucos qui bene de Republica mereantur. Deprauant enim, & infelicitant fortunatas urbes, prauae leges. Praestantibus enim uiris, & legibus melioribus, felicitas comitatur: contrarijs, res mutantur in deterius.

ἰνὴ ἴππεα.) paulatim regrederetur, & periret. πεῖρας enim, est perire. Quoniam homines prudentia parant opes, per imprudentiam amittunt ea quae parant.

Quae urbem in rebus secundis.) Vtroque modo legem inutilem, & nequaquam conducibilem esse ostendit. Dum enim in tuto uiuimus, rei ignominia adest. Si quid aliud

aliquid et
habebit
Neg
tum eiu
rens. le
factura
Remp
uaturit
stularit
to de E
publicu
trias sua
enim fir
sim Leu
set, mul
runt ut
iungeret
argumen
dare ben
elle frau
acerbis
annonae
Epicerdes
est in ue
Quod
dei con
culitis.
Sed car
lio dixit
Dioner
refertur.
demoni
idoneu
atque ami
Et tres
periculo
Sed car
habene
dinem,
sed coac
ris erant.
culum u
praetuler
Quae
pacem e
Graecos
quit, exp
icepistis.
stis omni
Si quis
ratiam al
& tollit d
nientibus
ista puill

aliud et malum acciderit, qui auxilietur, nō habebimus.

Neq; uerò solum Athenienses.) Aliud argumētum eiusdem loci, non parum tamen differens. Iterum de homine bene merito uerba facturus est: & ostendit quantopere lædat Rempublicam, et quot bene meritis priuaturus sit Rempublicam Leptines, si postularit occasio. Differt autem ab argumento de Epicerde. Illud enim priuatum, hoc publicum est: adiunxisse eos totas urbes patrias suas ad societatem populi. A personis enim singulis ad urbes transit: & cum seorsim Leuconem, seorsim Epicerdem posuisset, multitudinē subiicit eorum, qui effecerunt ut patriæ suæ socia arma cum populo iungerent. Duo autem confecit per talia argumenta: unum, absurdissimū esse, fraudare bene meritos: alterum, effecturos eos esse fraudatione illa, ne qui talibus & tam acerbis temporibus bene mereri uelint: in annonæ penuriâ Leucon, in calamitatibus Epicerdes. * Perfectum enim beneficium est in uerbis & in factis positum.

Quod è natu maioribus inter uos.) Satis sibi fidei conciliat, dicendo, Vos me talia docuistis.

Sed cum magnum illud prælium.) De hoc prælio dixit Hyperides in oratione aduersus Dionem. & ab Ephoro atq; Androtione refertur, magno prælio uictos esse à Lacedæmonijs Athenienses.

ἠδὲ καὶ περὶ τῆς εἰρήνης.) per caduceatores fœdus atq; amicitiam sancire.

Et transitum tenere.) ut & recessus & fuga periculosa esset.

Sed cum in armis propè essent.) Augēt hæc uerba beneuolentiam: Nō timuerunt multitudinem, neq; arma, neq; ciues reueriti sunt: sed coactis ijs qui intus, despectis ijs qui foris erant, exercitum intulerunt, et periculum uobiscum ad eundem, uitæ securitati prætulērunt.

Quæ sub Antalcida.) Hic est qui turpem illā pacem cum magno Rege pepigit, in qua Græcos Asianos dedit. Tum igitur, inquit, expulerunt eos Lacedæmoni, uos suscepistis, & ita uti par erat, charos habuistis omnes.

Si quis audiat deliberare Athenienses.) Deliberat iam aliquis rursus de confirmatis rebus, & tollit decretorum fidem: Alienus Atheniensibus est iste sensus, abhorret ab Attica ista pusillitas.

Age recita mihi.) Recitat decretum, ut uerecundiam in eis excitet. Qui igitur, inquit, tempora illa seu spectauit, seu audiuit, si perpendat beneficij memoriam, omnino is ingratitude accusabit. Odi enim humanitatem quam extorquet necessitas. Is qui liberalis uideri studet in calamitatibus: subleuatis periculis, & uoti compos factus, beneficiorum est immemor & ingratus.

At hercule indigni quidam.) Acriter hoc dicit, ad perstringendum Leptinem, ut importunum & inuidum, qui sursum & deorsum hoc agitet, & alio nullo firmamento nitatur. In uniuersum autem suæ causa legis hac ratione utitur, ut continenti mentione populus ductus, causam quæ pro populo affertur, acciperet. Cum enim à Leptinæ lege & utilitate uellet auditorem abducere, transfert eius animum ad accusationem eorum, qui immunitatem, qua indigni sunt, acceperunt. Neque uerò id solum dixerat Leptines, indignos eos esse: sed illud etiā, deesse qui munera obeant: & ut ea diuites obeant æquum esse. Quod autem ut firmū ei largitur in tota lege, id infirmissimum esse ostendit & iniustum, ut propter paucos omnibus fiat iniuria. Sic nos orator docuit, firmissima argumenta aduersariorum esse prætermittenda, & iudices ad alia traducendos. Hanc obiectionem soluit translatiue, primū à modo, deinde à tempore. ac à tempore, spectandam esse dignitatem cum donemus, non possit: à modo, iudicium nō eodem modo fieri oportere à priuato, & à ciuitate.

Deinde illud ignorare nos dicemus.) Exceptio- ne soluit obiectionem. Illud ipsum, inquit, an digni essent, exquirendum tibi fuit eo tempore, quo honos illis habebatur: non nunc, postquam acceperant, speciosis uerbis & ista ratione utendum, indignos eos esse.

Munus hominum est.) pro, non malorum, sed prudentum.

Quam opinionem à uobis amotam esse decet.) inuidentiæ scilicet.

Ego uerò non eodem modo.) Sententiā est huiusmodi: Omnes homines, uel daturus alii, uel accepturus filiam, prius inquirere, sit ne dignus an non? & quæ sit de ea re futura opinio: & utrum legitimum sit & genus eius, et uita, nec nec: In beneficiis autem non iam eodem modo, sed tamen si obscuro genere sit ortus, accipiunt, propter necessitatem,

cessitatem actionem approbantes, qualiscumque tandem ille sit.

Cum igitur accipiendum beneficium.) Conclusio argumenti. Interferuit autem hæc in medio, ut benemeritorum memoria extaret, ne supina & fastidiosa fieret oratio.

Vno atque altero decreto ostenso.) De hospitibus loquitur, quia plurima deinceps recitabit in examinatione civium.

Cum Thasios.) Thasus est regione Thraciæ est, ubi etiam metalla fuerunt aliquando Atheniensium. Redit autem ad eiusdem generis argumentationes, atque illud de Archebio & Heraclide eiusdem loci est: qui, ut aiunt, ne habere quidem putantur immunitatem apud Athenienses.

Et Lacedæmoniorum præsidium armis eiecisse.) Non uerbis impulerunt, sed armis opus fuit ad illos expellendos. Ecphantus Thasiorum, Thrasylbulus dux Atheniensium.

Introductis.) post pugnam.

Vt decimam uenderetis.) Decimam de sarcinis mercatorum, qui Hellepontum frequentarent, accipiebant. Vendebant igitur uectigalia, & efficiebant ut respublica pecuniæ copiam haberet. Deinde utilitatem pecuniæ narrat: Lacedæmonios ea re uisa terribitos, pacem, quibus conditionibus uoluerint Athenienses, fecisse. *πρόξενοι* autem dicuntur amici tam publice quam priuatim, qui in exteris urbibus aduenas excipiunt.

Vt calumniantium.) ut nihil ueri habentium, quantum ad utilitatem.

Ex his autem uiris aliqui fortasse.) Obierant enim quidam: sed tamen illi mortui erant, non tamen beneficia perierant. Quidam etiam uiuunt. Dixerat autem Leptines plerosque ex eis esse mortuos, & non multis datum iri. At hic per inuersionem id ipsum arripit: &, Imò, inquit, non debemus eos priuare propter reliquos. propter hoc enim omnibus uos honorem habere constabit.

Et respublica bonitatis opinione florebit.) Calamitates dicere uult: si accidisset ut benemeritis de uobis periclitandum & oppetendum esset, sanè & periissent, & in ea calamitate perpetuò fuissent. Iniustum igitur est certa subire pericula: & si euaseris, priuari spe & honore.

Grauius equidem ferrem.) Ut bonus ciuis patriæ uicem dolet, si ea generosis uiris destituitur. Operæ precium autem est suauitatem sententiæ admirari. Dicendo enim,

Grauius ferrem, si respublica non haberet generosos & benemeritos uiros: declarat, qua beneuolentia rempublicam prosequatur, præsertim cum ægrè ferat, ita esse ciues animatos, ut pro patria subire pericula recusent. Nam cætera bona sic tractauit orator, ut eodem pertineat. Quia uerò fieri poterat, ut et in mala urbe unus esset optimus, propterea dixit, plurimos & optimos, ut illud esset multitudinis, hoc uirtutis.

Ac primum Cononem.) Auspicatus à peregrinis, ad disputationem de ciuitatibus uenit: primum ut ostenderet, quam multi exteri de republ. sint benemeriti, & quam multorum hospitum eguerit aliquando auxilijs. Hic autem unus est decem illorum ducum, Timothei pater, cuius meminit etiam in Philippicis. Cur autem Cononem Chabriæ præposuit: de quo solo in hac oratione laborat: Respondemus, suspicionem fuisse, eum propter filium eius, non propter utilitatem rei publicæ, causam hanc suscepisse, & cum matre eius consuetudinem habuisse. Ne igitur eum de industria, & tanquam ex composito proferre, sed propter rempublica uerba facere uideretur: ea gratia Cononem primum posuit.

Vel uirum, uel res gestas.) Et mores eius, & facta commemorat. Fit enim, ut idem et honestè uixerit, & nullum munus publicum administrarit. Propterea hæc duo coniunxit, duas qualitates simul examinans, et personæ & actionum. Licet enim cum personam accusas, actionem non reprehendere: Licet & in approbatione rei, qualitatem perstringere. Nunc utrinque homini laudem conciliat.

Vt è uestro quibusdam audire licet.) natu maioribus. Sed quoniam dixit audire, auditus autem parum habet fidei: addit, qui uiderunt, qui renunciarunt.

Cum urbs nostra infirma esset.) Circa finem belli Peloponesiaci, Arginusis, Lesbi quodam loco, ubi cum Lacedæmonijs Athenienses pugnaverunt, & quanquam uicerant, tamè cadauera interfectorum propter tempestatem è mari tollere non potuerunt. prælium enim nauale commiserant. Proinde interfectorum cognati à quibusdam calumniatoribus inducti, lugubri habitu populū adierunt, eius que sibi beneuolentiam conciliarunt. Populus igitur decem ducum alios exilio, alios morte multauit. Quare hi ante iudicium fugerunt, scientes quid mali

mali

mali sibi immineret: è quorum numero & Conon fuit, & ad Euagoram Cypri principem abiit. is ei amicitiam regis Persarum conciliauit, cum quo ipse habebat amicitiam. Cum autem eo tempore Lacedæmonij ocium agerent, & regis prouincias infestarent, Conon arrepta occasione, regi promisit se illos superaturum, si ab eo accepisset exercitum. Quo accepto, Lacedæmonios uicit, & Athenas redijt, neq; ciues propter sui condemnationem auersatus est.

Cum nihil omnino adiumenti haberet.) Cum nihil, inquit, adiumenti ei attulisset Respublica, nauali prælio superauit Lacedæmonios, imperator creatus à rege Persarum.

Qui prius alijs imperabant.) Non dicit, confuefecit ut parerent nobis: quanquam consequens erat ad hoc, qui imperabant alijs, dicere, ut parerent nostro imperio: sed quoniam id ab historia non habebat, Confuefecit, inquit, ut uos audirent, quia conditiones pacis acceperunt.

Erexit moenia.) Quæ Lacedæmonij coegerant Athenienses suis demoliri manibus: olûm à Themistocle post Medicam uictoriam extructa. Harmostas autem appellat, prætores Lacedæmoniorum in exteris urbibus: quos ita nominabant, quòd mores ciuium ad Laconum imitationem conformarent.

Insularum.) Non Cycladum duntaxat, sed etiam aliarum.

Proinde soli omnium.) Soli post Harmodiû & Aristogitonem.

Quare ille gloriari.) Communitatem inculcat, ut donis Cononem priuantes, etiam sibi metipsi noceant.

Alijs boni causa fuerit.) Dicere uult, Si quis ciuis alijs benefecerit, etiã respública particeps est successuum.

Primum.) rursus post illos.

Sed etiam ab alijs multis.) Non enim omnino maximum est, si ciui à ciuitate honos habetur. ideo adiecit, Ab alijs.

Qui iure.) Quid igitur, si qui metu eum coluerunt, aut necessitate? Ideo additum est, iurè, ut purus sit honor.

Sola uerò uestra hæc donatio ei eripietur.) Hæc eripietur, indicat, non omnes eripi Cononi datos honores, sed immunitatem solam.

Idq; intelligetur, si comparabimus.) Non totum Themistoclem comparat toti Cono-

ni, sed factionem murorum factioni murorum. Non igitur ex omnibus locis comparare instituit Themistocli Cononem (neque enim res eorum gestæ sunt inter se similes) sed factionem murorum duntaxat. Neque enim necesse est in comparationibus omnia cõferri omnibus. Nam & Isocrates in Helenæ encomio, dum Helenam cû Hercule confert, non res eorum gestas exposuit, sed uim & robur duntaxat cum pulchritudine contulit. Ac præcepta nobis dant ueteres: Non esse contendendum, neque pugnandum nobis contra robusta: neq; tamen dubitandum, si res ab una duntaxat parte considerentur, eas inter se conferre. Non enim magnitudinem cum magnitudine mœnium comparat, sed rationè duntaxat factionis murorum. Tempora autem prætermisit, in quibus plurimum inter est. Tum enim duces erant omnium Græcorum Lacedæmonij, nunc uicti à rege Persarum circa Gnidum. Itaq; dissimulato tempore, quo quisq; illorum urbem muniit, factum Cononis amplificat.

Ille quidem fertur condidisse moenia.) Contrahit narrationem mirabiliter, ut uetustam: eaq; de causa, ut breuitate Themistoclis memoriam suffuretur.

Ac omnes fortasse audiistis.) Hoc est, Scitis ut fraude muros erexerit.

Nemo id quod dicam cum inuidia audiat.) Cum eû Themistocli anteponat, non ab re quod dicendum erat, uerbis lenit.

Neq; deteriori conditione esse quàm oratores.) Nō igitur iustum est, inquit, res gestas eius uinci oratione sycophantarum.

Esto. Sed Chabriæ filium.) εἶπε, pro ἀγὸς δὲ, id est, Age uerò, dicendum restat, ut necessitate uideatur ad Chabriam uenire, non de industria, sed institutam orationem prosequens. Sustulit enim suspicionem, ne uideatur ad gratiam, Chabriæ filium defendere. & ubique filium cum patris nomine implicat, & patris persona ad confirmandum utitur, eo nimirum, quòd propter patris dignitatem donum habebat filius: atq; ita absurditatem ostendit atq; coarguit, si post tot & tanta beneficia, immunitatem ei eripiant.

Scitis autem fortassis etiam sine mea oratione.)

Anteoccupat, & auditorem suæ orationis testem facit: ut in Chabriæ laudem ingressus, non gratiæ causa uideatur uerba facere. Confitentur & ipsi, eum fuisse

eum fuisse præstantem uirum: ut etiam si alia qua filij culpa sit, non tamen eius persona accusetur. Non autem defendit qualitatem filij, ne uideatur statim in principio tanquam irritare auditores. sed progressa oratione defensionem affert his uerbis: Pupillus educatus est propter patris interitum. Quare translatiua est defensio. Nam si pro Atheniensibus occubuit, propter populum filius talis euasit.

Vt Gorgopam occiderit.) Dux fuit Thebanorum, quem in Aegina occidit Chabrias, abeuntem ad ferendum * Euagoræ auxilium.

In Aegypto.) contra Persas.

Et magnum dedecus dicente me.) Ultrò succumbit, ut utraq; ratione uincat.

Vicit igitur.) Cum dicat eadem, alia figura simulat se alia dicere.

Vna dempta.) ut numerus quinquagenarius absoluaatur.

Cepit insularum harum.) Et uicit, & seruauit.

Vobis inimicas.) Quid enim, si adductæ uerbis, & postea mutatae essent?

Ne quid autem dicendo præteream.) Mos est oratoris, immorari locis firmioribus, & non facile ab eis recedere. Ut autem fastidium effugiat, uariare solet figuras sententiarum. Recitat autem è commentario res gestas Chabriæ.

Num uidetur ullis uestrum Athenienses.) Figura interrogationis absurditatem ostendit & coarguit. Est autem morata & hæc oratio, per quam duo probat: primùm beneuolentiã, deinde filij defensionem. Quia uerò obijcebatur, Cum se ipse tueri non potuerit Chabrias, qui tueri poterit alios? eam objectionem cum uideret sibi incommodare, perstringit breuiter his uerbis: Cum seruandi auctoritatem obtineret, ipse dux fuit cautus commilitonibus: cum uerò necesse fuit, miles pro patria ultrò occubuit.

Non considerabitis Athenienses.) Cum uideatur de lege fieri iudicium, reuera mores ciuitatis examinantur. Cõsidera, uir optime, & humana cõsideratione respice futura: si qua necessitas inciderit, ubi benefactorem uidebimus?

Vide igitur & circumspice.) Simulat scribam non inuenire, ut uideatur ex tempore agere quæ dicit, & non meditatæ esse.

Quos nunc isti reprehendentes.) hoc est, dignos dono.

Equidem existimo.) Nam tanquam in con-

fesso esset, decreuistis.

Ita ne, quibus propter illum tunc.) Quasi diceret, atq; ostenderet, si propter dignum, eos qui digni non erant, honorastis, nunc propter indignos dignos spoliabitis?

Quibus igitur facietis iniuriam.) Absoluta uersa de bene meritis oratione, ad perorationem accedit: perorationem dico, non totius orationis, sed partis huius.

10 Nam si eorum quæ reipsa fecit.) Conclusio eorum quæ dicta sunt.

Si a uobis non bene narrentur.) Ab aduocatis, inquit. Absurdum igitur, quæ uobis dederunt, quæ ipsi experiëntia cognouistis, si qui ea uerbis demonstrare non poterunt, id ipsis rectè factis fraudi erit?

Vt igitur sciatis.) Hic rursus inchoat legitimum caput, idq; ordo postulat. Accusanda enim erat Leptinæ lex, ut iniua & inutilis, ut deinde sua substitueretur per collationem & comparationem.

Lex recitabitur uobis.) Solon iussit eum qui receptam aliquam legem abrogaret, ferre aliam. Vbi igitur recepta lex est, alia substituenda est: ubi non est, abroganda duntaxat. Lex autem quam abrogabat, dona uetera rata continebat: et si qui essent indigni, eos in ius uocari iubebat.

Accusare aliquis.) ἡραφὴ proprie dicitur * legitimum accusatio. Docet autem per hanc sententiam, ostendendum esse prius, ueteres leges aliqua ratione esse uisitas, deinde subrogandam aliam. Hæc igitur secutus post accusationem Leptinianæ legis, suæ recitationem exhibet, quæ eonamine legit, quod ferenda esset. Nam apud iudices ferenda est lex, & ante statuas heroũ proponenda: quod quod non fecerit, eius publicè accusandi ius esto.

Quæ igitur faciendæ sint legislatori.) Per hoc significat, non esse perferendã eius legem, donec legum iussa obseruentur. Quæ uerò uiolatori luenda sint, non adiecit: quia in Leptinæ actio non dabatur. Post hæc ponit Leptinæ legem, & notat quæ reprehendat. Deinde ordine recitat & aliam legem ueterem, qua contineat, dona quæ populus dedit, esse rata, cui cõtraria sit Leptiniana lex. Deinde & aliã, obnoxium esse actioni eum, qui legem legibus cõtrariam ferat, ut per hoc suã ostendat legibus esse consentaneam, et non repugnantem. Leptinæ autem accusat ut uiolatore legum.

Neq; enim putauit Solon.) Sententiã legislatoris refert, Thesmothetæ autem eliguntur quotannis

quotan
bus, per
Nonot
sue reci
thez ig
secundo
cum Ma
quod in
pagite
Leges a
absurd
ges aute
rent, & c
Ad tem
nata fere
larent.
Vrege
modum
tem ait,
ni cogn
luminar
Ter con
ipsi testa
deligitis
quod pl
intellig
legis, qu
Primar
si qui ius
Primar
toritate.
Is, deinde
da, ac tu
modo ig
mo enim
rogatas
ro deliga
Vtana
si una de
nes inde
si una les
Ante Ep
quibus n
to Apoll
ferre leg
enses uir
autem in
Heroum
enim me
ciones h
ni, ut on
guretur.
Ea iuncti
ferent: si

quotannis sex, qui sunt è nouem principibus, per quos res pleraeq; administrantur. Nomothetae, delecti iudices, rogatam legem siue recitantes, siue confirmantes. Thesmothetae igitur annum magistratum habebant. secundo aut probabantur, quod inde in uicium Martium ascendebant, nisi crimen aliquod interea in aliquem cecidisset, & Arcopagita usq; ad obitum manebant.

Leges autem quibus & eos imperare oporteat.) Ait absurdum esse, legislatores saepe probari: leges autem, quarum autoritate & ipsi imperent, & omnes, temere ferri.

Ad tempus ferentes.) Magistratus enim è re nata ferebant leges, aut ancipiti occasione ut laterent. Argumentum sumitur à minori.

Vt ego audio.) Principium dicit, quod ad hunc modum deligebantur legislatores. Ideo autem ait, ut ego audio, ne conicius esse: & auditui cognitionem fert acceptam, ne quem calumniari uideatur.

Tot contrariae.) Tot, inquit, esse contrarias ipsi testamini. E' uobis enim legumlatores deligitis, & nondum rei exitus reperitur, eo quod plurimae sunt leges contrariae.

Intelligitis quo pacto Athenienses.) Examinatio legis, quia de ea oratio habebatur.

Primum apud uos qui iurastis.) Iurabant enim ij qui ius dicebant.

Primum.) Non ordine, sed dignitate & autoritate Recitanda enim primum est populo, deinde proponenda, deinde scribenda, ac tum demum audienda iudicibus. Quo modo igitur dixit, Primum apud uos? nemo enim ante eos erat alius, aut confirmabat rogatas leges, praeter legumlatores, qui sortito deligebantur ad probandas leges.

Vt una de unaquaq; res sit lex.) Idipsum enim si una de re sint binae leges, efficit ut homines indocti decipiantur ab oratoribus, qui si una lex esset, non usq; adeo possent fallere.

Ante Eponymos.) Statuae erant heroum, à quibus nomina tribus habebant, ex mandato Apollinis erectae. Apud eos, qui uolebat ferre legem, proponebat, ut omnes Athenienses uiderent, utrum placeret nec ne. stabant autem in illustri loco.

Heroum in concionibus.) apud populū, ait. Ibi enim multitudo conueniebat. Tres autem conciones habebantur, populoq; lex recitabatur, ut omnes audirent, & qui uellet, refragaretur.

Ea sanciat.) Non quod apud populū legem ferrent: sed ponitur pro, legem ferri sineret,

Duobus autem modis leges uiolantur: alter pendet à persona, cum lex extra constitutum tempus scribitur: alter, cum ipsa lex uitiiosa est, & contraria legibus ueteribus. Nunc igitur in persona uersatur.

Neq; enim uobis tunc persuasum est.) Vt non mirum uideatur, eos deceptos esse, cum Leptines clam eam tulerit, & eius solius sit crimē.

Vos autem Athenienses.) Iusta, inquit, scripsimus in lege nostra, & surrogamus ista longē meliorem.

Cape & lege.) Ad legem uenit tractata persona.

Primum quae in ista lege.) Partes, non totam: sed malis abrogatis, rogat & sancit aliam.

Dic ea quae sequuntur.) Non ipsius Leptinae legis, sed post illius legem, suam Demosthenes recitat.

Animaduerte iudices.) Fide ter hortatur eos ut diligenter considerent: neque enim latere studet.

Hoc est in receptis legibus.) Vt benemeriti sua praemia teneant.

Antequam hanc abrogasset.) contrariam legem.

Testimonium.) accusationem: alia lege iubente, ne quis ante legem ferat, quam contrariam abrogarit.

Ob id ipsum etiam.) Dicere uult supplicio dignus. Nam etsi lex bona esset, & contrariam non soluisset, tamen eo ipso deliquisset.

Sed non in quo nunc hic.) Aphepsion: sic enim est melius. Est autem ex eo perspicuum, quod postea sponsorem constituit Phormionem legislationis, Leptinem irrita reddere * mū nera quae populus dedit.

Et iusta causa.) Sua enim lege Demosthenes ijs qui iudicati essent indigni, praemium eripiebat.

Non lege ut iste.) Nihil igitur incommodi rediturum erat ad rempublicam. Iudicium enim eripiebat indignis immunitatem.

Auditis iudices, & intelligitis.) Recitata sua lege, ostendit eam esse consentaneam legi paulo ante exhibitae. Deinde ponit objectionē aduersus à se rogatam legem. Ait enim, decipiēdi causa scripta esse legem, ut ait Leptines, in quo Demosthenes magna calliditate utitur. Vt enim aduersarij confessionem eliceret ad laudem eius legis quae nunc rogatur: hac eam ratione tractauit.

Nec si dicet, demonstrauerit.) Etsi frontē perfricuerit, ostendere non poterit: uincitur enim à ueritate.

Qua

Quæ autem apud Sexuiros.) Eos qui accusationē introducebant, & antè dijudicabant, quia hi uolatarum legum actionē dabant. De præiudicijs igitur loquitur: solent enim extra iudicium sæpe quædam dicere.

Est enim impostura.) Antithesis ex lege, nō à tota materia. Antithesis enim à causa omnino est: sed ἑπιπροσῆται mediū tenet antitheseos, et antipiptontos. Particeps enim est et orationis et causæ, ex qua orit̄ antipipton. ἀντιπίπτων enim ex tractatione orationis emergit, non causæ, hoc est, materiæ. Pars igitur utraq; est obiectionis.

ἑξάπεντος.) Atticum est pro ἑξάπεντος. syllaba ἑξ propter emphasin maiorem accedit.

Ego uerò nostra.) Omnino enim ea abrogata, quæ substituebat̄, fiebat rata. Hoc igitur dicit, etsi nos noluerimus, cū eam scriba iam habeat, uos ratam facietis. Lex enim erat de omni lege quæ rogabatur, * fieri oportere iudicium, aut accusari eam latam.

Eum qui legem contrā ferret.) Leptines igitur dicebat, uereri se, ne sua lege abrogata, suā & ipsi legem inducerent, & habere fortasse nollent. Ipse autem ait, etiamsi nolemus, cogemur. Iam enim introducta est per scribam, præsertim cum lex esset, ut is qui legem abrogaret, & nullam substitueret, puniretur.

Ego, Phormio.) Hinc perspicuū est, Aphepsionem esse qui legem roget, ut etiam supra annotaui. Nam si ipse Phormio rogaret, non idem sponsor esset.

Quemuis alium: spondemus.) Vult dicere, Ipse cape legem & fer, & ne dubita, quin nos eam laturi simus.

Est enim profectò lex uobis.) Ne enim dicat, Spondes quidem te laturum eam, sed non fers: respondet, At sunt leges, quæ puniant impostores.

Hæc scribunt.) Scribunt, nos spondere principibus * ministrorum scripto.

Illud certè fabula non est.) ferre legem per Leptinem: sed ueritas. aut, non oratio. pro, non curæ est.

Ipse ferat.) Sic quidam acceperunt, suo periculo suam legem confirmet, si sibi fidit.

Mihi uerò Athenienses.) Lenis est sententiā, cōiuncta tamen etiā cum acrimoniā. Nam dicere, eum leges Solonis aut non legisse, aut non intellexisse, non est alienum ab infectione.

Ac mihi per deum.) Affectu allicit eum. Aut non legisse leges Solonis, aut non intellexisse.)

Vt alterum sit socordix, alterum inscitix. Si non legisti, negligentia est: si legisti, sed non intellexisti, tardo es ingenio.

Licere dare sua.) Argumentum à minore. Priuatim enim quisq; Repub. est minor. Ait autem absurdum esse, cum Solon suas cuiq; opes liberas fecerit, à Leptine, remp. quæ maior sit, suo iure spoliari.

Non ut fraudaret genere proximos.) iure cognitionis & hæreditatis. Fiebat enim is cui pecunia donabatur, ferè cognatus animo. sic etiam genere nō coniuncti, studium suum declarabunt, & beneficijs afficientur.

Atqui & illa è laudatis.) Solonis lex uetabat ulli mortuo maledicere, tamen si quis à liberis eius iritaretur, & cōtumelia afficeretur. Tu uerò, inquit, ipsa re malefacis: ille uerbis uetat, tu etiam factis: ille nō amicis, sed in uniuersum interdixit cuiquam maledicere: tu uerò ijs ipsis qui bene meriti sunt, malefacis. Hoc quoque argumentum est à minori.

Quorum nihil illis conueniebat.) Bene meritis.

Sed omnino seriò & festinanter quidā renunciauit.) Obiectio est à consuetudine, quæ est lex illiterata. Diuiditur enim ius in scriptum, & non scriptum. E' non scripto occurrebatur.

Diximus autem initio duplex esse ius, pro ratione duplicis status negotialis. Eam igitur duplicem rationem significat per legū declarationē, & per ea quæ extrinsecus lecta sunt: alios accusare Leptinæ legē, alios assentiri Demostheni. Alteram enim pro sua lege mouit, alteram nunc pro Leptinæ lege. Est enim à lege & ipsa: etsi peregrina & Laconica, & Thebanorum instituta esse uidentur. Mirabilis autē est & ipsa tractatio.

Quasi enim coarguat Leptines, & nequaquam copiam habeat exemplorum ad refutandum pertinentium: sic mentionem fecit Laconicorum & Thebanorum. Refutatio sumpta est à discrimine. Non eadem apud nos est forma reipublicæ, quæ apud illos.

Bifariam autem diuisit refutationem: primum in Laconicam, deinde in Thebanā. Quia enim & in refutationib. erat discriminē quoddam, & in forma reipublicæ & qualitibus personarū, coactus est duabus differentijs uti, alia de Lacedæmonijs, alia de Thebanis, & suam cuiq; proprietati tractationem adhibuit: quòd Athenienses inimici Thebanis, Lacedæmonijs amici esse uidebantur. Semper enim temporum & personarum

sonarum & necessitatum habēda est ratio. Quia Plato & alij multi oligarchiā et Rem publicam Lacedæmoniorum Democratiaē praeferunt: etiam iudicij aliorum mentionē fecit, cum in primis demonstrarit pulcherimam esse Democratiam. Deinde concessionem addidit, tametsi ex ratiocinatione illa praestare uiderentur. at per fortunā Atheniensia esse meliora.

Idipsum enim primum quod isti nunc faciunt.) Sen¹⁰ tentia ad excitandū odiū parata. Per hanc enim incitat iudices, * ut cōfirmet se audisse.

Deinde et Lacedæmonij talia.) instituta nostra, & Rempublicam. Hoc autē dicere uult, honorem habent Lacedæmonij, sed nō perinde ut nos, quia non eandē habent Rempublicae formam.

Quos deprecetur.) illorum honores, qui parum absunt à tyrannide.

Singulos omittam.) Callidē ad suam utilitatem trahit omnes. Erant enim apud eos etiam coronae & alij honores, ut & apud Athenienses, euidentēs.

Senatum.) *ἡγεμονία* nomen magistratus apud Lacedæmonios, in quem leguntur qui honestē uixerunt, & senatores dicuntur ab honore senectutis.

Cum se praebuit qualem oportet.) Si ita se gesserit, ut Lacedæmoniorū Respub. postulat.

Dominus est multitudinis.) Pro princeps, dominus dixit: quo seruitutē indicat. Inuisum autē nomen est apud Athenienses seruitus. Libertas enim popularis imperij nota est.

Cum sui similibus.) cum alijs principibus.

Coronae & immunitates.) Non coronas et epulas publicas reprehēdebat Leptines, sed immunitatem, ut abrogaretur.

Et haec utraq; rectē se habent.) et nostratia & illorum instituta. Cur autem cum suprā Lacedæmoniorū Rempublicā perstrinxerit, hic eandē laudat: Illic in comparatione ut ad suam Rempublicā perstrinxit: hic eam conferendo ad ipsos Lacedæmonios laudat. Illic beneuolentia conflatur, inquit, ex eo quod omnes principes sunt pares: hic ex eo quod qui digni sunt, honoribus potiuntur. Proinde qui honores tollit, Rempublicam tollit.

Iam quod nec Thebani.) Quæri potest cur obiectio ad Thebanos simul & Lacedæmonios referatur: refutatio autem sit distincta? Respondemus, id fieri propter personarū qualitatem, quod in examinando non potuit utrarumq; facere mentionem.

Verum opinor.) non uerbo duntaxat, sed etiam reuera.

Si modò est optandum.) Dum imprecatur hostibus, ne benemeritis honorem habeant: simul etiā suos hortatur, tum ut id uitiū fugiant, tum ut contrariū faciāt. Eius porrò rei naturam uehementer improbat, cum id ambigat, an hostibus sit imprecandum. Tum autem hostes erant Thebani, tempore belli Phocensis, cū Philippus adhuc humilis esset. Nam post id bellū amicitia quaedam inter eos fuit, quum Elatiam Philippus occupasset, Bœotiaē oppidum: & Coroneā atq; Orchomenum, cognatas eis ciuitates, diripiisset.

Oratione, ut legibus sancitum ius est.) Nam Thebani armis ius postulant: nos oratione & iure.

Illos feliciores.) Ob propriam Rerumpublicarum rationem.

Nam tametsi rationibus.) Dicere uult: Etsi Lacedæmoniorum cōmuni sensu potiora sint instituta (ferē omnes enim eam, ut Aristocratiam, celebrant) tamen, cum fortuna instituta nostra magis foueat (est autem * secūdo loco, ut in Philippicis ait, felicitatis habēda ratio) hac magis est utendum.

Contra hanc) instituta. Quoniam Plato & alij quidam ueterum, praeferunt Oligarchiā Lacedæmoniorum, Democratiaē. ideo recurrit, ad Fortunam.

Neq; per quae magni illi sunt.) Dicere uult, si quis instituta Lacedæmoniorum huc transferret, quibus Oligarchiam illi continent, occideretis eum. In hoc membro hyperbatum est.

Etiā occidere.) Hoc est, Cum occidere uelletis eū qui inde aliquid huc transferret: eū qui ea sustulerit, per quae Respublica augeatur, eum inquam, qui praemia tollit, ob quae de ea tuenda certant, non punietis?

Est eis in promptu quaedam ratio.) Rursus translatione utitur. Obiectio autem à moribus sumitur, nō iam alienis, quam refutauit: At si non uis, inquit, imitari Lacedæmonios, aut Thebanos, at maiores imitare. Soluit autem obiectioem à maioribus ortam, instantia, dicens: non puto istam orationem dictū esse iustam, aut utilem. Deinde per se quentia probat, & Lyfimachi exemplo, eā rationem esse falsam.

Nihil eis tale tribui solitum.) Introducitur hoc simpliciter, sed callidē ab eo sumitur. nihil tale consequebantur, sed quaedam.

p At De-

At Demosthenes Nihil ait, ut rem atrocem faceret.

In statuis Mercurialibus.) Ligna aut saxa qua drangula erant, quibus imposita erat superne Mercurij facies: infra, ubi lata erant, inscriptiones continebant.

Hæc uobis legetur inscriptio.) Hactenus obiectio.

Si quis enim eos indignos.) Ait enim, ne maiores quidem honorem habuisse.

Multum certe abest.) Longè, inquit, aliter res habet.

Ad res non conuenientes.) ad non ueras.

Asperas est necesse uideri orationes.) hoc est, in fames & malas. Cum enim ueritatem oppugnare non posset, confugit ad mores quosdam, et maiores, quos per mēdaciū criminatur.

Vt uerò res ipsa est.) Fuerunt multi boni uiri: non, ut iste ait, nemo: & respublica bonis honorem habuit, & certamen fuit, illis benemerentibus, his gratiam referentibus.

Verum honores & cætera omnia.) ne tempore mutatus esse honos solus uideatur, sed etiam cæteræ res omnes. Hoc autem dicere uult: tum etiam moribus habitum esse honorem benemeritis. Quòd si eo tempore immunitas nō fuit, at alij honores tū fuerūt.

Ego sanè dixerim.) Quod dicit huiusmodi est: Quicquid bene meritus uolebat, id conseq̄ebatur à Republica.

Lyfimacho præmiū.) Aristidæ iusti filio, qui aui nomen habebat, atq; ei præmiū id dederunt propter illum. Sed quia quæ donarunt illi, minora erāt uiri gloria: ne Respub. uideretur minus quàm pro magnitudine beneficiorum honoris habere filio: induxit eum qui nihil in Rempublicam cōtulisset, ut ex historia habemus, nisi quòd erat Aristidæ filius. atq; id ipsum occultauit, ne pro maximis beneficijs ei Respublica tantula dedisse uideretur.

Et his de rebus extat decretū Alcibiadis.) fide digni uiri, & nihil ad gratiam facientis. Ne enim obijceretur, Quid uerò si adductus est populus à mercenario aliquo oratore, et deceptus ut daret? propterea adiecit, uirū maximū, & maximū animi, qui nihil tale scripsisset (cū natura esset alienus ab assentatione) nisi facta eius uehementer fuisset admiratus.

Nunc abundabit.) Vt bonus ciuis uota adiecit, ut Respublica iterum floreret opibus.

At quem nam non putatis.) eorum qui habent

immunitatem, non totum, sed tertiam partem accepturum.

Loco immunitatis.) Quæ maiora nimirū donarunt.

Moris igitur fuisse Athenienses.) Postquam per instantiam soluit, adijcit etiam contentionem ab hoc initio, et causam hic apertius tractat.

Aliud id iam fuerit.) non quòd nihil dederūt, sed quòd alio modo dederūt. Nō enim possis ostendere, eos nihil dedisse profus.

Quòd si neq; Lyfimachum.) Hic orditur ἀτιπαράσπον: assentitur enim ei.

Eo ne magis quibus nunc dedimus.) Tametsi nemini honorem habuissent maiores ulla ratione, nūc tamē nullo iure eos spoliare, quibus honorem habuisti. Nam si maiores nō dederunt, merentur ueniam. Vos uerò qui dedistis, cur insontes spoliatis? Ne uerò sibi occurreretur, Sed eripio ei quia malè tracta uit benefactorem: ideo præoccupat, nihil conuerentes.

Quamquam turpitudine est eadē.) Tametsi enim maiores imitemini, rursus delinquetis: à turpitudine nō recedatis. Et tamen si illi exempli autores fuerint, concedo ut maiores imitemini. Tale facinus, ingratitude indiciū, ne (inquit) primi designetis.

Vos nunc iuratos.) Meminisse, inquit, debetis, uos iurasse pronunciaturos ex Atheniensi legibus, non ex Lacedæmoniorū, aut aliorum quorundam.

Neq; ex ijs quib. aliquādo sunt usi primi.) Iis quas accepistis, inquit, hoc est, nunc receptis.

Primis.) maiorum antiquissimis.

Et quibus de rebus leges non extant.) Quæ autē legibus definita nō sunt, de ijs iurastis, inquit, uos pro tempore, & ex æquo & bono iudicaturos.

Aequum igitur.) Veluti coniungite, inquit, Leptinæ legem cum æquo & bono: Vtrū bene meritis honos sit habendus, sensus cōmunis consideret, & cum eo conferat, qui bene meritis immunitatem lege eripit: ipse iudica. Sed iudicium suum interponit, ut oratoris uerba sint communis Naturæ uox. Hoc enim natura communis iubet, honorem his habendum esse.

Hæc igitur & ipsi facite.) Quæ omnium mortalium confessione honesta sunt, quæ natura postulat.

Et ipsi.) ad discrimen Leptinæ, aut quòd maiori debeant esse prudentia, quàm cæteri Athenienses,

Succensete

Succensete si quis fecisse neget.) Non cum infamia maiorum est facienda mentio, ut suam commendet orationem. At ipse hoc bene tractat, & ad alium refert.

Arbitror autem & hanc orationem.) A scripto mouet obiectionē: At licet, inquit, tibi dare imagines & uictū, & coronas, & statuas, & quæ sunt eiusdem generis. Hanc refutat à futuro euentu ex consequenti: Si incerta erit immunitas quam eripimus, incerta nimirum erunt & cætera præmia. Deinde ab absurdo: dein dignabuntur præmijs, & qui parua, & qui magna beneficia in rempublicam contulerunt.

Hoc excepto.) scilicet immunitate, ijs qui digni sint, non omnes à lege honores aut eripi.

Quæ se Reipublicæ relinquere ait.) Scilicet ut donet.

Etiā reliquos.) Si quid alicui eripitis, etiā reliqui honores fient incerti.

Qua prius aliquibus data.) Nulla, inquit, fides erit præmiorū. Quod si abstuleritis, etiā fidem perdidistis. Neq; enim fides tibi habebitur, cum * negaris.

Iam si nihil incommodi.) Dicere uult, tamen si quod dictum est, nō noceret, perfidiam dico: at nocebit alterum, quod faciet ut pardonum benemeritis omnibus tribuatur, erepta immunitate. Aut enim nō honorem habebit ijs qui omnino digni uidebuntur, pro dignitate (si enim * tantum esset præmiū post immunitatē, ingrata fieret urbs) aut paritate luxuriabit.

Ac magnorum beneficiorum.) Hoc dicere uult, absit ut magnis beneficijs segeat respublica. In magnis enim malis ea cognoscuntur.

Ac tamen si occasio incidere, nemo facile reperietur. Duo autem magna per hoc efficit. Nam & de futuris terrorem incutit, & obscure consolatur, eos nō multis duros. * Sustulisti enim præmium, propter quod omnes certabant.

Distinguendi igitur sunt honores.) Non pares esse debēt, sed diuersi, ut pro dignitate cuique honos habeatur.

Verum pro quibus.) Qui cum immunitate etiā alijs bonis spoliatur, dicent: si cætera nobis relinquis, etiā immunitatem relinquito. Nam ut benemeritis, & hanc & illa tribuisti. proinde utraq; relinquito.

Alij fallere.) Qui solam immunitatem acceperunt, dicent, falso dicit se relinquere. Neq; enim quicquam nobis reliquit, cum

abstulerit eam, quam solam habuimus. Itaque alijs modis alios uiolat.

Ne igitur, dum illos accusas.) quos dicis indignos esse.

Quam autem acutissimam.) Quia maximè probabilis est oratio de sacris, & cum autoritate adduci potest: anteuertit, & eleuandi causa callidissimam nominat. Oritur autē obiectio à iusto: cum iustum, quod genus est, complectatur & diuina & humana. sed in refutatione conuellit obiectionis calliditatem. Distinguit enim, qui sacri sumptus appellandi sint, quæ munera publica. λήτων ueteres uocabant publicum, unde λειπρωγέας, seruire reipub. dicebant. unde etiā λεία fit, id est, præda, res illæ quæ hostiliter diræptæ in publicum conferuntur. Ait autē iniuquissimum esse & iniuquissimū, ea quæ data sint eripi. Non enim graue esse, non dare præmia: sed ea quæ data sint, eripere, et sub nomine deorum tale conari facinus, id uerò esse indignissimum.

Vt autem non constet non esse idem, sacrorum habere immunitatem, & publicorum munerum.) A diffrimine & distinctione hic incipit, & comparationē etiā à lege sumptam adhibet, tanquam Leptines alia scripserit, alia dicat, & probationem ex scriptura Leptinæ petit, proptereaq; iterum ei opus fuit eius recitatione legis, quæ nunc accusatur. Ac prius ius refertur ad eos qui per iniuriam acceperunt: quidam, inquit, acceperunt, qui digni non sunt præmio. Hic aliud ius est eorum qui munera publica obeunt. quia prius ius ex qualitate eorum consideratur, qui acceperunt: præsens hoc ius, ex qualitate Reipublicæ.

Dicent hæc ad sacra pertinere omnia.) Sacri sumptus dicuntur, ea quæ sacris impenduntur. Cetera uerò munera & ædilitates, aliquo modo dijs impenduntur. Nemo autem immunis erat illorum sumptuum. Quare argutatur Leptines, & ait: non dandam esse immunitatem sacrorum.

Ego uerò dum quosdam.) Per concessionem assentitur propter deos, ne asper uideatur. Sed hoc dicere uult: tamen si sacrorum immunitatem dare populus uellet, non esse contradicendum. Sic dijs propemodum æquat populum.

Nam si quæ nullo alio modo possunt.) Cū enim humana ratione ostendere nequeant, id honestum esse: confugiunt ad deos, ut horū uerecundia uincant.

Quæ nec ab homine facta.) Id quod dicit, huiusmodi est: quæ nomine deorum aliquis agit, is talia debet agere, ut ea nec in hominibus improbilissimis, quibus delinquere moris est, ansam reprehensionis suppeditent. Talia autem dixit Leptines * tanquam à legibus.

Atqui si posset haberi sacrorum immunitas.) Si Harmodij posteros immunes esse dicis, nemo sacrorum sumptuum est immunis. Cum autem quosdam dixeris esse immunes, qui fieri potest, ut publica munera sint sacri sumptus?

Primum columnam.) Columna, faxum aut lignum quadratum, cui inscripta erant præmia.

Auditis exempla.) Confirmatio: Non esse munera illa sacros sumptus, ut Leptines arguetur.

Bene.) Bene habet, ne lege plura.

Cum scripserit ut ditissimi.) Leptines scripsit hac lege, ut ditissimi obeant munera.

Neminem esse immunem, ascripsit.) Quod si sacrorum sunt, quorum nemo est immunis, ipse autem Harmodij posteros secrevit: constat non esse sacra, sed in orbem redeuntia & communia munera.

τέλος.) sumptuum. Nam in sacra conferre, publicum munus est obire.

Perquam autem ego uelim.) Eò redigit aduersarium, unde non pateat exitus, si sacra impensæ sint munera publica. * Nemo autem extra hos. Dediti tu immunitatem, cuius rei? dic. Concludit enim, eum in angustias redactum.

Aut illos.) maiores, qui dederunt.

Cuius? num uectigalis inquilinorum?) Deridet eos. Num à tyrannorum interfectores inquilinorum uectigal requiramus? id uerò ridiculum est.

Cuius, cum tantum sit elapsum.) post obitum Harmodij. Nemo tamen eorum, publicum munus obiit. Proinde horum quæ tu sacra esse dicis, immunitatem habuerunt: & hoc ita esse, tota series temporum testatur.

Nec cum eis designatis.) * Nemo designatus ædilis, unquam cum illis suas opes permutare studuit, ut obirent munera, cum haberent immunitatem.

Quare audiendi non sunt.) Si his contraria dixerint, ne audite eos.

Præterea fortassis coaceruabunt.) ἐπιούρους, pro διαούρους, id est, & exagitabunt. Rur-

sus autem hæc obiectio sumitur à qualitate eorum qui acceperunt. Eò autem differt, quòd initio indefinitè quosdam culpatur qui acceperunt: hic autem nominatim & aperte eloquitur, Megaræses et Messenij: quod speciale est.

Verberones.) mali, improbi, uerberibus digni. Serui, inquit, ij que non boni, immunitatem habent. Leptines enim dixerat, etiam seruos & Messenios habere immunitatem.

ἐπιούρους.) deorsum trahentes, & calumniantes, & nihil ueri dicentes. Meminit autem nominum etiam, quia scit ea sibi non incommodare.

Cui non decretum aut lex.) * Per legem decretum. Plebiscitum enim legibus dabat, cum legi esset simile.

Hospites.) qui se inuicem excipiunt in suis urbibus. Fuerunt autem publici & priuati.

Si non modò satis fuerit.) Duplici nomine Chabriæ fieret iniuria, quòd & seruum eius ex æquo numerari inter ciues fecerunt, & puer eius hospitium retinet: ipse autem propter eum immunitate spoliabitur. Erat autem libertus eius, & peregrini militis dux. Ut is igitur, qui prodesse posset, ciuitate donatus erat.

Neque enim est uel iste, uel alius.) Non quia hospes, ideo id donum erat consecutus. (erant enim * etiam aliqui) sed quod sine decretis nemo acceperat.

Quod autem omnium maximè.) Iam ad perorationem se conuertit, confirmatione et confirmatione absoluta. Distribuit autem perorationem in qualitatē urbis: non decere eam, nec esse dignitate Atheniensium, eripere data. *Qui locus est à decoro.* Is autem locus adhibetur, non modò cum splendorem & decorum astruimus, sed etiam cum contrariū, hoc est, indecorū & turpe. Nam unusquisque locus ex utraque tractari parte potest. Hic enim à turpi & indecoro sumit argumentum. ad id autem locum adhibuit primum illum, turpe uideri decipere benemeritos. Alterum à pugnantibus: Vos, inquit, eum qui populum deceperit, punitis, si quid pollicitus, id non præstiterit. Proinde æquè turpe fuerit, à uobis eam legem uiolari.

Si quis enim omnia quæ Leptines dicit.) Per concessionem hoc dicit.

Si sanciat.) * Sancita est, & eam abrogare student

re student. Sed & dicunt post iudiciū hoc, etsi lex bona sit, inquit, illam tamen turpitu dinē habebit, quòd faciet ut decipiatis eos qui bene meriti sunt. Eripit enim præmium.

Quanto autem turpius uobis.) Ob qualitatem: sed eandem legem ad aliud atq; aliud retulit, illic ad spōtionem, hic ad deceptionem impostorum.

Ob quod factum alios.) Nam cum omnis turpitudine fugienda est, tum uerò illa à qua alios deterreas. Quam cum improbam esse scias, prohibes: & alioqui dicere non potes, te ignorare, cum ipse interdixeris.

Ne quid eorum quæ priuatim caueretis.) Absurdum enim est aliquid priuatim cauere, ut malum, & idem publice admittere. Quia quod amico dederit, nemo eripiet uolens.

Ob quæ consecutus sit, tenere.) Cum non sit dignus, eo quòd dignus sit habitus, cum præmio afficeretur. Verba sic ordinanda sunt: Id accusare, ob quod consecutus est.

Ex lege.) ex eadem. Erat enim scriptum: Indignis, iudicio, non lege, eripienda sunt præmia.

Aut latam à uobis.) Dicendum erat, *δοίτωας αὐτῶν*. At ipse dixit, *δοίτωας αὐτῶν*, ut sit casus pro casu.

Cum primū creati fuerint legislatores.) Qui in alio iudicio confirmaturi erant legem. Nunc enim probabantur, & rationib. reddendis se obnoxios constituiebant. Hoc autem obscurum uidetur, sed sic accipiendum est: Cum primū respublica legumlatores constituerit, tum lex referatur. Erat enim consuetudo ciuitatis, si opus esset ferre leges, sexuiros constituere, ut in oratione Timocratea dicit, & postulat, ut statim & è uestigio, si in anni principio legislatores constituentur, ea lex primū referatur apud primos legumlatores.

Est autem unicuique horum aliquis, ut apparet, inimicus.) Quia uidebantur tulisse legem pro Republica, ut eam opinionem amoueret, ob semetipsos eos id fecisse dicit, ut fraudandis ijs qui immunitatem habebant, inimicos ulciscerentur. Erant enim immunes inimici tum aliorum, tum Leptinæ. Eos qui habent immunitatem, per legem ulcisci studet, inquit: & quod ip-

se non ausus fuit in inimicos, id uobis in benemeritos suadet esse committendum.

Non iudicio, sed lege spoliare.) Iudicium enim ueritatem inueniebat. Sed obiectionem è tractatione ortam, hac sententia refecat.

At nolunt aliqui suscipere inimicitias, & accusare indignos.) Hanc obiectionem soluit: At sunt quidam eis in Republica potentissimi inimici, ut tametsi obijceretur, Inopes sunt, & coarguere nequeunt: qualitate inimicorum, ad refutandum utentur.

Per uos frequentes.) qui affecti estis ab eis beneficijs.

& *ἄποδός*.) multos, ut multitudo etiam augeat absurditatem. Nō paucos, inquit, sed multos uiolabitis. Et occasionem, inquit, etiam inueniunt ulciscendi inimicos, si in iudicium eos adduxerint ex lege.

Iudicio uiritim facto.) Non de uniuersis, sed uiritim: & iudicio, non lege.

Ego enim existimo.) Hic significatur peroratio. Nam cuiusque capitis firmamenta per hæc ipsa colligit contra Leptinem, & etiam sic, inquit, accidit, ut indigni honore, per uos eo priuentur.

Ac nec illa quidem fugienda est ratio.) Rursus auctarij uice adijcit translationē ex superuacaneo: Non nunciari oportere iudiciū de ijs qui habent, sed olim oportuisse fieri, cum acciperent. Quòd si quis hæc non conuenire putat perorationi, is sciat ueteres in peroratione quoq; solere pugnare aduersus eas ipsas propositiones, quæ in peroratione sunt positæ.

De dignitate.) Exceptio à tempore. Bifariam autem hoc facit. Nam & in persona hoc facit. Dicendo enim, Cum dedimus, tempus indicat: dicendo, Isti præsentis, personam.

Aequum erat exquiri.) id est, Tum examinari eos oportebat.

At si isti id dicent.) Scilicet, indignos eos esse: nihil uetat, quo minus eos oratione inuadant & deferant.

In ipsis iniurijs.) id est, statim. Tum, inquit, oportebat eos, si indigni uiderentur, puniri, cum acciperent.

In ipsis.) Si ostendissent uobis quem puniri decuisset, dum in propinquo esset iniuriarum uel * natura, uel tempus.

At si tale nihil est.) Si nihil malè admise-

runt benefactores, si nulli ostensi fuerint in digni esse.

Videbimini ex inuidia.) Argumentum huiusmodi est, non esse Atheniensium, uideri inuidos. In quo rursus decorum ex contrario examinat: Vos, inquit, pugiles uictores maximis afficitis honoribus, ciues in acie caesos funebribus orationib. celebratis. Adeo estis alieni ab inuidia.

Sunt autem haec omnia, ut paucis dicam.) Dicere uult, Cum omnis probri expertem esse ciuitate, & longe abesse ab illis malis: tum uero inuidiam fugere praeter caeteris.

Naturae & prauitatis signum est inuidia.) Id quod dicit, huiusmodi est: in caeteris, si quis alteri male uelit, habere eum aliquid defensionis, si sibi malum ab eo esse datum conuenerat. In inuidia uero nihil dandum esse ueniae. Neque enim de suis malis dolet, sed de alienis bonis, eaque sibi esse fraudi existimat. Quamobrem etiam de inuido uerbum *πεποδότης* usurpat, quod id malum tabefaciat eos qui eo laborent.

Primum soli.) Id est, Ex quo estis, ab omni uo.

Dum ornatis.) Orationibus, inquit, ornatis uiros fortiter occumbentes, non despicitis: adeo non estis inuidi.

Coronalia.) Ea quae *ἐποδία* nominantur: quia certaminum alia coronalia sunt, alia pecuniaria. Dantur igitur maxima praemia etiam post coronam. Cum enim dixisset de bellicis, ex quo genere sunt funebres orationes: de ijs etiam dicit, qui in pace dimittant. Qui enim in illis ludis uincebant, coronabantur.

Neque, eò quod natura ferat, ut paucis contingant.) Strenuos & bonos necesse est esse paucos, quod ignaui & improbi sunt multi. Per paucos igitur generosos significat. Eis igitur non inuidetis, sed congratulamini, habendis honoribus, quanquam natura dissimilibus.

Propterea.) Quod generosi & pauci sunt.

Nemo unquam urbem uestram.) Etiam in honore habendo uinci uobis odiosum est. propterea honorem accepto beneficio maiorem tribuitis. Qui enim par pari reddit, is debitum reddit, non gratiam.

Sunt autem ea omnia, Athenienses, iustitia.) Refertur hoc ad remunerationem beneficiorum, quae iusta est.

Virtutis.) liberalitatis.

Magnanimitas.) pro, Munificentiae, *ὠδότης*.) gloriam habet: quae est dignitas reipublicae, non fortunae aut felicitatis, sed morum animi. Fuerunt enim magnanimi.

Cum autem in Leptine multa mirer.) A qualitate urbis transit ad qualitatem Leptinae, & mores eius perstringit.

Quemadmodum si quis magna.) Qui grauius in adulterum animaduertit, is declarat eam rem inuisam esse sibi. Nemo enim id quod amat, punit. Sic etiam e contrario Leptines: Dum benemeritos honoribus spoliatur, se non posse cuiquam benefacere praeter se fert. Ecce enim legem etiam fert. Hoc igitur, inquit, ignorauit legislator: & qui sapientior esse debebat omnibus, id ignorat quod non runt omnes. Id uero dico: ista rogatione legis suum animum detegit.

Per eam legem.) Proinde et benemeritis nocet, & suam sententiam detegit, tali roganda lege: Ipse deliquit, uos cognouistis. Proinde etiam corrigite eam, & agnoscite, abroganda lege, erratum.

Sin perlata fuerit, non habebit cur laudem.) Mala enim legi patrocinabitur.

Vituperare autem nolo.) quanquam uituperatione dignum: sed hac modestia magis eum castigat.

Nec ipse uidebere melior.) quasi dicat: Si quid alius ex ea re commodi caperet, ferendum esset, alium peccare propter alterum. Cum uero utrisque incommodatur, ea res omnino fugienda est.

Tempus exijt.) quo reus periclitabatur. Iam legis, non tuo periculo agitur. & qui possit is accusari, qui reus non est? & hic non uti audet solita sibi libertate orator.

Iam & hoc dicere audio.) Ob copiam defensionum, Leptinae insolentiam perstringit: imò inuertit eam acerbè, & incessendo in suspicionem adducit, tanquam transegerit, & ultrò destitit ab actione, qui accusationem instituerat.

Quod in periculum te non adduxerunt.) Omnino enim si perstitissent ij qui tum accusarunt, uictus esses & periclitatus.

Si quis, siue mortuus est.) Bathippum dicit.

Aut à te adductus.) argento nimirum: & propterea destitit, non eò quod non posset offendere malam esse legem.

Aut denique à te est subornatus.) à te adductus, ut & accusaret, & desisteret. ut dicere posses:

posses: iam accusarunt quidam, nemo autē uicit, adeò præclara lex est.

Sed hæc ne dictu quidem honesta sunt.) Quia perstrinxit, iam medicinam adhibet.

Delecti sunt legis subscriptores.) Sequitur personæ qualitatem, etiam aliarum personarū qualitas. Vult enim reiicere per exceptionem aduocatos legis. Id quod, ut apparet, facere licet, ac repudiare delectos à populo, si contra legem dicere uideantur. Sed absoluta personarū qualitatis disputatione, transit ad aliam perorationis partem, quæ sumitur à legitimo. Perorationes enim à principibus capitibus sumuntur. Hic igitur prius mentio fit iusti (Quicquid enim de dignitate personæ dicitur, id ad iustum refertur) legitimum sequitur.

Et disertissimi uiri.) Reiectio aduocatorum Leptinæ, sed singulis peculiariter occurrit.

At leges non sinunt.) Exceptio perfecta directæ actionis. Non de eis igitur hæc contentebant, ut posset plausibiliter directam actionem lege repellere.

At lex non de iisdem.) Quoniam unus eorū erat Chabrias, qui præmio spoliabatur. Iam autem eum in ius uocarat, & uictus erat. Quapropter Chabrie & ceteris opitulatur, & legis aduocatum reiicit, dicēs, his iisdem de rebus non esse ius adipiscendum.

Neque disceptationem.) Contentionem simpliciter, & controuersiam duarum personarum.

Si tum apud uos Chabrias.) quasi dicat, Si Chabrias, quum tum solus apud uos causam diceret, Leodamantem uicit, nunc additi etiā alij uiri bene meriti uincuntur? absurdum erit.

Is præmium consecutus est.) Et si munus non accepit Aristophon, quia tamen munus ei dare populus uoluit, perinde ratiocinatur, ac si accepisset, & ait: accepit, quantum ad populi uoluntatem attinet. Cum enim populus, inquit, dederit, ipse tanquā beneuolus accipere noluit.

Is qui secesserant in Piræum.) Popularibus, & hic, quemadmodum Epicerdes, dederat quinque illa talenta, indigentibus ad bellum tyrannicum.

Iam in Cephisodotum.) Cuique personæ suum tribuit, & adhuc in reiectione aduocatorū pergit.

Nam si aliquorum odia suscipienda sunt.) quasi dicat, Nam si quibus molestus esse studes, omnino iniurijs hominibus molestus esse de-

bes. Utendum est enim dicendi facultate ad utilitatem, non per eam corrupenda sunt negocia.

Iam de Dinia, is fortasse dicet.) Verba, fortasse commemorabit trierarchias, ostēdunt, siue quod eas se dicere simulet, cum nullas habeat: siue quod accipere præmiū studeat, propter utilitatē reipublicæ. At hic, Pulchrius est, inquit, te petere præmiū beneficij, quàm eo spoliare benemeritos. sed tamen id cum posteriore loco posuerit, ipso fecit ordine imbecillius.

Ut mihi quidem uidetur.) In cōfesso enim erat, propterea quæ non aduersatus est, ne cupidè pugnare contra ueritatem uideretur.

Quod autem est maximum omnium.) Exceptio de prætermisso officio.

Non his de causis lata.) quasi dicat: Indefinitè lata est, & non data opera propter hæc. Neque enim sciebat futuros esse eos.

Quasi quæstus quidam esset.) Quæstus, propter lucrum: calumniæ, occasio malefaciendi cæteris.

Præsentibus legibus oportet obtemperantes.) Ad absurdum ducit eos qui patrocinantur legi, honestum est receptis parere legibus, eas que non uiolare. Ea lex uetabat, secundum subscribere. Id enim qui semel fecit, uetatur, ne propter lucrum mentiri assuescat. At hic nō licere secundum subscribere, uniuersè accipit, & sic reiicit. Si quis autem roget quare ratione legem hic posuerit, & nō in examine legitimi? Respondemus, eum id hic non ut legitimum examinasse, sunt enim hæc perorationis omnia.

Est enim danda uobis, Athenienses, opera, cum ut omnes leges.) De parte perorationis dicit, quæ est à legitimo, ac primum à contrario. Cum uestri moris sit, honorem habere bene meritis: iste supplicij eos iubet affici. In quo etiam aliud est argumentum: Licere legibus bene mereri, petere gratiam nō licere ex lege Leptinæ. Deinde ab absurdo, *Sed recordati temporum, quibus ij qui sunt affecti beneficijs.* Deinde à maiori: *Quia hoc * talem prouentum sperat. & fit à magnitudine.* Huius enim proprium est & extenuare, & amplificare. At non est bellum, nec tempus formidolosum. quæ nec maximis beneficijs indiget respública, hic utitur exemplo Lacedæmoniorum, cladis Leuctricæ, & Dionysij: Etiam talia, ut sunt humana, esse expectanda. His autem absolutis, contentionem instituit, & collationem eorū quæ ex utraque lege sint euertura:

cuius

cuius collationis est principium: *Considerate inter se, & uobiscum ipsi cogitate.*

Vna singulis est definita aestimatio.) id est, Multa maleficis, non plures. Qui uerò præmiū petūt, grauius maleficis puniuntur. Illic, si quis iurē occiderit, euadit: hic, etsi iure postularit, punitur.

Ignominiosus esto, & res eius publicetur.) Coniunctio & loco disiunctiuae ponitur: ignominiosus esto, aut res eius publicetur.

Liceat & deferre & comprehendere.) *ὀδ' εἰς νόμην* actionis est in ignominiosos, & tamē publica tractantes. *ἀπαγωγῆς*, in fures.

Proinde tres multa hæ sunt.) Argutatur, ex uno tria faciendo.

χρῆσιμων.) Non aquam, sed aquiminariū significat.

Et occidere iure.) Argumentum ē contrario utrinque: tum quia cum moris sit, ut bene meritis honos habeatur, iste punire iubeat: tum quod Leptinea lege eos occidere liceat.

Neq; iure, neq; quocunq; modo.) Illud de iure perspicuum est: sed hoc, quocunq; modo * ut interdum audacter, & præter æquitatem propter utilitatem postulari, dare necesse est propter periculum.

Nequaquam Athenienses.) Ostensa per collationem iuris, legis absurditate, fidenter iam uetat. Sed uerbum *nequaquam*, propterea prope nomen Atheniensium est collocatū, ut urbis autoritate rei absurditatem indicet.

Ne uideri uelitis plus impendisse studij.) Ne confugere possint ad necessitatem, uoluntati licentiam subiecit. Ea porro opinione apud alios malā de uobis famam spargetis, si mala probaueritis.

Sed recordati temporum.) Aliud argumentū à pari, cui postea subiicit aliud à maiori, apto usus ordine. Aequat enim benemeritos, quorum fit mentio, Harmodio & Aristogitoni, & sic argumentatur: Qui reipub. prodest in periculis, tuetur urbem & libertatem, ut ij qui tyrannos occiderunt. Non igitur ab re est eos illis æquari honoribus. Illa autē à Diophanto, statuae sunt inscripta, ex decreto Phormionis oratoris.

Neq; enim saluo iureiurando.) Pronunciat, ne dissentiant sententiæ iudicum, ea opinione, se posse citra periurium etiam aliter facere.

Fieri nequit ut hæc bona sit.) Quia eos futurorum incerto euentu sollicitos reddere & perturbare uult, duo tempora ex lege cōtrahit,

& hinc sibi exordium capit. Sumitur autem argumentum à legitimo capite, & assentitur aduersario progressio longius, * ut non nimium cōtendens de futuris, eos dicto habeat audientes: dicendo, ne quidem si qui tales extiterint. Dum enim assentitur, & eorum uirtuti palmā tribuit: simul etiā quod æquum est, tribui postulat ijs qui parem uirtutem ostendant.

Eò nimirum quod multum abest.) At dicet, non esse bellum, neq; difficilia tēpora nos affligunt, aut periculum. Vnde talib. beneficijs nō eget respublica. Grauis est oratio: Non enim ait, Longē abest ut nobis tale aliquid accidat: sed, longē abest ut metuamus, ut exemplis refutare possit.

Atq; utinam ita sit Athenienses.) Vota facit de more, ut bonus ciuis: & indicat illas rationes non legis habere uim, sed uoti.

Sed ut sunt humana, decet.) Erudita argumēta sunt, & plena humanitatis, cum bona exoptantes, etiam de contrarijs ea posse accidere cogitamus. Indignatur enim Deus, cum persuasum habemus, nunquam posse malē agi nobiscum.

Neq; enim Lacedæmonij unquam.) Hoc ad superiora refertur, cum dicit: Multum abest ut tale aliquid metuamus. ut respondeat, Neq; enim Lacedæmonij metuerunt unquam suas res eò redituras: quia non conueniebat propter beneuolentiam in patriā, statim respondere ominose. Itaq; cum modestē primū cœpisset, tum demū id quod molestum erat, clam subiecit. Commonescit autem Leuctricæ calamitatis, eius quæ Spartam deiecit, et Syracusanę mutationis, atq; ab omni parte hoc etiam auget, quod in Lacedæmonijs, ut notis, opus non erat. Petitur autē amplificatio ē multis locis: ex eo quod tributa exegerint à Carthaginensibus, quod finitimis imperarint, quod Athenienses * societatem superarint. Adijcitur etiā popularis status, ut & mutationis * ueritatem & tyrannidis cladem uehementiorem efficiat. Post amplificatam Syracusanorum potentiam: uictorē eorum ualde extenuat, scribam eum & ministrum appellando, nominibus apud Athenienses abiectis.

Vt aiunt.) Hoc apposuit, ut uideretur aliquis eorum qui narrauit, esse autor. Dicitū autem est à quodam, scribas apud Syracusanos fuisse uenerabiles & magnæ autoritatis, secus quàm apud Athenienses: unde nomen

nomen minister subiunxit, ut sui scribæ recordarentur.

Neq. is qui nunc est Dionysius, timuisset.) Filius est hic posterior. Nam pater eius fuit filius Hermocratis. Dionis autē sororem habuit prior Dionysius in matrimonio, non tamē ex ea natus fuit posterior Dionysius, sed ex alia Locrensi muliere. Infidiatus igitur est Dion, ut cæteros adiuvanti ex sorore sua natos liberos. Proinde fugam cepit Dion, 10 & filius eius malē tractatus est à Dionysio. Quibus rebus commotus Dion, subito inuasit tyrannum clam.

Naue rotunda.) uidelicet oneraria. Longas enim, bellicas nominant. Sed uide rursus quā multa apposuerit, triremes multas, et peregrinos milites, & urbes possidentem: ut nec Athenienses, quanquam magnis instructi opibus, securitate fidant.

Sed futura nimirum incerta sunt.) Post metum 20 exemplis excitatum, uenit ad communem sententiam, cui mortales omnes assentiuntur. unde etiam eruditē monet, moderationem esse retinendam, & non dicendum, longē nos abesse à metu incommodorum.

Inter se comparate.) Contentionem & collationem instituit eorum, quæ euentura sint ex utraque parte, tam si abrogata, quā si perlata lex fuerit. Cum autem rem deliberandam proposuerit, optionemq; dedit: 30 iterum tamē à semetipso pronunciat, & ad suum commodum ea dirigit quæ uult.

Digni.) Non subiecit, honorabuntur: sed, ius suum consequentur.

Si quis autem est indignus.) Quoniam hoc sursum deorsumq; Leptines agit, ne id quidem incorrectum reliquit.

Esto sanè.) Hoc uult, equidem existimo indignum esse neminem. sed esto quod isti dicunt, ne eos prorsus offendamus.

Eas pœnas dabit, quæ uobis uisæ fuerint.) Continet unā cum iusto, etiā assentationem hæc oratio: quod uobis, nō quod Leptinæ probabitur, ratum esto: id quod uobis nostra lex donat, quæ abrogatur.

Vrbs fide digna.) Ob constantiam.

Iusta.) Ob remunerationem.

Verax.) Ob non deceptos bene meritos.

Sin quod absit, absolueritis.) Deprecatur, ne id quod malum est, fiat: quod crimini & damno sit Reipublicæ. Deinde absurditatem per excessum, non modò quod supra diximus, pœnas indigni non dabunt, sed bonis etiam clades procurabunt. Ad hæc maxima probra incurret Respublica & inuidentiæ, & perfidiæ, & improbitatis.

Non est igitur operæ precium Athenienses.) Hæc dicit, utraq; in conspectum eis proponendo. Quis igitur sanæ mentis illis relictis, de teriora mallet?

Quarum rerum melioribus qui parent.) Melioribus, inquit, palma data, et assenti nobis, omnia quæ sunt utilia percipietis, & nunc & deinceps.

Ne ui ad delinquendum compellamini.) Contentiosos eos reddit, ne uelint cedere. Non enim cogi se patientur.

Multa enim uobis Athenienses.) In fine reconciliat sibi iudices, causam delictorum in oratores transferendo: ac ne capi facile uideantur, multas imposturæ necessitates adducit: clamore & uiolentiā & impudentia, dicendo.

Nunc igitur hæc superate.) Nec enim decet Athenienses in rebus ita perspicuis decipi.

Sed quæ iusta esse cognouistis.) Surripit suffragium, tanquam id ipse iam teneat à sententia iudicum: & simulat se de eis sollicitum esse, iniecta iurisiurandi mentione.

Equidem miror cum monet.) Argumentum à minori. Si enim ultimo supplicio ad adulteratores monetæ cohercentur: quanto maiore odio prosequendi sunt, qui ciuitatis ostēdunt adulterinum esse ingenium?

Νόμισμα.) argētum, pecuniam: cui si quis, inquit, adulterinam notam impresserit, pœnas luit. & quanquam id publicè non nocet, tamen adulteratores puniuntur: eum autem qui leges adulterat, impunè dimitemus? Proinde puniatur, cum per istam legem corrumpere Rempublicam sit aggressus.

MIDIANAE DEMOSTHENIS ORATIONIS

ENARRATIO, HIERONYMO

Vuolfio interprete.



VA petulantia, iudices, & contumelia semper in omnes utatur Midias, neminem neque uestrum neque reliquorum ciuium ignorare arbitror.) Exordium ducit accusator ex opinione hominum de reo.

Qua de re Hermogenes: Opiniones, inquit, de hominibus excitatur uel bonae, uel malae. In accusando igitur & malas, quae natura in re insunt, confirmabimus, & bonas refutabimus. Hoc loco igitur orator malas confirmat, & bonarum non meminit: sed posito crimine tanquam confessio apud omnes, confirmationem necessario, ut in re non dubia, omisit. Acre autem est, & uehemens exordium, ut eius qui de iniuria & contumelia Midiae doleat. Quari autem potest, cur contumeliae meminerit in iudicio publico? Ad hoc respondendum est, uelle eum ostendere, cum omnem contumeliam pertinere ad rem publicam, tum uero Midianam. Nam si is singulatim omnes contumeliose tractat: e singulis autem coniunctis ciuitas constituitur: ex eo efficitur, eum in Rem publicam committere. Vfus autem est impetuosa oratione propter Midiae personam, opulenti hominis, et superbi. Atqui tales uulgo sunt maiores, & ut uiolenti male audiunt. Quamobrem etiam dixit eum contumeliose insultare omnibus, id in eo criminans, quod est proprium tyrannorum. Quidam dicunt, Demosthenem nouum nomen nobis attulisse, & ἀσίλγειος hic accepisse pro flagitio. Asserimus autem nos quoque dici ἀσίλγειον, eum qui & iustitiae & omnis uirtutis sit expers. Selge enim est quoddam Pamphyliae oppidum, in quo omnes iusti fuerunt, & uirtute referti. ἀσίλγειος igitur, qui Selges est expers.

Ego uero quod unusquisque uestrum.) Hic incipit prima pars secundae partis propositionis. Quia uero eius eloquentiam criminabatur Midias, & eum nihil graue perpessum esse dicebat, sed arte fretum res exaggerare, & ex paruis facere magnas: propterea aequitatem & moderationem praese fert, dicendo: Quod etiam uestrum unusquisque fecisset, id & ego feci, qui orator habeor.

Id & ipse feci.) Aduersarium tyrannicum,

se autem plebeijs nihilo superiorem esse ostendit.

Et publice conquestus sum istum uiolare festum.) πρὸ βαλόμενον, πρὸ εὐκαγαλίας, introduxi. His uerbis ostendit cuius rei accuset Midiam. Non enim dixit impiè facere, sed uiolare festum id quod publicum est. πρὸ βαλὸν enim nomen actionis est, in eos qui festum uiolant.

Non modo plagis.) Hic incipit confirmatio primae partis propositionis. Dicendo enim, Bacchanalibus, coniungit publicum. Item, Multa alia & uiolenta ab eo perpessus toto tempore aeditatis, eodem pertinet. Rursus enim coniuncta sunt utraque, & priuatum & publicum. Et si autem uideri potest, priore loco posuisse plagas, tanquam minus, non tamen ita est: sed per talem compositionem refecat obiectio nem, & ueniae locum praeccludit, si reus diceret, per iracundiam uerberaui. Nam si alia quoque multa & uiolenta etiam ante festum fecit: non per iracundiam, sed consulto fecisse constat.

Postquam uero boni & aequi ratione habita.) Hic incipit secunda pars secundae partis propositionis. Ferme autem efficit, ut oratio itatum non habeat, & unius sit partis. Nam si totius damnatus est populi praedicio: patet nullam eum habere defensionem. Est autem accusatoris, tametsi res aliter se habent, dare operam ut unius partis faciat orationem, ut reum, tanquam rebus cõpertis, condemnet iudices.

Populus uniuersus.) Etiam hic rursus obiectio ni occurrit. Ait enim Midias, se a saltatoribus & peregrinis & eius farinae hominibus esse condemnatum. At hic anteuerrens, totus, inquit, populus: & cõtendit, nõ solũ populũ, sed & iudices eum cõdemnas se. Nam si iudices populi pars sunt, etiam illos unã condemnasse constat.

Tantãque curã.) Ut uideatur condemnasse populus. tantãque curã, cum amplificatione dixit, & non impulsu meo.

Eam iniuriã qua me sciebat affectum esse, ut, quamuis iste nihil non faceret.) Valde uiolenter, eum non modo a populo et iudicibus, sed etiam a semetipso damnatum facit. Nam supplicare damnatorum est.

Et quidam alij pro eo.) Antepersstringit testes Midianos,

ἀσίσγειος
καὶ ἀσίσγειος
λόγος.

Midian
rint. N
Eucta
talis q
limi co
testati
Tan
qui or
specie
nia, iu
modu
gat. Q
dicitur,
peris
magis
Que u
ones:
remes i
licitatio
putatis
rõ fruit
Sed co
uit à dec
tam pri
sententi
metuen
tis dille
Mali
effertem
ostendit
liam.
Vi mē
dz parti
tem iure
peieratē
Cum i
ne per h
nim in E
posset: q
Cum aut
poluerit.
ctatus, sū
rum uice
Que
hoc est e
sed conē
parte sum
nis magis
roducum
dij, in qu
autem eos
dij pars.
preparati
putetur, e

Midianos, tanquam qui & ipsi unà damnarint Midiam. In progressu enim orationis, Euctemon, inquit, homo pluma leuior, & talis quaedam testium conspiratio, & sodalitiū cum eo est. Quī igitur possint uerum testificari, qui cum eo fuerunt supplices?

Tamen non paruerit.) Laudat populum, ut qui omnia iustitiæ studio contempserit. Spectos autē habet iudices, ne deliniti pecunia, iudicium Midiae condonent. Incommodum igitur non apertè dicendo, mitigat. Quòd si populus pollicitationes repudiavit, neq; diuitias eius respexit, neque aperitis pollicitationibus succubuit: quanto magis debetis uos repudiare clandestinas? Quæ uerò factæ fuerunt populo pollicitationes? nos tributum conferemus, nos triremes instruemus. Falsas autem fuisse pollicitationes, progressu orationis dicit: Me putatis pro uobis tributa pensurū, uos uerò fruituros?

Sed consentientibus suffragijs.) Nemo aberrauit à decoro, nemo ignorauit quid deceret, tum primū omnis populus fuit eiusdem sententiæ, ut quisq; Midiam cōdemnaret: metuens, aut erubescens ab aliorum sententijs dissentire.

Multi me conuenerunt, iudices.) Absurda uisa esset sententia, nisi prius in principio statim ostendisset, omnibus factam esse contumeliam.

Vt mihi uidetur.) Hic incipit ratio secundæ partis propositionis, cuius absurditatem iureiurando remouet: & ne aliquibus peierasse uideatur, coniecturam adijcit.

Cum in alijs eius audaciam perspexissent.) Planè per hæc, eum tyrannum esse ait. Qui enim in Democratia degens, coherceri non potest: quid est aliud, quàm tyrannus? Cum autem priuatim suam personam præposuerit, atq; indicarit, quàm malè sit tractatus, subiecit publicā: eos uoluisse et aliorum uicem ulcisci.

Quæ cum ita se habeant.) Non secundum hoc est exordium, ut quidam opinati sunt, sed conclusio eorum quæ in prima exordij parte sunt posita. εἰς γὰρ αὐτὴν est Athenis magistratus eorum, qui accusationes introducunt. Hæc igitur est conclusio exordij, in quo etiam captatur attentio. Habet autem confirmationis uim postrema exordij pars. Duæ enim sunt in hac oratione præparationes: una, ne crimen priuatum putetur, quam recitatione legum confir-

mat: altera, ne adducantur iudices, ut causam prodant. Horum enim utrum acciderit, perit accusatio oratoris: propterea que prolixius esse factum uidetur exordium, ut pecuniæ cupiditatem iudicum animis eximeret.

Quæ igitur.) Hoc est, quibus rebus, impulsu uestro, ueni ad accusandum, eas omnes ostendam esse custoditas. Non defueri accusationem propter uos, neque pecunia sum delinitus. Eam igitur uos etiam repudiate. atq; id quidem erat consequens. sed ipse reticuit, ne iudices argueret: contentiosiores enim eos effecisset.

Si quis me introducit.) Postquam enim fortitò delectum erat iudicium, dabantur sexuiris accusationes, atque illi rogabant deinceps: Vis accusare? aut habes testes ad probandum crimen paratos? qui si affirmasset, ita tandem introducebatur. hoc illud est, Si quis me introduxerit. * Erant autem principes, qui in uno quoq; iudicio causas introducebant.

Multa quidem, Athenienses.) E' ἰσθίνου abducit iudices à quæstu. Nam si ego, cui multa offerebatur, nihil accepi: cur pauca uos? Constat enim eum, si uni daret, eiq; affecto iniuria, multum potuisse dare: iudicibus autem multis non potuisse multum polliceri. Ac mihi quidem accipere licuisset, uobis autem pollicetur duntaxat: ego affectus iniuria, uestra causa non accepi: uos, nullo accepto malo, contra me accipietis?

Multas deprecationes.) Verbum, cum sustinuerim, non ad deprecationes, sed ad minas propriè refertur. Conseruatur autem naturalis ordo. Primū enim supplicare solet, deinde si quis repudiatur, usurpare minas.

Quæ uerò post hæc in uobis sunt reliqua.) Cætera reticuit: nec apertè iudices accusare uoluit, proptereaq; reliqua simpliciter protulit, ne quis consequentia postularet. Ordine enim immutato ait: Quo pluribus molestus fuit. Solet enim orator ἀλλήλους uocare appellationes iudicū. Pendens igitur est oratio. Hic enim sensus reddendus fuisset: Quo pluribus iste molestus fuit, eo magis se suffragia laturum sperare. Nam qui in rogando sunt impudentes, ij sic in ea re se gerunt, ut grati non sint ijs quos rogant. Intendit autem & producit exordium orator, annexendis sententijs, quòd ob iracundiā eas circumscribere nō potuit, ut affectus impetum secuta oratio, in dubio esset ubi finiret.

Neque enim ita sentio.) Absoluta præparatione exordij, duplicem subiecit conclusionem. alteram ad primam propositionem pertinentem: omnibus insultare Midiam, neque concedendum, ut in posterum etiam impunè insultet. alteram ad præparationem, Non committendum, ut contra illud quod prius ipsi petierint, faciant, Ac terminauit conclusionem in summo capite, utili. Qua de causa dicimus, exordia cognata esse perorationibus, quòd illæ etiam summis capitibus absoluuntur. Ac primum exordium cum negotiale maxima ex parte esset, minus habebat affectuum. In hoc autem magis uult mouere affectus, ut ab omni parte iudicem opprimat. Summo autem capite terminatur primæ propositionis conclusio.

Quòd si Athenienses.) Hic incipit * exordium, cuius etiam propositio bipertita est. 20 & hinc nobis existit dubitatio, qua ratione hic dicat, si falsæ legationis causa esset, non roga- rem: cum in oratione cõtra Aeschinem, quæ falsæ legationis causa est, roget? Respondemus, eum ipsum soluere, dicendo: Rogo uos, ut cum beneuolentia nos audiatis. Sed quia uerebatur, ne cauillari uideretur, qui cum accusaret, reorum instar supplicaret: huic incommodo medicatus est propositione exordij. Si aliarum, inquit, rerum agerem, non supplicarem. & recensuit publicorum criminum nomina, uolatarum legum & eumentitæ legationis, ut contumeliam æquaret publicis criminibus. Vult igitur et insectari ut accusator, et impetrare misericordiam ut reus: & simul ostendere, ipsam etiam causam reuera esse publicam.

Existimans accusatori.) Hic incipit confirmatio primæ partis. ut autem tueretur autoritatem, ostendit, se in accusando nunquam 40 usurum fuisse precibus, nisi nunc in reorum esset habitu constitutus. Nam uerberatum non posse pœnas sumere, perinde est ac si uictus sit. Quæri autem potest, quomodo in oratione contra Aeschinem, accusator dicat, omnes uos precabor? Dicendum igitur est, discrimina esse precationum. Illic enim est precatio grauis & animosa, hic uerò humilitate prædita. Ait enim, Precor autem uos, & supplico: & tanquam uictus causam agit.

Et propter hoc tribu.) Suo loco tribum nominat, ut aduersario multorum odia concitet, adeoq; totius tribus, Bene etiam ad-

dit, per iniuriam. Neq; enim simpliciter dicit, Ereptus est tribui: sed, per iniuriam hostis habet præmium.

Nam si dici fas est.) Hic incipit confirmatio secundæ partis. Coniunxit, inquit, Midias improbitati suæ ea, quæ misceri nequeunt: & fecit, ut accusator reus esset.

Si qua est calamitas.) Collatione aliorum est calamitas. Si rei, inquit, affecti calamitibus supplicant: & ego cui cõtumelia facta est, nisi pœnas sumptero, in calamitate ero. Iure igitur precabor.

Oro igitur uos uniuersos.) Satis ostendit esse supplicandum. Hic autem incipit conclusio secundæ exordij, quod exordium ab eo sumptum est ex cõmendatione suæ personæ, per distinctionem. Distinguit enim quibus in criminibus supplicandum sit accusatori, in quibus non sit supplicandum.

Mibi facta est.) Quatuor definitionibus ostendere conatur, crimen hoc esse publicum. Primum, Omnis, inquit, contumelia, & quocunq; facta tempore, crimen est publicum. Id ostendit uno, cum dicit: Lex accusandi potestatem dedit cuius, sed æstimationem totam facit publicam. Secundò: Omnia quæ in festo fiunt, tametsi cõmittantur in priuatum, publica sunt. Tertiò: Ea quæ in choragum committuntur, multo magis. Quartò: Non propter me solum, sed etiam propter omnes cæteros, quibus contumeliam fecit, dignus est, qui ut contumeliosus & uiolentus, publice puniatur. Primum igitur demonstrat, omnem contumeliam crimen esse publicum, & ait:

Si quis igitur uestrum.) Hic incipit præparatio, ubi ponit duas leges, & ostendit publicum esse crimen. Alij dicunt, uideri quidem hoc cohærere cum exordio, sed reuera quoddam esse exordium securitæ confirmationis. Hic enim præponit, oportere omnia quæ in festo fiant, publica iudicari, et non propter priuatum aliquem fieri, hoc est, omnem contumeliam crimen esse publicum.

Nunc si recordetur.) Et hoc primæ definitionis est, & eius rei quæ sit communis. Hæc enim omnia pertinet ad illud probandum, omnem contumeliam esse publicam.

Recitabitur.) Hic palam ad ipsam confirmationem accedit, quæ est secunda definitio: omnia quæ in festo fiant, esse publica.

& recitat

& recitat leges, quibus id confirmatur.

Senatus indicat concionem.) Metuit ne recitandis ijs quæ passus esset, suspicionem quandam inijceret audientibus. Ideo ante recitationem leges affert, ut id quod diximus, consequatur. Verebatur enim, ne causa priuata fieret per expositionem priuata negotia continerent. ac propterea priusquam dicat quid sibi acciderit, occupat iudicem recitatione legum: ut tamen contumeliam dixerit, & uerbera, & eius generis alia, ea tanquam publica audiantur: cum sit ostensum, omnia quæ in festo fiant, esse publica. Est autem prima lex huiusmodi: post festum concio habebatur in aede Bacchi, & prætor administrationis suæ rationem reddebat, & inquirebatur in eos qui iura & leges uiolassent.

Lex hæc est.) Ex hac lege ratiocinari uult ea quæ post festum acciderunt. Primum igitur *πρωτολόγιον* esse publicam, ostendit sequentibus.

In aede Bacchi.) Hoc est, in theatro, cum quo Bacchi lucus coniunctus erat.

Post Pandia.) Alij Iouis esse festum putarunt. alij Lunam dici putant *παιδία*, ex eo fortasse, quod quouis eat. Sol enim interdum duntaxat uideri potest: at Luna & noctu & interdum. Agebant igitur & Lunæ festum post Dionysia, quando Bacchi soror est Luna. Bacchum enim tum Apollinem, tum Solem uocant: quidam etiam Lunæ filium faciunt Bacchum.

In ea uero postquam præsidet.) Præsides uocabantur qui mittebantur in Senatum à præsidente tribu, atque inde rursus à Senatu mittebantur ad populū, ut præsiderent in theatro. Vnde etiam præsidet sunt appellati. Hi rogabant populū, an liceret agere de rebus ad festum pertinentibus. At populus manus tollebat.

De administratione prætoris.) Rationem enim reddebat, an simulacrum factum teetum cõseruasset: an in iure dicundo ac referendo, cæterarum rerum nihil præterisset.

Et quibus de rebus aliquis.) Præposito prætoris & præsidibus, adiecit etiam contumelias in festo factas. Constat enim id in una esse lege: ac illud publicum, hoc priuatum. Proinde ex hoc colligit, etiam contumelias esse publicas, cum ea quæ ad prætorem pertinent, sint publica.

Bene Athenienses.) Patrocinator legi, ut laudibus eam confirmet: & de ijs dicit, qui ad diem non soluunt iudicatum, quemad-

modum etiam in priuatis, si qui ad dictum diem non soluerint, securitatem eis largiri legem.

Volo autem.) Secundam legem recitat, obiectionemque remouet. Postquam enim ostendit, omnia festi esse publica, obijciabatur ei: sed non ea quæ in homines priuatos committuntur, sed si quis aut choragum in uincula coniecerit, aut tibicinem repperit, aut comædum: aut populū spectaculo prohibuerit. & probare uult, ea etiam quæ in homines priuatos committuntur in festo, esse publica: secundam recitat legem.

Cogitate, Iudices.) Comprehendit hunc sensum in priore lege, ut contendat priorem legem habere communionem cum secunda. Cum uerò prior lex eiusmodi sit, ut nec à procrastinatoribus reposcere liceat in festo, à quibus lex reposci debitum etiam manu, iubet: pugnat argumento è minori ducto, dicens: Si à procrastinatoribus lex uetat æs alienum reposci manu iniecta in festo: quanto magis uetat in fontibus fieri uim? Est enim totum argumentum sumptum è minori, tum à persona, tum à re: persona, choragum cum procrastinatore: re, contumeliam cum pecunia conferendo.

Sed etiam iudicio.) Eorum bona nimirum qui iudicio uicerunt, eorum tempore festi fiunt qui uicti sunt. Colligit autem ex demonstratione prioris, etiam ea quæ in priuatos committantur, esse publica.

Neque enim profecto.) Id quod in lege positum non est, concludit tanquam confessum. Id uerò quod scriptum est, tanquam consequens aliquid sumpsit. Nam illud de corpore scriptum non est, sed de procrastinatoribus duntaxat. At hic illud accipit tanquam confessum: non illud modo, inquit, uisum uobis est iniquum, ne corpori cuiusquam contumelia fiat: illud autem de tardis nominibus tanquam additamentum: Sed iam ea, inquit, uetustis, quæ etiam autoritate iudicij fiunt.

Vos igitur.) Lecturus legem pollicitus est se ostensurum cum aliorum uerecundiam, tum Midie audaciam. Quod igitur promissum sit, id nunc ostendit.

Volo autem singula.) Sententia præparans, & ingressus ad conquestionem. Absoluta autem præparatione, in qua insunt omnia quæ accidunt circa festum, tamen in hominem

privatum committantur, ostendit esse publica. Iam ad ipsam constitutionem transit. Nō enim amplius, ut privata negotia sunt audituri. Vfus igitur est proœmio præparante, quod idem quidam pollicitationem nominant. Quare oculis subiicit ea quæ dicenda sunt in constitutione.

Nam cum non esset.) Hic est principium primæ partis conquestionis. Quidam enim hanc narrationem esse negant, eo quod populus ea quæ facta sunt, præsciat, & in finitione narrandum non sit, sed tantum proponendum. Respondemus: non scisse omnes quid factum esset, ut in peroratione ait: non populum, sed ludiones, & hospites, & eius generis alios fuisse. Quare narrare necesse fuit. nec narrare duntaxat vult, sed etiam augere suum studium in cōstitutione. Ad hæc, in definitione idem esse conquestionem & constitutionē. Iam autem etiam finitionis vim habet constitutio. Nam iis de rebus conquerimur, quas perpeffi sumus: quæ dū narramus, narrationē absolvimus. Cum autē ad nostram utilitatē narramus, definitionē absolvimus. Nobis enim in cōstitutione asserētibz, crimen esse publicū, statim respondens aduersarius, privatum esse definit. Proinde finitionis vim habet constitutio, sed illic rotundē et paucis definimus, & acriter: in constitutione autem late, et minus acriter. Cur autem cum definitionis vim habeat, πεσολλί nominatur: Quia necesse erat duas contrarias definitiones incidere, si finitio aliqua constitutio uocaretur. Nobis enim definiētibz in constitutione late, qui contra illam definit, duas contrarias facit definitiones. Ne igitur duas contrarias definitiones nominemus, latam definitionem, πεσολλί, uocamus in cōstitutione positam: angustam autem, quæ πεσολλί sequitur, eam quæ affertur à reo, definitionem: quæ ab accusatore, ανδορισμόν, contrariā definitionē. Adhæc quoniā multa et falsa et turpia & insultus & subsannationes obiecturus erat Midia, eaq; in cōfirmatione dicere non licebat, eo quod parua essent, et probationes requirerent: in constitutione autem probationes minus adducturus erat, sed dicendo criminari & acuerē iudices multitudīne criminum: propterea constitutione usus est, & apertis ac magnis, parua & infirma implicuit, ut per illa, hæc etiam simul & exaggeraret, & probabilia faceret. Mistam esse diximus consti-

tutionem ē rebus tum publicis, tum privatis, præterq; amplificatione. Ac maxima eius pars negocialis est: alia affectibus, alia translationibus constant, & in uniuersum in hunc modum oratio temperata est: negocialis, dum de ijs quæ sibi acciderunt, & publicum esse crimen, narrat: affectu cōstans, dum auget contumeliam: impetuosa, in quibus personam Midia infectatur. sed à publico est auspicatus, ædili nominato. Pandionia tribui.) Tribus, est decima ciuitatis pars.

Abhinc triennium.) Ut cum triennio choragum tribus non præbuerit, res magis exaggeretur: aut, ante hos tres annos, ut & in Philippicis, Philippus in Thracia tertium aut quartum ab hinc annum. Neq; enim potest hic continuum tempus intelligi. sed studium exaggerauit, se intra triennium solum ē tribu esse largitum.

Præsentē concione.) Omnia nomina publica sunt, concio, prætor, subfortitio tibicinū ad festum. Proinde iam ex his de suis rebus tanquam publicis differit.

Verbis & conuicijs factis.) E' contrario sumpta est amplificatio. Est enim maximus amplificationis locus, ueterem aut opulentiam, aut miseriam, aut hostium potentiam augere, ut maxima uideatur: soluendis hisce difficultatibus, uicisse vim aduersariorum.

Et accusante.) Proinde seditio fuit, & tumultus. Ego uerò pollicitatione mea tumultū repressi.

Progressus ego sum pollicitus.) Iurgabantur curatores cum prætore. Prætor culpam in curatores transferebat. Modestē autem dixit, Sum pollicitus: ob id quod sequitur: Obuenit mihi primo, ut tibicinem deligerem. Per hoc enim ostendit, Fortunæ erga se benignitatem: & credibile facit, se Midia, non Fortunæ culpa, in certamine uictum esse.

Et euentum fortuitum.) Fortuna cum animo consensit, pro me tulit suffragium, mores meos approbauit.

Et tumultum & plausum.) In ipsum amplificauit, ne Midias per iracundiam ea fecisse uideatur, sed ex inuidia, propter eas laudes quæ inimico tribuerentur. Cum autem celeriter plausum subiecerit, ostendit qualem dixerit tumultum.

Ut laudantes.) His uerbis obsignat sententiam,

At Midias

At Midias iste solus omnium.) Aduersatus est, inquit, & fortunę & Reipublicę. Nam illa sortem mihi donabat, uos admirabimini, Midias grauius & molestę ferebat.

Vt apparet.) Vt ex ijs, inquit, cernitur, que fecit.

Continenter mihi insultans.) Proinde consulto, & non per iracundiam fecit.

Et paruus & maioribus.) In priuatis & publicis.

Quę igitur in ludiones.) Moris erat, eos qui Bacchi cętum complebant, eo tempore non militare. At Midias eos cogebat exire, nec immunes patiebatur esse à militiā. Sed hoc tractatum est per præteritionem, quia magnam uim non habebat. Quadrifariam autem diuisit crimina, ac primũ imbecilliora posuit, post firmiora, & rursus infirma, & quartò firma. Est enim, cum plura sunt firma & infirma, incipiendum ab infirmioribus, & in firmioribus desinendum. Sunt igitur nunc etiam prima infirma. Quantulum enim crimen est, si dimitti non est passus, præsertim magister equitum? et si Bacchanalium procurator esse uoluit?

Neque enim hoc ignoro.) Intelligens se minuta commemorasse, primũ figura præteritionis est usus. Deinde uim eis per sequentia adiunxit, his uerbis: Me dum ista ferrem, æque indignatum esse scio, ut ob atrocissima.

Ac ne aggressus quidem essem.) Transit ad id quod firmissimum est, de ueste: & antequam id proferat, amplificatione est usus, ut iudicem redderet attentorem. Incredibilia, inquit, uisa essent ea quę dicenda sunt, nisi tunc statim coniuncta essent.

Uestem enim sacram.) Quod priuatum est, publicum fecit, adiiciendo sacram. Hinc autem incipit conuestionis amplificatio. Variam autem eam fecit & à loco, & à tempore, & ab eo qui gestauit.

Quoad usurpatur.) gestatur, aut teritur.

Sacram enim ego.) Obiectionem soluit: Sacram dicis, quam tu gestas? At sacerdos non es. At hic à celebritate & tempore confirmat esse sacram. Deinde quia est arguta hæc ratio, coronam apponit, tanquam socijs ascitis. Magis enim coronę sunt publicę, quod ijs etiam cętus redimitur.

Noctu aggressus.) Satis tibi sint dies ad insi-

diandum. Noctu da bello inducias, ô Midia, quo tempore etiam natura hostes dant quieti operam: in magno honore nox est etiam apud hostes, inducias ei dat etiam qui uidetur inimicissimus. Tu uerò in festo, nocturno prælio præter rationem me aggredis.

Non tamen totam.) Hoc dixit ad uituperandam naturam eius, & ad laudandam fortunam quę impedierit. Fortassis autem aurificem Bacchus excitauit, ut deprehenderetur.

Ind sopiiff. & cum potine.

His contenti non fuerunt.) Rursus à firmiore transit ad imbecillius, ad corruptionem magistri chori & prætoris, & concitatos in se choragos, & reliquos insultus. Hęc enim & parua sunt ad iudicium, & alioqui spem parum firmam præbent. Horum enim nihil Midias confitebitur.

Ac nisi Telephanes.) Ne quis suspicetur, spe largioris præmij, à Telephane chori magistrum frustra uituperari: ideo mores eius laudat, optimum eum uocando, & sibi bene cupientem. & ut soluat obiectionem, à tibicine non ex æmulatione eiectionem esse chori magistrum, ut solus laude floreret. sic igitur etiam chororum instituit ipse, repulso illo homine. Ait igitur orator, & optimum uirum fuisse Telephanem, & sibi amicum. Non igitur ex priuata æmulatione insidiari illi uoluisset, nisi scisset hominem esse corruptum.

Neq; certassemus.) bene. Non de cętu dum taxat loquitur, non certasset: sed pluraliter & semetipsum, et totam tribum complectitur.

Vt coronatum.) Qui enim partem festi maximam curaret, prætor erat. Quare multum nocere poterat, si corruptus, fraude uelle agere.

Choragos conduxit contra me.) id est, Inuitos eos irritauit, nolentes concitauit: ne si cum eo contendere nollent, non uelle uincere uiderentur. Quod uerò necessariò euenit, in Midiam transtulit. Cæteri enim choragi ob æmulationem uictorię inter se contendunt. Ait igitur, Midias eis persuasit, ut mihi infesti essent. Sequitur ratio:

Clamitando, minitendo.) Nam cum illis mecum digladiantibus iste clamitaret, ac mihi minitaretur: perspicuum erat, choragos ab eo incitari.

luranti.

Iurantibus.) Sic iurare docebat, ut simulatū esset iusiurandum, utq; eo non multum mouerentur.

τὸ παρασκηνία φράσις.) scenæ aditus obstruendo. Vt coetus cogere circumire per exteriorem aditum, & sic morante illo accideret, ut Demosthenes rideretur.

πρῶτον λῶσις.) Siue clavis defigens, ut fores firmiter occluderentur: siue quod pulsandis & uerberandis clavis, exaudiri eorum non sinebat.

Homo priuatus publica.) Atqui Bacchanaliū curator fuit. Sed quia se candidatum offerebat, id eo priuatum cum esse dicit.

Et ex his quæ.) Absurdum putat, minutiarum harum proferre testes: propterea quasi populus ipse spectarit, & testificet, subiicit, Vos ipsi mihi testes estis.

Corruptis insuper.) Ab infirmo iterum, ad id quod ratum & postremum est, accedit: hoc est, ad plagas: quod eę maiores sunt ceteris, & à reo non negantur.

Ludiones uiros.) Ex omni ætate coetus in Bacchi honorem certabāt, eo quod omnem habitum ei accommodant. pingunt enim eum & puerum, & senem, & uirum. Alibi igitur dixit, Cum præbitor esset puerorum in Bacchanalibus. At Demosthenes uiros ludiones habuit, ut progressa oratione dicit, Ego uiris tibicinibus.

Meum corpus contumelijs affectum.) Non ait, plagas mihi dedit, & condylos, ne humilitatis semetipsum condemnaret.

Hæc sunt.) Quia matrem esse confirmationis oportet constitutionem: & progressu orationis etiam de cæde Aristarchi est dicturus, & de desertione, & delictis in alios multos admissis, ideo de his etiam præfatur in constitutione.

Vos estis hæredes.) quodammodo successores.

Recita mihi aurificis.) * Quatenus licet, eorū quæ dicuntur in cōstitutione, affert testimonium, ne nudas ponere narrationes uideat: & concludit constitutionem.

Cum igitur multa.) Fretus aurificis testimonio agit audacius, et per id iudices adducit, quasi in cæteris etiam uerè accuset.

Ipsi enim qui perpeffi sunt.) Occurrebatur, Totam obibas urbem Demosthenes, curiose inquirēs, cui nam factum esset aliquid à Midia: ideo id refecat, Non ita est, inquit, quomodo igitur? Domi sedēs cognoui, tanquā ad communem accedebāt patrem uniuersū,

& quæ pertulissent à Midia, recensebant.

Volo autem ante hæc.) Accessurus ad confirmationem, exordio utitur, ad faciendos auditores attentiores.

E quibus priuatim.) Facit familiares eius & amicos ei inensos, cum eius inimico renunciarint ea, quæ is eis secretò cōmunicabat.

Qui si uerè.) Negantem uera inducit Midiam, & eius impudentiā perstringit. Quomodo autem eum negantem inducit? For-
tassis autem propriū etiam definitionis custodit, quia in definitione alia negamus, alia confitemur. In hoc enim coniecturæ maximum & discrimen est, & communitas, hæc in negando, illud in non omnia negando.

Priuata iudicia mihi.) Hæc est generalis obiectio, exceptionis uī prædita: non esse de priuatis criminibus adipiscenda iudicia publica. In uniuersum enim obijcit, tacito nomine dicentis. Refutatio autem & hæc translatiua est, à modo.

Et multam irrogare.) In priuatis enim legibus multa erat definita: in publicis autem accusator multam irrogabat.

Ego uerò unum illud.) Cum translatiua sit obiectio, priuatum, non publicum iudiciū esse dicendū: translatiuè eam dissoluit, his uerbis: Nisi hoc modo accusassem, rursus contrarium dixisset, priuata esse publico iudicio persequēda. Nam si modum pro modo subijcias, translatiua fit refutatio. Quare nō satis exploratū est illud Metrophanis, omnem translationem absoluta defensione refutari. In hoc enim exemplo translatione refutatur translatio.

Nam et coetus erat ciuitatis.) Ipsum inimicum contentem inducit, publicum esse crimē: & dum coetui attribuit ratiocinationes, per id etiam obiectioem soluit, & inimicum ostendit secum ipsum pugnare.

Neq; hoc dicendum.) In hoc Metrophanes ait, comprehensionem significari, dum orator concedit, lege priuatas etiam actiones concedi. Sed res non ita se habet. Causa enim nondum posita, hoc est, ipsa definitione posita, neq; contraria definitione ab oratore * priuatum posita, quī fieri potest ut cōprehensionis forma sit tractata: aut quī coniungi potest finitio, & contraria finitio: Est igitur refutatio potius generalis obiectio: nis: *Lege licet priuato iudicio experiri.* At hic & ipse fatetur per concessionem, licere priuato iudicio experiri: sed tamen quæ ego accusaui, quæq; ausus est Midias, in ijs festum uiolatum

latum est. Qua ratione igitur se priuatim uult accusari, cum publice peccarit?

Sin ego priuati iudicij prerogatiuam.) Qui priuatim experiebatur, ipse accipiebat multā legibus definitā: ego uerò solus, inquit, neglexi meas commoditates.

Gratiam, non iacturam.) Pluris, inquit, feci rempublicam, quam me ipsum, & huic concessi multāe lucrum. Vult enim eius opes publicari.

Scio porrò eum hæc quoq; uerba crebrò inculcaturum.) Propriè est hæc finitio specialiter induta, eaq; de causa nominatim eam adduxit. Et, crebrò, inquit, inculcaturum. Ad nihil aliud enim æquè, atq; ad hoc confugiet Midias, ut priuatim esse crimen ostendat. Quidam aiunt tres esse obiectiones. Vnam, ne me Demostheni tradite: alterā, ne me propter Demosthenem occidite: tertiam, quia cum isto mihi similtas est, eo'ne me occidetis? idq; ex eo constare dicunt, quòd orator ad harum singulas, refutationes afferat. Sed non ita est. Vna est enim obiectio in tria diuisa membra, idq; ex refutationibus uel in primis perspicitur. Omnes enim ad unum sensum referuntur: non solum Demosthenem, sed & choragū esse contumeliose tractatum. Deinde ex ipsis etiam obiectionis mēbris. Nam & in his inest sensus per omnia, eum cui contumelia facta sit, hominem esse priuatim. Ac duo quidem manifestam habent cognationem: Ne me Demostheni tradite, ne me propter Demosthenē è medio tollite. Nam non tradere hosti, est idem quod non tollere. Tertium autem & ipsum cognatū est prioribus, in eo cum dicit: propterea ne me tolletis! Idem enim est, quod, ne me propter Demosthenē tollite. sed in eo differt, cum dicit, eo'ne quòd cum isto inimicitias exerceo. Per hoc enim ostendit priuatas esse inimicitias: Mihi cum uno, inquit, Demosthene certamen est. Ipse autē affectus contumelia dicere nō debet, communis ciuitatis esse iniuriam. Atq; hæc definitio partim affirmat, partim negat. Nam se fecisse cōtumeliam fatetur. Id factum autem esse publicum, negat. ut ea definitio, quæ à reo affertur, sit ex ijs quæ desunt: at quæ ab actore, ex ijs quæ facta sunt. Nam ille, Non magistratum, inquit, uiolauī, non in rempublicam cōmisi, sed in Demosthenem: sed choragum, sed theatrum, sed festū tacet. At hic, ijs quæ ipse confitetur, his etiā adiectis, crimē publicū facit. Cur igitur, cū

unica sit obiectio, eam trifariā diuisit? quia fretus erat copia refutationum: & ne uideretur in una parte ualde occupatus, ideo eā diuisit, ut occultaretur robur obiectionis. Nam ubi multas refutationes habet, ibi etiam ex una obiectione multas facit, ad ostentandam refutationum facultatem.

Ad conflandum aliquid inuidiæ.) Midias ut causam priuatam faciat, utitur obiectione. At orator, Vt, inquit, mihi inuidiā conflet: & inimicum facit crimen confitentem, & metuentem ne aduersario tradatur. Est autē inuidiosum à iudicio suscipere aduersarium, ut eo tuo arbitratu utaris. Postquā ostendit, eum non sibi tradendum esse, sed legibus: ad alteram transit partem, non esse Demosthenem cui facta sit contumelia, & ait: Non enim in me, qui Demosthenes essem, petulantiam suam effudit, sed etiam in choragum uestrum, hoc est, in magistratū. Quod cum probare non posset, collatione similis ostendit se esse magistratum, per ratiocinationem. Sexuir, inquit, cum coronā publicam gestat, nomē habet magistratus: & eodem modo ijs quæ in confesso sunt, commemorandis, id quod est positum in controuersia, confirmat ratiocinatione.

Neq; in his solum hæc ita se habent.) Nam è particularibus uniuersale colligit.

Quibus respublica.) Habet enim & choragus aliquid sacrosancti: ueluti, ut à militia sit immunis chorus, ut eum introducat cum libet. Deinde ommissa commemoratio rerum peculiariū sexuirī & magistratus: quod ijs commune erat cum chorago, id dixit, coronæ gestationem & honorem. Vide autem ut non apertè dixerit, magistratum. Habebat enim etiam ædilis prerogatiuam quandam in ædilitatibus & festiuitate.

Si alijs quibusdam diebus.) Hæc ratiocinatio est specialiter introducta. Quia enim prior, ut uniuersalis, ignotior erat auditorib. et uolētior: ideo subiecit specialem, eamq; cum uniuersali coniunxit, & probabiliorem fecit ratiocinationem.

Vna enim cum Demosthene chorago etiam contumelia fiebat.) Hæc est figura comprehensionis. Post enim finitionem cōtrariam, quam ratiocinatione firmauit, necesse erat subijcere comprehensionem, ut ea finitionem & contrafinitionem complecteretur.

Sunt autem cum rogantur leges.) Hic accedit ad legislatoris sententiam, ut per eam cōfir-

met ratiocinationem. Differt autem sensus legis à sensu legislatoris, quòd in sensu legis, ut obscuram enarramus ad nostram utilitatem: in legislatoris autem, sententiam extrinsecus inquirimus, eum hoc consilio, & huius rei non ignarum, sanxisse sic, cum leges obscuræ non sunt.

Et alioqui iusta.) Etiã sine iureiurando nimirum.

Fuit damni dati uobis lex.) Alia confirmatio, publica esse commissã in festis facinora: à sententia legumlatorum. Cur enim legem aliam conquestionis in Bacchi gratiam, et celebritatis honorem tulissent, si priores satis fuissent? Celebrat autem uerbo legem, sacram eam nominando. Vult igitur à sententia legislatoris ostendere, publicum esse facinus: & ait, ea de causa latam esse legem Bacchanalem, cum dati damni & uerberationis & contumeliæ leges extarent: ut nõ 20 esset dubium, grauius eos esse puniendos, qui in festum comitterent: & ait, eas leges, quibus postulet Midias de se iudicium fieri, dati esse damni, et aliarum rerum. Nam si illis extantibus, lex Bacchanalis postea lata est: de eo non ueteribus, sed post latis legibus esse iudicandum.

Si quis igitur etiam illis.) Aequè ut illis quæ sunt de uerberatione & contumelia.

Et hac post eas lata.) Bacchanali nimirum, ut 30 è priuatis legibus & sacris, comprehensio- nem confirmet.

Renunciauit mihi quidã.) Est ab exemplo quo dammodo sumpta obiectio, sed introducta per deprecationem ab oratore ad suam utilitatem, ut ostendat, Midiam ad deprecationem; confugere, ut reuera fontem. Nam Midias quidem ueniam non petit, sed cum definitione * coniungit, ostendens reuera esse priuatum facinus, cum præsidēs & Sex 40 uiri plagis acceptis, actionem persecuti nõ sint, sed priuatim transfegerint: ut si quis ipsam definitiuam coniunxisset, sic integra facta esset. Nam & præsidēs & Sexuiri uerberati, priuatum iudicium dictarunt. At Demosthenes non ignarus, quæ esset uis obiectio- nis, seorsim definitiuam, seorsim exemplarem introduxit, quam transtulit ad ueniam. Regulæ enim obiectio- num ex refutationibus sunt petendæ.

Qui nuper uapularat.) Sexuiri tum alia curabant, tum etiam disciplinam, & noctu obambulantes, uidebant, ne quæ rapinæ fierent. Tum igitur deprehensis quibusdam

adolescentibus, qui tibiçinam raperent, unus è sexuiris eam asserere uoluit, atq; ita ab eis uapulauit.

Iam ad hæc.) Vides ut ueniam fecerit obiectio- nem, dicendo, Eum indignum esse ueniam, & non præbere ueniam causam.

Midias autem nullam harum causarum habet.) Quid igitur? Comparat inter se ea quæ acta sunt, & à se & à sexuiro: eumq; accusat, quòd homines proteruos non sit persecutus. Sumit autem refutationem à differentia. Comparat enim plagas & plagarum autores: & ei qui in Sexuiri deliquit, plures tribuit excusationes, propter uiolatæ personæ dignitatem. Tres enim affectus qui animum occuparunt, & mentem coegerunt, locum etiam dant deprecationi.

Quòd si illorum.) Ipsum Midiam inducit accusatorem præsidis & Sexuiri, quòd contumeliosos non sint persecuti.

Et nunc uobis restitui.) Proprie restitui: eis enim debebatur. Restituitur autem alienum.

Quæ causa enim.) Transit ad aliam ueniam obiectio- nem, quia iam nõ ex iracundia, sed consultò rationes affert, uoluntarijs delictis nihil esse ueniam tribuendum.

Iracundia nimirum.) Definitiones, ostendentes, quid sit ira? quid contumelia? Nam illa subita est, hæc meditata.

At quæ.) Hoc est principium confirmationis (neq; enim negat Midias ea quæ fecit) esse fecisse non per iracundiam, sed ex insidijs.

Leges iam considerandæ sunt.) Quæ uoluntarijs delictis grauiores pœnas statuunt.

Primum igitur.) Quibus rationibus Midias uult causam dicere, ijs ipsis ostendit, eum magnas pœnas meruisse: ut tamen si priuata esse causa demonstratur, pœnam tamen nõ paruam aut leuem sustineat.

Deinde capitales.) Etiam has leges aptè adhibuit, quia enim plagis erat affectus, et plagas uulnera, uulnera cædes sequi solent: ideò eum illis quoq; legibus teneri ostendit, ut, cum uideatur eas exempli causa asciscere, reuera eum illis quoq; faciat obnoxium.

à d'eros.) conciliationis. Si quem enim cognatorum occisi precatus fuerit, atq; ille annuerit, absoluitur is, qui cædem non consultò fecerit.

50 Neq; uerò in his duntaxat.) Eum ueniam obiectio- nem refutare liquet ex his etiam. Ait enim, eum qui consultò fecerit, grandi supplicio esse dignum. Addito enim consulto, magna pœna dignum fecit, ut tamen si causa

causa tali
nas quan
tiam, siue
ut dixit
Non an
plum ad
actione
ostender
endas est
periclitat
qua, aut p
tempus p
fiebatur
nisi quid
gligebat,
cebat: pe
nomen est
parebant
quis priu
tus est, ob
dictum di
n, licet acc
donec con
Sin prohib
rit: postulat
& præter
publicum
rit iudicib
Curtand
ra dicere
nas propte
nihil esset
ctio in te d
Ac enim q
præsidem
Vi coactas
Quæ pro
pra per ami
te ponit, on
publicum.
hominem
commune
meliam reg
legis & pre
teribus alijs
Aestimatio
pacto cum
actionum om
mationem
nim est dice
culanti accig
estimatione
Dicendum igit
pellus, conti

causa talis esse uideatur, grauiores det pœnas quàm alijs. Quomodo? siue per ignorãtiam, siue per iracũdiam, siue per amorem, ut dixit in superioribus.

Non amplius fecit lex.) Rursus aptum exemplum ad probandum adhibuit. Cum enim actionẽ unde ui contra Midia habeat, uult ostendere, de illa etiã publicẽ ei pœnas luendas esse. Erat autem actio unde ui, si quis periclitabatur, ne excideret possessione aliqua, aut prædio, aut domo, ob multã ad tempus præfinitum non solutã, & publica fiebat litis estimatio. Nam etiã arbitri, legitimi quidam erant iudices. Eos uerò qui negligebat, & ad dictã diẽ iudicatum nõ faciebat: publicẽ pœnas dabat. ἔξλα iudicij nomen est, in eos qui decretis iudicum nõ parebant. Sensus autem est huiusmodi: Si quis priuatum iudicium uicerit, eum qui uictus est, obnoxium habet. Deinde nisi intra dictum diẽ iudicatum solutum fuerit, sed dilatum, licet accusare, et inuadere in bona eius, donec compleuerit id quod definitum est. Sin prohibuerit eum qui inuadit & repulerit: postulatur damnatus actione unde ui. & præterquam quòd priuatum est, fit etiã publicum negocium, eo quòd non paruerit iudicibus & legibus.

Cur tandem, si uolens à uolente.) Quia poterat dicere Midias, Aurifex mihi dedit coronas: propterea dicit, Si à uolente accepisset, nihil esset periculi. Sin ui ab inuito, duplici actio in te datur.

Ac eum qui sit assensus priuatis.) Sexuirum & præsidem notat oratio.

Vi coactum.) Semetipsum nunc innuit.

Quapropter ipsius etiã contumeliæ.) Quod supra per ambages significabat, id nunc aperte ponit, omnem contumeliã esse crimen publicum. Nam si licet omnibus accusare hominem contumeliosum: perspicuum est, commune omnium esse crimen. & contumeliã æquauit cœdibus, & omnibus sacri legijs & proditiõibus, & eius generis sceleribus alijs, de quib. cuius accusare licet.

Aestimatiõem autẽ totã fecit publicã.) Quo pacto cum supra dixerit, Quòd si ego priuatarũ actionum omiſsa prerogatiua: nunc totã estimatiõem fecit publicã? Contrarium enim est dicere: licuisset mihi contumeliã accusanti accipere pecuniã: & nunc dicere, estimatiõem contumeliã esse publicã. Dicendũ igitur est, si ipse contumelias perpessus, contumeliã accusaret: ipsum etiã

estimatiõem accepturum legibus. Sin alius sit qui accuset, publicã esse multã. Aptẽ igitur dixit, estimatiõem omninõ esse publicã: cum adiecerit, leges agendi cuius dedisse potestatem.

Pecuniã non accipientiam.) Non de ipso læso, sed de alijs accusantibus loquitur.

Et rem eò usq; auxit.) Per hanc etiã legem ostendit, non dignum esse uenia Midiam, cum etiã seruis facere contumeliã, capite sit sancitum.

Vt si quis uel seruo contumeliã fecerit.) Similitudine nominis arguitur. ὕβρις enim est & uerberatio, et cœdus coitus, de quo legislator loquit. Sic enim in oratione contra Timarchum explicatur: Ne seruis quidem liceat commisceri turpiter. ὕβρις igitur nomen, cum de utraq; re dicatur, licentiã oratori dedit argutandi.

Nõ enim quis sit is qui uioletur.) Ne hoc, inquit, considera, utrum Demostheni facta sit contumelia: sed illud, an facere contumeliã sit legibus interdictum.

Non est enim, non est.) Quoniam fordidẽ facere uidebatur, qui etiã seruorum causã ageret, in uniuersum contumeliã auxit, ut rem intolerabilem, tametĩ in seruum committatur.

Nihil enim præstat, quã ipsã audire legem.) Nihil æquẽ uel iucundẽ audiri à uobis, uel recitari potest à nobis, quã id quod ipsa lex & clamat, & ostendit.

Auditis Athenienses.) Nõ audiuiſtis, sed nũc etiã clamantem auditis. Lex, inquit, non est hominis alicuius. Neq; enim seruis datur actio in ingenuos, sed Fortuna * discrimen innouauit. Quo magis autem legem de seruis prædicat, eò commissa in se facinora Midiana atrociora esse ostendit.

Quid igitur per Deos.) Ad gentem inhumanam retulit iudicium de legibus. Nam si Barbarorum etiã immanitatẽ uincit lex, ut illi etiã laudare cogantur scripti humanitatem: quid de Midia sentiendum est ingenio, qui eam legem sit aspernatus?

A quibus mancipia.) Neque enim licebat seruum esse Græcum, sed Barbaris utebantur.

Esse quosdam Græcos.) Sic confictæ personæ hæc uerba esse uidentur.

Et natura insitis inimicitijs.) Est quidẽ hoc commune, sed amplificandi causa usurpatum. Duo sunt autem genera inimicitiarũ: alterum naturæ, uoluntatis alterum. Nam

& amicitia sunt duplices, alia naturales, ut cum cognatis, alia fortuito oblata.

Sed legem publice.) Hanc, inquit, quam te-
neo manibus. Non permitto mihi licen-
tiam uerborum, lego syllabas, prope est ar-
gumentum, ipsam assero legem, non inuidi
uobis recitationem.

Et multos qui iam uiolarunt.) Ne quis existimet
humanam quidem esse legem, sed negligi
& contemni, dixit, iam aliquem capite mul-
ctatum esse, qui eam uiolarit.

Si cognoscerent Barbari.) Hebetiores enim
sunt, & non tam facile percipiunt quam
Graeci.

Non ne putatis.) Cum enim naturale sit bel-
lum inter Graecos & Barbaros, ea que de
causa minus fidenter cum Graecis contra-
hant: eo, inquit, minus dubitarent ad nos
solos diuertere, cognita nostra humani-
tate.

Eum igitur qui leges non apud Graecos duntaxat.)
Conclusionem usus est sententiae, ac potius to-
tius uenialis obiectionis. & ostendit, nulla
uenia dignum esse Midiam.

Quod si, Athenienses, cum choragus esset.) Hic
accedit ad relationem amplificandi causa cri-
minis: & apte caput est subiectum. Nam si
is qui est in seruos contumeliosus, ueniam
non meretur: quanto minus is qui chora-
gum uerberauit? Relatio etsi criminis am-
plificationem continet, non tamen abhorret
a confirmatione. Eius enim amplificatio-
nes cum demonstratione procedunt. Cum
autem quatuor eorum sint loci, quae cum
aliquo conferuntur: a maiori & minori, &
contrario & pari, omnibus est usus, &
primum posuit eum qui est a maiore.

Nunc mihi uidetur.) Hoc quidam, cum
non intellexissent amplificationis causa es-
se adhibitum, de impietate fieri iudicium
dixerunt. Deinde adiecit probationem,
dignum eum esse, qui etiam impietatis reus
agatur. Nam eum aperte accusare im-
pietatis, ob rerum infirmitatem non audet,
sed per externam uiolentiam id quoque
confirmare nititur. Quae igitur est con-
firmatio impietatis? Ex oraculis coetus
constituimus, & coronas gestamus, & ui-
cos lustramus. Is igitur qui eos qui ex ora-
culo coronas gestant, uerberat, religionem
uiolat. Vnde etiam constat iudicium non
esse impietatis. Neque enim in Bacchum
aliquid esse commissum dicit, sed in ora-
cula.

Lustrare uicos.) Sacrificare ad Mercuriales
statuas. & γυὰς enim uocabant Mer-
curios, per priuationem: eo quod neque
manus neque pedes haberent. γυὰ enim
membra sunt. Vnde Homerus etiam, γυὰ
δ' ἔθικον ἐλαφρὰ πόδας καὶ χεῖρας ὑπόρρων:
hoc est, *Inspirat membris, manibus pedibus que uigorem.*

Et hymnos quos Deo canitis.) Consecratis uos
metipfos Deo: uel, ad canendos hymnos
uosmetipfos paratis.

Quae in singulis oraculis proferuntur.) Recens
enim ingressis & declaratis dijs, utrum sa-
cra facienda essent, oraculum consulebant.
& cum significatum esset, sacra facienda es-
sent nec ne: omnino adijciebant choros du-
cendos.

Lustrandos uicos.) nidore & uictimis com-
plendos uicos. Alij & γυὰς uocant statuas
Mercuriales.

Quod igitur ex his uobis in mentem uenit.) Post-
quam recitauit oracula, in quibus scriptum
fuit, sacra facienda esse Herculi depulsi
malorum, & uicos lustrandos, ea que ad
praesens pertinere iudicium non uideban-
tur: propterea dixit, non omnia quae scri-
pta sunt in oraculis, esse animaduertenda:
sed id cogitandum, quod omnibus inscri-
ptum sit: hoc est, coetus ducendos, & coro-
nas gestandas. Haec enim proprie pertinent
ad praesentem causam.

At epinicionum.) Obiectionem soluit, non
propter oracula, sed propter suam uicto-
riam, redimitum fuisse corona. At hic ait,
uictorem causa uictoriae coronari: qui ue-
ro ante certamen coronetur, eum esse ex o-
raculis coronatum.

Enim uero scitis illud.) Absoluit locum a ma-
iori, quo ostendit prope ad impietatem ac-
cedere facinus Midiae, & subiungit argu-
mentum a minori, id est tractat a personis et
hospitem & ignominiosorum. Cum enim
neque hospitem neque ignominiosum tra-
ctare in festo contumeliose liceat: non ne
multo magis is parcendum est, quorum est
integra dignitas? Posuit autem exemplum
hospitem, quod legitimi uice est. Duae sunt
enim leges, in quibus uersatur: una, non li-
cere certare hospiti: altera, si choragus in cer-
tamine hospitem ad praetorem citarit, ut, si
iudicio facto hospitem esse constet, ei ciat-
tur, drachmas * det: Sin eum iusserit * di-
gressum in turba considerare ut hospitem, ut
mille det,

Non

Not
Simpli
theatro
ter auell
sedere
Nec
Cum er
quocq
Neg
talle pre
ram leg
licet aute
ctum er
sus effe
dus. For
a loco &
Chorag
senate
mentis. I
xat hospi
grinunli
affect m
& ciubu
Quor
bus forte
sunt mal
diti.
Age uer
nori, ab i
est, quam
Prima
memorat
sa ita poss
mouet, n
Neg
necesse er
reuerando
probrand
Est Sen
nimirum
docens. T
etiam con
li non ob
nia notatu
non milit
Et mal
nae ascribi
Choraga
ut qui se u
posset. Tri
rat, ueniar
Veru
multa uoc
randam.

Non dedistis simpliciter.) Licet enim, sed non simpliciter, neq; temerè, neq; ubiq; neq; in theatro, sed foris sedere: * uelut est, uiolenter auellet à cœtu, sed spectare & cum alijs federe coget.

Ne coronatum.) usum exempli ostendit. Cum enim generaliter dixerit coronatum, suã quoq; personam subiecit.

Neq; qui ex lege prouocauit.) Atqui lex fortasse prouocare uetabat. Recitat igitur alteram legem, quæ hospitem certare uetat. Calidè autem hoc dixit. Neque enim interdictum erat ubiuis, sed ubi quis semel ingressus esset in theatrum, non iam erat citandus. Foris autem licebat. Cauillatio igitur à loco & tempore sumitur.

Chorago autem.) Adiecit exemplo consentaneam amplificationem, cum additamentis. Leges, inquit, sic explorari duntaxat hospitem, uetuerunt. At iste non peregrinum ludionem, sed choragum uerberibus affecit manifestè, præsentibus & hospitibus. & ciuibus.

Quorum ea quouis tempore est autoritas.) Quibus forte obtigit iudicandi munus. Hi enim sunt multæ infligendæ potestate præditi.

Age uerò per deos.) Aliud exemplum à minori, ab ignominiosis: quod multo minus est, quàm illud de hospitibus.

Petam autem à uobis ueniam.) Quoniam commemoraturus est ignominiosos ciues, causa ita postulante: absurditatem in primis remouet, ne eis insultare uideatur.

Neq; enim, deos testor, exprobrare.) Quoniam necesse erat meminisse calamitatum: ideo iurando conciliauit sibi auditores, ne exprobrandi causa dicere uideretur.

Est Sannio quidam qui Tragicos docet cœtus.) nimirum numerosè & aptis modis canere docens. Tragicos autè, ait, quoniam æquè etiam comici sunt.

Is non obita militiæ est peractus reus.) Ignominia notatus est, ut qui, cum esset militandū, non militarit.

Et mala fortuna.) Humaniter culpam fortunæ ascribit, mores crimine liberans.

Choragus ex æmulatione.) uictoriæ appetēs, ut qui se uinci & inferiorem esse ferre non posset. Tribuit enim ei etiam qui conduxerat, ueniam.

Veriti sunt, siuerunt, nemo attigit.) Eiusdem rei multa uocabula, ad mansuetudinem declarandam.

Aegrè ferebant choragi aduersarij.) Dicentes uiolari leges, institutum ciuitatis abrogari, iam ignominiosos uti iure ciuium.

Tanta est uestra religionis obseruantia.) Sic unusquisque, festi uerecundia, tanta fuit animi facilitate, tantum abest ut choragum quisquã attingat. * Sic scriptura habet. pendet enim à superiore: Nemo inimicum prohibuit, quanto minus choragum?

Alius est Aristides.) Et hoc est à minori. Cum enim pluribus exemplis destituimur, non recusandum est, ea ex iisdem sepe locis petere.

Qui cum in similem quandam & ipse calamitatem incidisset.) desertæ militiæ damnatus. Rursus institutū suum ut teneat, calamitosus inquit, non iniuriosus.

Et minus celebris ludio.) minus agilis, ob ingrauescentem ætatem.

Sed fuit aliquando dux tribus.) Chori magistrū dicit. Saltatores enim è qualibet tribu legabantur, sed saltatorum duntaxat erat magister. Alij dicunt, reliquum chorum diuersum fuisse, & ex alijs tribubus collectum, sed ducem ac principem & maiorem, è sua fuisse tribu.

Nemo unquam uidit.) Nam repulso chori magistro, aduersarium choragum prærogatiuam habiturum fuisse constat. Nam æmulus chorus dissolutus esset.

Quia enim ipsum oportebat.) Iubebat enim lex peregrinos citare ad prætorem: ignominiosos manu prehenso educere è scena.

Quomodo, si quis peregrinum.) Neq; enim licebat peregrinū aliter educere, nisi citatus esset ad prætorem.

Id audere facinus.) Vide ut homicidarum nomen contumeliosis accommodarit, eaq; ratione peccatum penè par fecerit, si quis chori magistrum eiiciat.

Eorum qui sepe insumpserunt.) Videtur in uniuersum loqui de choragis. sed hoc maxime significat, se in ædilitate omnia sua erogasse.

Et præuidere uestras uoluntates.) Vos tamen si iustum sit, tamen non facere propter pietatem. Nolebat enim populus illum excitari tumultum in festo. Ob eam igitur rem, tamen si quis, lege uetante, certabat, non concedebant eum educi, sed tum certare, post in iudicium adduci iubebant.

Cum autem multi.) Absoluto etiam loco à maiori, transiit ad eum qui est à

contrario. Is uero est huiusmodi. Iphicrates & Chabrias, cum inimici essent, ille Philostrati, hic Dioclis, nihil tale fecerunt: non uestes interuerterunt, non coronas perdidērunt, non quicquam aliud. At Midias contraria his fecit. Quare etiam aliter cum eo agendum est, quam cum illis. Quod si laudanda est illorum æquitas, istius odio digna est audacia. Sciendum autem est, eum locum à maiore posuisse priorem, quia recens dicere desierat, supplicio, non uenia dignum esse Midiam: & necesse fuit uti maiore, ad id quo mouendi erant iudices ad iracundiam. Secundo loco, minore (sequuntur enim se inuicem hi loci, & uter prior adductus fuerit, alterum sequi necesse est.) Tertio, à contrario, eo qui est à pari, præterito. Quia locus à contrario, concitabat auditores, ut priores. At locus à pari, cum suauem quandam habeat increpationem, fuisset hebetior. Id uero multum abest à uehementia. Eum igitur non ab re posuit prope magnitudinem, ut loci hebetudine amplificatione à magnitudine sumpta, magis acueret, aut etiam lenitatem eius per uehementes locos tum relationis tum quantitatis obumbraret.

Tisiam Iphicratis fratrem.) Ecce cum fortuna etiam causam suppeditasset. Potuisset enim propter fratrem insultare, sed non ausus fuit id facere.

Cum autem tantum sibi tribueret.) Primum enim eisdem honores consecutus est Iphicrates, quos Harmodius & Aristogiton. Cononis enim primum ærea statua posita fuit, qui honos ei ex lege est habitus. Sed Iphicrates alios etiam honores illis decretos est assecutus. Ad eum ut quidam è posteris Harmodij diem dixerit Iphicrati, tanquam illa dona præter dignitatem assecuto. Et extat oratio Lysiana, quæ ad Iphicratem referri, cuius inscriptio est, De suis præmijs: in qua cum eius ignobilitas incessita esset ab accusatore, Meum, inquit, genus à me nobilitari coeptum est: tuæ familiæ gloria in te desijt. Erat enim Iphicrates à futurius oriundus, & tali occasione factus est illustris. Cum nauali bello miles esset, è sua in hostilem nauem desiluit, et hostium ducem manibus complexus, in suam triridem transfudit. Ob hoc illustre facinus laudatus est, & imperator creatus: & plus reip. profuit, quam omnes illius temporis duces.

Non inuadebat aurificum ædes.) Duas res co-

dem fecit tempore. Nam & per inficiationem argumentatur, id quod proprium est argumentis à contrario: & hæc eum dixit non fecisse, quæ sit à Midia perpeffus. Hoc enim proprium est Demosthenis, ut cum eadem sæpe dicat, fastidium uarietate tractationis & figurarum uitet.

Sustinebat.) Tolerantiã indicat, eum, quam cum dolore, tamen tulisse.

Rursus Philostratum.) Alterum à contrario exemplum. Nam & Chabrias cum nonnullos haberet inimicos, nihil Midia simile fecit.

Oropi causam.) Chabrias persuaserat Atheniensibus ut opem ferrent Thebanis periclitantibus: qui postea conseruati, eis eripuerunt Oropum oppidum in confinio situm. Suspicio igitur fuit de duce, ut eius rei conscio, ac proinde prodicionis est accusatus.

Capitis.) Vel, de capite: ut præpositio de referat & ad Oropum, & ad caput: aut per defectum, cum de Oropo causam diceret: quæ causæ dictio fuit ei morte acerbior. Ne quis obijciat & dicat, lenitatem accusatoris fecisse ut contemneret periculum.

Et omnium accusatorum acerrimum.) Nam cum alij pecuniariam multam irrogarent, solus ille capite litem ei aestimauit.

Proh Iupiter.) In immensis malis diuinam opem implorabant, ut malorum depultricem.

Nam si cuiq; chorago.) Absoluto etiam loco à contrario, epilogica digressione utitur, summum caput complectente: Neminem sua uoluntate fore choragum, si ita sit tractandus ab inimicis. Est autem ei familiare, absoluto aliquo capite concludere.

Qui ultro unam drachmam.) Quia ædilitas necessarium munus erat, propterea dixit: eos qui ultro largiri uolent, deterrebitis.

Atqui omnibus uobis.) Iam ad locum à pari transire uult.

Mihi uero siue quis Atheniensis.) Hoc lenè est. Laudat enim suam liberalitatem: & ut auget impensas, semetipse insaniam accusauit, & uniuersali sententiæ fidem fecit: omnia quæ supra uires fiant, esse insaniam. Ne uero prorsus impudentiæ is sumptus esse uideretur, liberalitatem adiecit: & ostendit, se ob liberalitatem parum abfuisse ab insaniam.

Vt non sacra uestes.) His adiectionibus priuata publica facit.

Quod si quis uestrum Atheniensis.) Absoluto toto loco relationis, transit ad magnitudinem, quæ & ipsa facti exaggerationem continet: sed alia ratione, quam ea quæ cum alio quo

Cicero: Ego meis maioribus uirtute mea præluxi, ut si prius noti non fuerint, à me accipiant initium memorie sue: Tu tuis uita quam turpiter egisti, magis offudisti te nebras, ut etiam si fuerint egregy ciues, ceridue

quo con
xit, uidet
crimen,
ad aliquo
tro & celi
in uniuers
trocem re
publicur
& in rela
nem: in m
iora. Nar
& suum a
deceat, illi
me autem
modo aug
ille defini
ea quæ inc
Ad hæc in
ca, secund
iunctioner
Nunc igitu
iecit magni
& priuata i
magnitudi
huit, id que
tibus enim
obtinere so
neat. Perc
sed in defin
turam defin
in quibus r
generationib
cū accusato
ad minor
magnitudi
tinet, capite
ter in ea mi
cum de mu
iudicibus, l
& accusato
iectionis hi
eam Midia
sus es. Neq
cōtracta m
tanum tibi
exaggeras.
igitur & ha
illud dici pe
lere. Talis a
ctum dimir
erand. Nihil
primum ob
lumpfit, ut e
nouis esse re

quo conferuntur. In illo enim publicum auxit, uidelicet ædilis personam: hic priuatū crimen, plagas exaggerat. Ac locus quidē ad aliquid, ea examinat, quæ in ipso theatro & celebritate facta sunt. At magnitudo in uniuersum de contumelia uerba facit: atrocem rem esse contumeliam. Quare illic publicum, hic priuatum crimē exquiritur, & in relatione passim adhibet amplificationem: in magnitudine, quædam etiam mi-
 10 aora. Nam & Mediæ audaciam exaggerat, & suum animum extenuat, ut minus quàm deceat, illis facinoribus commotum. Maxime autem proprium est magnitudinis, non modò augere, sed etiam extenuare quædā. illic definite tractauit locos, hic simpliciter ea quæ incidunt, adhibet ad amplificandū. Ad hæc in tota oratione prima ponit publica, secundo loco priuata, ut ob illorum ad-
 20 iunctionem hæc quoq; publica uideantur. Nunc igitur etiam meritò secundo loco adiecit magnitudinem post relationem. Nam & priuata in ea est complexus. Ipsam autē magnitudinem per contradictionem adhibuit, id quod in sola fit definitione. * In statibus enim magnitudo perorationis locum obtinere solet, cum amplificationem conti-
 neat. Perorationū autem est amplificatio. sed in definitione capitis uim habet, ob naturam definitionis. In definitionibus enim,
 30 in quibus res maximè confessa est, in exaggerationib. uersatur tota capitum quæstio, cū accusator id quod maius est asciscat, reus ad minora declinet. Quare nihil uetat, etiā magnitudinem, quæ amplificationem continet, capitum habere tractationem, cum al-
 ter in ea minuat, alter augeat. Obiectionē, cum de multa uerba fiant, iurē sumpsit à iudicibus. Est autem æstimatio litis, iudicū & accusatoris: sed & pro more suo uim ob-
 40 iectionis hic quoq; immutauit. Nam sic eam Mediæ produxisset: Nihil graue passus es. Neq; enim pede es mutilatus, neque cōfractæ manus sunt, neq; quicquam aliud tantum tibi accidit. Quo pacto igitur rem exaggeras, & capitis æstimas? Videamus igitur & hanc obiectionem. Neque enim illud dici potest, me nunc rem uerbis attol-
 50 lere. Talis autem erat obiectio Mediana, factum diminuens: Peritus est, humilia oratione excitandi. Nihil enim acerbi ex hac re usu uenit. At hic primum obiectionis ingressum à iudicibus sumpsit, ut ostenderet, Mediæ nihil excusationis esse reliquum, & iudices de multa

dubitare. Ex his igitur constat, magnitudinem uenire in quæstionē. Nam de magnitudine multæ quæritur.

Neq; enim iustum est.) Nihil, inquit, graue accidit, neq; cædes, neque mutilatio, propter moderationem meam, non propter Mediā. Nam is quidem quæ potuit, fecit omnia. Ego uero qui eum ulcisci nolui, in causa sui ne quid intolerabile fieret.

Neq; enim hoc dici potest.) Hæc ab initio fuit obiectio Mediæ: Verbis facta exaggeras, cum graue nihil acciderit. At hic eam initio ponere ueritus est, sed refutationibus & confirmationibus auditorē anteoccupauit: Ob meam, inquit, moderationem graue nihil accidit, ac tum demū aperte posuit, illas obiectiones nihil prodesse Mediæ: cum sit iudicibus ostensum, non per illum, sed per reum stetit se, quo minus atrox aliquod facinus com-
 20 mitteretur.

Sed sciunt omnes.) Primum ponit probationes ab exemplis sumptas, quæ probabiliōres sunt auditoribus, non tamen in illis * à maiori, aut à minore ductas esse licet dicere, ut in relatione. Nihil enim in eis apparet eiusmodi.

Quidam robustus, niger.) Per multa signa memoriam renouat. addit & contumeliæ significationem: Pancratiasta, inquit, uapulando exercitatus, & sciens ferre plagas, uerbera non tulit. Contumelia enim iram, non dolor cōcitauit. Cum autem uerba sint ambigua: Euthynus est autor iniuriæ, interfecto Sophilus.

In congressu quodam & colloquio.) Quadruplex est quantitatis tractatio. Nam & aliorum facta extenuat, qui leuiter iritati, graui-
 ter tamen uindictarint: & sua amplificat, se grauius iritatum, omni abstinuisset uindi-
 cta. & rursus exaggerat Mediæ audaciam, & suum animum extenuat, ut minus com-
 motum quàm oporteret. quare moderati-
 onis sibi laudem conciliat. Ac primum eorum qui læsi sunt, extenuat iniuriā: Sophilus & Euæmon priuatim uerberati, & coram amicis, & in cœna, et eo in loco, quò ire nefas eis erat, tamen sic exarserunt, ut etiam occiderent contumeliosos: ego uero in theatro, in conspectu Græcorum omnium, & quò ire omnino cogebat, uapulaui, sed tamen non uindictaui. In his igitur auxit ea quæ ipse passus erat.

Norunt Euæmonem multi.) Reprehēdunt hoc ut obscure dictum, Non enim constare dicunt,

dicunt, uter sit is qui uerberarit, aut qui sit occisus. Et utrum Bœotus sit homicida, an Euæmon. Obscuritatis autem causa est figura elocutionis eadem. Omnia enim nomina sunt accusatiuo casu pronunciata.

Neq; plagæ ingenuis.) Ostendit se uniuersale & generale augere: in uniuersali tamē nihilominus significat, se suum quoq; agere negocium.

Per contumeliam.) Hoc benè est adiectum.

Multa enim faciat is qui uerberat.) Efficitio utitur, quæ efficitio maximè propria est magnitudinis. Quoniam enim sub oculos res subiicit: maiorem efficit amplificationem, estq; cognata maximè & ecphrasi & enarrationi. His omnibus enim rerum gestarū expositio continetur. Sed διήγημα simplicè & nudam habet expositionē. διατύπωσις autem prorsus in exaggeratione & euidencia sita est. Item διήγημα ordine procedit, & conjunctionibus unitur. διατύπωσις incisus constat, & soluta est, mutatione figurarum procedens.

Cum ut insultans.) Hæc adijcit propter præceptores & magistrōs, qui non ex odio, sed monendi causa uerberant.

Cum pugnos.) Quæ perpeffus est ipse, ea uniuersaliter profert, ne semetipsum aperte afficiat ignominia. Sic etiam in oratione de Corona, Si me talem esse scitis, per indicationem solam refutauit maledicta.

Cum ὠδὴ νόσφης.) Id est, in capite, hoc est, νόσφης: ut μυρρίνη & μυρσίνη, id est myrtus.

Hæc ἐξίσκοιυ homines.) Ut extra se rapiantur & insaniant, efficiunt. Addit & causam, quam non assuetos. Quod enim inexpectatum est & insolitum, turbat homines.

Quanto magis irasci me decuerit.) In hoc, & suam iracundiam, & aliorum iniurias extenuat, & contumeliam sibi factam exaggerat.

Nam is quidem à familiari.) Discrimini adiungit amplificationem.

Eoq; ebrio.) Posuit enim, fuisse conuiuium.

Quò ei uenire non licebat.) Hoc propter se, et publici muneris obeundi necessitatem dixit. Nam si quid molestiæ metuisset, cauere potuisset, & non ire ad cœnam. Mihi uerò idem non licebat, ut differrem, cum choragus essem.

Ac me quidem sobriè, ac potius feliciter.) Nam si malè tractatus, modestiam retinuit, & non

cōcitatus est, admirationē meretur. Quod si se grauissima passum, fuisse iratum negasset, id fuisset absurdum. Quare adiecit, ac potius feliciter, ut non prudentiæ duntaxat, sed felicitatis etiam uideatur illa iracundiæ moderatio. Nam parua consilio effugimus.

Quæ uerò humanam naturam excedunt, eorum prosper euentus felicitatis est.

Et multi eorum qui tum ius dixerunt.) Ne ipse uideatur id ob surum malum dicere.

Vno duntaxat damnatum esse calculo.) scilicet qui absolutorios superaret. Quod genus est, si triginta contra eum, & totidem pro eo suffragia lata essent, damnatoriæ ab alioris exclusæ essent. Sin undetriginta essent absolutoriæ, damnatorijs una pauciores: damnabatur & pœnas dabat.

Sine lamentatione.) Lacrymis enim salutem ferè potuisset emere, & post deprecationē uictor abire.

Sic igitur ponamus.) Inquiri in animos eorū qui ius dixerunt.

Sed quò ad eum modum.) Vliscēdam fuisse iniuriam: sed id reprehendendū, quò modum legitimæ defensionis excellerit.

Etiam hoc immodicum.) Iudices qui absoluerunt, hominem contumeliosum etiam illa magna indignatione dignum putarunt. Cū enim hominis ingenui corpus probris affecisset, etiam occidi merebatur. Apparet autem, amplificationem hanc à magnitudine esse sumptam.

Quid igitur me facere decuit, cum quo tam iniquè actum fuit?) Ad id redit quò initiò est in obiectione positū, Nihil atrox est commissum, cur igitur me capitis damnatis? & concludit magnitudinē: Mea cura nihil atrox est commissum. proinde uos meam uicem uindicare debetis.

Et exemplo fuisse omnibus.) Pro more iterum epilogica digressionem utitur. Hoc enim factitat, cū uno capite absoluto, ad aliud transiturus est.

Arbitror autem quosdam uestrum.) Confirmationem, & omnia controuersiæ capita absoluit. Nunc ad egressionē accedit. Est autem egressio, oratio quæ, cum ad causam non pertineat, causæ tamen aliquid fert ad iumentum. Commemorabit igitur ueteres inimicitias: quæ cōstitutio causæ fuit. Cum autem ea res causam priuatā faceret, ideo eam principiò ponere noluit: & nūc adfert, postquam ostensum est, causam esse publicam. Ut enim in singulis capitibus, publica primū protulit,

protulit
factis ini
sto perpe
cundo lo
rent, priu
tem pote
tinent,
sint, an
tes: Rel
dam inte
habere n
trouerit
rationi. C
nem atit
morant, a
enim nos
possi crim
nem tantu
obrem eg
etiam loc
Sita enim
orationem
causis est u
que in fest
elle omni
aiat (nam
multatem
tum ad d
auditores.
suntur, qu
etiam alie
tem autem
se petijt ab
rem, ut si
non ipse ul
cibus coact
nis prolixit
tione nasca
qui coeger
non affirm
tate, per u
uum. Capere
sione uti uic
τῶν ἀδελφῶν
Tam impro
tionem iud
dire, que ad
uideantur.
Magis mi
nisset. Midia
esset iniurijs
nem tempu
indicaturum
bant,

protulit: sic etiam in totis inimicitijs, & sibi factis iniurijs, primùm protulit ea quæ in festo perpeſſus erat: quæ alijs temporibus, ſecundo loco, ut publica principatum obtinerent, priuata agmen clauderent. Quærit autem poteſt, an talia quæ ad cauſam non pertinent, cum confirmatione coniungenda ſint, an potius perorationis uocanda partes? Reſpondendum eſt, ea mediã quamdam inter cõfirmationem & perorationem habere naturam. Quatenus enim ipſa controuerſia poſita non ſunt, affiniã ſunt perorationi. Quatenus autem in demonſtrationem attingunt, & alia rei facinora commemorant, adſcribuntur confirmationi. Hæc enim nos iuuant ad fidem faciendam propoſiti criminis. At peroratio exaggerationem tantum habet rei propoſitæ. Quamobrem egreſſio, ut mediæ nature, medium etiam locum obtinuit apud oratorem. Sita enim eſt inter confirmationem & perorationem. Egreſſione autem duabus de cauſis eſt uſus: tum ut oſtenderet, ea etiam quæ in feſto commiſſa ſunt, ex inſidijs facta eſſe omnia, & non ex iracundia, ut Midias aiat (nam ſi uetus inimicus fuit, eum ob ſimilitudinem ultrò inſidiatum eſſe conſtat) tum ut ad maiorem iracundiam concitaret auditores. Nam ſi præſentibus iniurijs irafſcuntur, quanto magis id fieri debebit, cum etiam alia priores proferentur? Neceſſitatem autem narrationis perquam artiſtice petijt ab ipſis iudicibus, tum ob ipſam rem, ut ſi priuata quædam commemoret, non ipſe ultrò facere uideatur, ſed à iudicibus coactus. Deinde propter egreſſionis prolixitatem: ut ſi qua moleſtia ex oratione naſcatur, eam ſibi metiſſis imputent, qui coegerint, non oratori. Ciuilitate autem non affirmat, ſed conijcit de eorum uoluntate, per uerbum *Arbitror*. Eſt & illud feſtiuum, *Cupere audire*, ut in illorum gratiã egreſſione uti uideatur, ſiue narratione, quam & *ἡ ἀρχὴ τῆς ἡμετέρας* nominamus.

Tam improbè & uiolenter.) Etiam confirmationem iudicibus attribuit, ut haud ab re aut dire, quæ ad cauſam propriè non pertinent, uideantur.

Magna iniuria laceſſitus.) Neq; enim ita inſanſiſſet Midias, niſi prius maioribus affectus eſſet iniurijs. Continet autem delectationem tempus. Pollicetur enim ſe paucis indicaturum, quæ illi prolixa fore putabant.

Cum iudicium adeptus ſum.) Abſoluto exordio, ad ipſam narrationem accedit, & ait, Cum iudicium adeptus ſum: atque in his magnam & ſuam æquitatem, & Midias crudelitatem oſtendit, cum ipſe ob facilitatem ſuam in periculo fuerit amittendi patrimoni: Midias autem circa iudicij tempus calamitoſum inuaſerit.

Adoleſcentulus admodum.) Particula *admodum* ſignificationem habet, eum nullam ſimilitatis occaſionem præbere potuiſſe, aut iniuriæ, qui ea eſſet ætate. Imminuit autem ætatem ſuam, propter utilitatem, ut obiectionem remoueret: Quid uerò ſi tu cauſam inimicitijs præbuiſti audacia tua? Ipſe uerò id abſurdum eſſe oſtendit, diminuenda & extenuanda ætate. Ego, inquit, adoleſcentulus admodum fui. Eius autem ætatis non eſt laceſſere ſeniores.

Atq; iſtum nec an natus eſſet.) Simplicem, & non curioſum ſe fuiſſe per ætatem oſtendit. Talis igitur quomodo eſſet audax?

Atq; utinã neq; nunc noſſem.) Ex eius enim noticia damnum ortum eſt. Habent hæc uerba iræ & moleſtiæ ſignificationem.

Cum eo tempore in ius ueniendum eſſet.) Et hoc ſimpliciter. Cauſam enim tanquam perſonam fecit, uerbo *εἰσὶν ὄντων* uſus, hoc eſt, ingredi: & conſultò ſibi factam iniuriam oſtendit. Captauit enim, inquit, id tempus, quo in ius uocaram tutores: ut impedimento mihi eſſet, quo minus liceret uenire in iudicium.

Ad diem circiter quartum.) ante quatuor aut quinque dies. Oſtendit autem improbitatem Midias, qui omiſſo reliquo tempore, tunc potiſſimum ſit aggreſſus, ut Demotheſes patrimonio ſuo priuaretur.

Inſiluerunt.) Hoc uerbo uim & audaciam eorum oſtendit.

Et erat qui permutaret Thraſylochus.) Lex erat apud Athenienſes, ſi quis designatus trierarchus, alium ſe ditioſiorem oſtendiſſet, ut ipſe uacaret. Quòd ſi ille trierarchiam obire recuſaret, ut cum altero ſuas opes permutaret, atque is triremi præeſſet. Id Thraſymachus tum à Demotheſene petebat, ſi trierarchiam ſuſcipere nolle, ut ſuas opes ſecum permutaret, & ipſe eius opes reciperet.

Facta autem erant omnia.) Ne quis diceret, Cur à fratre eius læſus, Midiam accuſas?

Ac primùm diffiderunt fores.) Expugnationem de-

nem describit. Consentaneum enim erat, eos quasdam ianuas aperire, ut cognoscerent ea quæ inerant, digna ne essent permutatione. At hic, diffiderunt, inquit, fores, quare insiluerunt.

Vi quæ suæ iam essent nomine permutationis.) Nam aliena habere pro suis, id legibus est contrarium: & diffindere fores, priusquam Demosthenes permutationem acciperet, id quoque absurdum est.

Quæ puella erat uirguncula.) Illud ad teneram ætatem: hoc ad uerecundiam pertinet, ut quæ intueri eos præ pudore non auderet.

Turpia loquebantur.) Solita arte nunc etiam contumelias reticuit, ne suum genus dehonestare uideatur.

Neque enim ego adduci queam.) Solet Demosthenes in turpibus reb. modestus esse uerbis, tum ne ipse contumelia se afficiat, tum ne ijs rebus non uerecundari uideatur.

Iudicia tanquam sua, eis remittebāt.) Ea fortasse de causa, quod, si opibus potirentur, polliciti sunt se illos iudicio liberaturos, ut eorum beneuolentiam sibi conciliarent. Atque hic etiam eandem iniquitatem ostendit, si cum tutoribus, tanquam de suis reb. transegerunt.

Destitutus.) auxilio nimirum & amicis. Nondum enim conueniebat ætati meæ, cum alijs me coniungere.

Non quanta recuperare potui.) * ἀλακομισα δευ pro ἀλαβῆλας & ἀπολαβῆλας, de ijs quæ illi à patre acceperunt. Sensus autem talis est: Atque ego qui talia paterer, ac expectarem, me recepturum à tutorib. omnia quæ pater meus reliquerat, sed non ea quæ accepi pauca post iudicium: dedi eis ut multa recepturus. Nam si rescissem, me non omnia recuperaturum, celsissem eis tenui re familiarī. Ostendit autem grauitatem & molestiam eorum. Non enim ait, suscepi munus publicum, sed do illis, pecunia redimo cōtumelias: insidias mercatus sum largitione. Ostendit etiam calliditatem & malitiam Midias. Cum enim tres contributi ad trierarchiam deligerentur, & ad minas uicenas conferrent, Thrasylochus ipse tertius delectus, à me postulauit uiginti minas. Ita factum est, ut neque sumptus ullos faceret, neque rem familiarem permutaret, sed totas impensas Demosthenes sustineret.

Quanti trierarchiam locarant.) Talentum à contributis trierarchi exigebant, eoque acce-

pto, qui uolebat, ipse annum triremi præerat, nihil amplius negocij faciens contributis. Trierarchiæ autem munus non unius anni erat, sed per totam uitam durabat. Itaque ditissimi semper triremibus præerant, & trierarchorum multi domi manentes, alios suo loco ablegabant: & quidam acceptis impensis, munus illud subibant.

Videte igitur insultationem. Demosthene contribuente, Midias, qui triremi præesse uidebatur, delicias faciebat. Conscendena uem, clamabant. Ecce pecuniam præbeo: neque paulisper morare, inquit. Eum enim adhuc quero, qui conducat.

Post accusationem autem actione in istum instituta.) Ob maledicta in matrem, & me, & sororem.

Damnaui absentem.) δῆμιον iudicij nomen est: neque enim se sistebat. In eos igitur hoc dicitur, qui parere nolunt, sed iudicium detrectant. Iubebat enim lex, quibus iudicij dicta esset dies, si ad statum diem præstò non essent, indicta causa damnari. In eos autem legibus mille drachmarum poena statuta erat.

Nihil attigi.) Vbique suam æquitatem prædicat, ne ipse inimicitiarum sparsisse semina uideatur. Ecce enim, cum lex largiatur, si quis ultra præfinitum tempus distulerit, iudiciumque non soluerit, licere inuadere eius possessiones, nihil tale feci.

Sed actione unde ui instituta.) Eo enim non redente debitum, actionem unde ui in eum institui, conquerens eum rebus iudicatis non acquiescere. ἐξέλας autem, iudicij genus erat siue de prædio, siue re familiarī, qua eum eijcio portebat, qui mille illis drachmis multatus esset. Sed possessionem eam oportebat esse precij mille drachmarum, & erat duplex poena ἐξέλας. Nam & mille drachmas redigebat is qui principio uicerat, & præter eas uicto iudices etiam multam infligebant, propterea quod legibus & arbitris non paruisset, & iudicatum non soluisset. Id uero quod postea iudices irrogabant, fiebat publicum.

Ac ego quidem ita uerecundè.) Iubebant leges pignora capere. Cur igitur leges non sum secutus, & nihil attigi? Quia non licebat ei qui unde ui egerat, suo arbitratu pignora capere, priusquam iudicium cognouisset.

Sed et in tribules.) Commonefacit eos interim publici criminis: ne, dum priuata audiunt,

277
diunt, e
comm
Voz
mari, &
diffidit
se, cum
Qua
tro fact
Quo
tone, D
unimer
ton ob n
fieri pot
dinem.
que stat
Conatur
fendere,
Acne St
is accusa
cupando
De eod
Midias,
latam in
cere?
Homo p
nam in p
ant Mid
Pauper.
sunt.
Et non c
ocium, u
ueret.
Alioqui
na in forte
Laudauit
per remon
Sed om
cem nunc
tonem sal
Quod m
sam affer
naturum est
tendit. C
negociat
tis facis?
Perijt.
orator, de
ablit.
Cunten
to ingruu
cum non i
Dilectio
randum e

diunt, eius obliuiscantur. Tribules enim
communitatis iudicium sunt.

Voca mihi horum testes.) Eum & mihi, &
matri, & forori fecisse contumeliam: eum
diffidisse fores: eos uiginti minas accepisse,
cum ipsi nihil impenderint.

Qualia audiuiſtis.) ea nimirum quæ in thea-
tro facta sunt.

Quod igitur fecit.) Tota illa pars de Stra-
tone, Demostheni parum firma est, & ferè
unimembris. Damnatus enim fuit Stra-
ton ob male pronunciatum arbitrium: ac
fieri potest, ut ea de causa sit coactus in or-
dinem. atque omnino similis uidetur ijs
quæ statum non faciunt, ut antè diximus.
Conatur igitur orator etiam Stratonem de-
fendere, & ostendere arbitrium esse ratum.
Ac ne Stratonè calumniatur Midias, quæ
is accusando dicere potuisset, ea hic præoc-
cupando probat.

De eo dico quod uici.) Proinde uictus est
Midias, & damnatus. Quomodo igitur
latam in se sententiam, irritam conatur fa-
cere?

Homo pauper ille quidem.) Necessariò perso-
nam in primis commendat, ne locum habe-
ant Midianæ calumniæ.

Pauper.) Manifesta enim neganda non
sunt.

Et non curiosus.) Cum negotio coniunxit
ocium, ut contrariam opinionem amo-
ueret.

Alioqui non malus.) Fortuna non est bo-
na infortunatis, sed non malis moribus.
Laudauit autem alia per positionem, alia
per remotionem, uitandæ causa fastidij.

Sed omnino bonus.) Modestum & simpli-
cem nunc laudare uidetur, ut ostendat Stra-
tonem fallacijs à Midia circumuentum.

Quod miserum non rectè.) Cum aliam cau-
sam afferret Midias, ob improbitatem dam-
natum esse Stratonem, aliam orator præ-
tendit. Quid confundis, inquit, Midia,
negocia? cur æquitatem causam calamita-
tis facis?

Perijt.) Hoc uerbo libenter uti solet
orator, de ignominia: quòd à nece parum
absit.

Cum tandem status esset dies.) Ne is, si subi-
tò ingruisset, ueniam Midia conciliaret, s
eum non iniuria ignorasse.

Dilationes & exceptiones.) ὑπαικοσία iusiur-
randum est, ad impetrandam iudicij dila-

tionem pertinens, si quis excuset aut mor-
bum, aut mortem domesticorum, aut de-
nique aliquod infortunium. παραγραφή a-
lia excludendi iudicij causa est, uel tempus
excipiens, uel personam. Aliter in idem.
Oportebat eum qui accusaturus erat, in-
terrogari, an omnia haberet parata ad iu-
dicium. Qui si affirmaret, iusiurandum
ab eo exigebatur, de perse quenda actione.
Is igitur qui iurarat, introducebatur. Quod
si tempus aliquod postulasset, ad delibe-
randum, * manebat accusatio: quæ res ὑ-
παικοσία uocabatur. Præterierat igitur, in-
quit, dilatio: hoc est, non pendebat accusa-
tio. Iurarat enim, quin & exceptiones
præterierant. Sape enim aduersarij præscri-
bebant, non apud arbitrum dicenda mihi
causa est, sed apud prætorem, aut Sexui-
ros: non tuum est accusare, sed alterius:
non nunc, sed alio tempore: & si qua sunt
huius generis alia. Hæc igitur transferat,
hoc est, si quas habuerat exceptiones Mi-
dias, eas absoluerat. Et palàm constabat,
apud arbitrum causam dicendam. Hæc au-
tem ait orator, ut ostendat, Midia nullam
fuisse causam, quo minus ueniret: atque i-
ta probat, iurè arbitrio Stratonis damna-
tum esse Midiam.

Me precabatur ut differrem.) Non Midias (ne-
que enim aderat) sed Strato, dicens nimi-
rum: Fortasse paulo post ueniet. ne festi-
na, ne ægrè fer: ad refutandam contrariam
opinionem, quam de Stratone ferebat Mi-
dias, eum suum esse hostem. Ostendit igitur
etiam Midia causam egisse Stratonem:
quòd illo morante, se rogarit ut differret,
ac pollicitus sit eum fortasse uenturum.

Deinde ut in posterum diem differrem.) Iam ut
præfinitum etiam tempus transirem, roga-
bat Strato: Dicens, unum diem nihil afferre
posse detrimenti: cras causam esse audien-
dam.

Vt nec ego assentiebar.) Obsessum undique
Stratonem inducit Demosthenes, Midia
nō parente. Perspicuum igitur est, eum in-
uitum fecisse ut condemnaret Midiam.

Cum serum esset.) cum id tempus quo pro-
nunciant arbitri, præterisset.

Condemnauit.) Cum stomacho legèdum.
Cum enim quid faceret non haberet, quò-
que se uerteret: etiam inuitus eum condem-
nauit.

Cum autem iam uespera esset & tenebræ.) Non
s 2 simpliciter

simpliciter uespera, sed & principium noctis. Propter hoc enim tenebras subiicit. Hic autem malitiam Midiae accusat, qui ea hora praesto fuerit, qua & obisse & non obisse uadimonium uideretur: obisse, ut, cum se stitisset, indicta causa damnatus esset: non obisse, ne mecum congressus, aperte uinceretur.

Ac nouemuirorum conclauē.) Vbi conueniunt nouemuiri, ut si quis eorum indigeat, inueniantur. Subscribendum enim erat arbitri sententiae à Nouemuiris. Ibi igitur deprehendit arbitrum iam descendentem. Proinde si in tenebris tum recedebat: perspicuum est, arbitrium sero esse factum.

Vt ego è quodam qui interfuit.) Grauitatem & moderationem suam ostendit: se, cum obtenebrasset, non adfuisse, sed domi uersatum esse.

In eo erat ut persuaderet eis.) Conabatur & instituebat eis persuadere, ut communiter damnatoriam sententiam mutarent in absolutoriam. Hoc enim est, transcribere subscriptionem arbitri.

Qui ut aegre ferebant.) Iustitiam Nouemuirorum ualde celebrat, qui succensuerint Midiae, pecuniam offerenti ad se corrumpeudos. Cum autem illi pauci numero, magnam pecuniam quam accipere liceret, repudiarint: uos ne, quorum tanta multitudo est, paruam accipietis? hoc enim studet efficere.

Et neutris persuaderet.) neque praetori, neque Stratonī. Laudat eorum animos, qui ne audire quidem sustinuerint: & eandem & Sexuiris, & Stratonī auctoritatem tribuit.

Comminatus, dictisq; conuicijs.) id est, nullo conuicij genere praetermissio. Qui autem principibus ciuitatis minitatur, & conuiciatur, quae res capite sancitae sunt: qui chorago pepercisset?

Digressus quid facit?) Miratur inuentionem, percillitur excogitatione. Ideo que dicit, uidete malitiam, ut & ipsi miremini.

Dum arbitri sententiam rescidisset.) Moris erat, ut condemnati absentes, si iniuriam sibi putarent factam, resortirentur apud Nouemuiros: quod est, culpant iudicium, & dicerent, se de integro uelle experiri. Quod qui faciebant, iurabant etiam, se reuera persecuturos actionem. Resortitus

igitur est Midias, & culpauit, non iurauit tamen, qua re in suspicionem adduceret Stratonem, fore ut non persequeretur actionem. Cum enim iurandum esset, si quidem uellet actionem persequi, non iurauit, ut Strato existimans pendere litem, ad eam se non pararet. atque ideo dixit, in rem iudicatam ire sententiam est passus.

Et iniurata relata est.) scilicet ad Nouemuiros.

Passus est ratam contra se fieri.) Argutatur hic: Cum, inquit, non iurarit, ratam etiam contra se fecit arbitri sententiam. At dicat Midias, se, quod non iurarit, pendente fecisse arbitri sententiam: illo autem condemnato à senatu, arbitrium etiam esse abrogatum. At hic ait, eum quod iurare noluerit, ea re confessum esse, recte latum esse arbitrium.

Captato ultimo die.) Erat eis, qui publicum munus administrassent, reddenda ratio actorum suorum: & moris erat, ut certis diebus arbitri in loco aliquo conuenerent, ut quiuis eos accusaret, siue ad gratiam, siue ex odio pronunciaisset, siue lucri causa promptè auscultasse & respondisse eos diceret. Anno autem exeunte, primum ab arbitris auspicabantur. Minora enim erant quae ab eis administrabantur. atque erant arbitri quadraginta: quaterni è singulis tribubus, & * mense Scirophorione (Maio) rationes referebant: qui mensis erat * undecimus apud Athenienses. Midias igitur malitiose postremum diem aucupatus est Maij, quem quidam *ὁ τῶν κῆρῶν*, quidam *νοῦμῶν* esse putant. ac tum uenit: propterea que arbitri quidam non ueniebant ad rationes reddendas, existimantes, exisse mensem: id quod & Stratonī accidit. Ob hoc enim prius eum simplicem, & non curiosum, per occupationem dixit: ut consentaneum uideretur, talem hominem non magno opere curare, neque exactè scire, quae esset *ὁ τῶν κῆρῶν*, quae esset *νοῦμῶν*. Proinde ob simplicitatem & tranquillitatem, cladem, inquit, accepit.

Persuasit praesidenti ut ferret suffragium.) Ne uideatur totum senatū accusare, ad unum praesidem retulit reprehensionem. Quid uerò si is quoque iure fecit? At hic cum persuasisset illi ait, largitionibus corruptum esse innuit. De Prytane autem res ita ha-

ita habe
dicens
haberet
de eo un
uit. Su
rauar.
Vitor
Etioner
hunc. &
igitur Se
significa
alcripsit
tonem de
Ermen
hoc & ac
entes At
quod At
ro Midia
Et in u
scorum e
ignomini
ris notab
& nullius
xx. & x
pitar.
Ac affe
diam et c
nam eum
Neg. de
ris in foro
ne clade
Est igit
ut exagg
seratione
Magno
fictio, tan
Sed null
Mentiris
magna.
Accidit
hoc uidet
noceret, r
causa imp
lit. Haccu
est: ideo
cis. & tan
Sed eode
prudenter
furatione
diem.
Sed null
huller, in
billes m

ita habebat: Calculum dabat senatoribus, dicens, Ille arbitratorum non stitit sese, cum haberet accusatorem. Quid igitur uobis de eo uidetur? sic senatus illum damnauit. Sunt autem principes senatus *πρωταίαι*.

Viatore nullo prorsus ascripto.) Qui enim actionem afferebat, ascribebat: Accuso hunc, & cito hunc per illum in curiam. Ne igitur Strato uiatorem accusaret, ut qui non significasset: propterea uiatorem nullum ascripsit, ut imparatum & incustoditum Stratorem deprehenderet.

Et nunc unus Atheniensium.) Dolenter simul hoc & acerbè dixit, dolenter, ut Athenienses Atheniensis miseresceret: acerbè, quod Atheniensis à supposititio & barbaro Midia, ignominia est notatus.

Et in uniuersum factus est ignominiosus.) Obscurum est *κατάπαξι*, sed res ita se habet: ignominiosorum alij tertia parte corporis notabantur, alij duabus, alij uniuerso, & nullius rei publicae erant participes. *κατάπαξι* igitur, pro, in uniuersum, accipitur.

Ac affectus iniuria ne conqueri quidem.) Inuidiam ei conflat, & his uerbis quasi tyrannum eum facit.

Neque denique uia eadem ambulare.) Si uideris in foro Midiam, fuge. Neque enim à te sine clade uel spectari potest.

Est igitur uobis haec res.) Expolit copiosius, ut exaggerata Midiae desperatione, commiserationem Stratoni conciliet.

Magno nimirum iudicio est damnatus.) Personae fictio, tanquam Midiae causam agentis.

Sed mille drachmarum duntaxat erat iudicium.) Mentiris, quingentorum, non erat multa magna.

Accidit ut iudicatio non soluto.) Obscurum hoc uidetur. Est autem huiusmodi: ut ei noceret, ratum diem occuluit, ea que de causa imprudens iudicatum soluere distulit. Haec uerò, inquit, sententia, uera non est: ideo que haec pars notata est à Criticis, & tanquam incorrecta, praetermissa.

Sed eodem die sensit.) Cum dixisset, se imprudentem esse circumuentum, subiicit refutationem: Eodem die sensit, ratam adesse diem.

Sed nullum esse iudicium, resortiri.) Si nolisset, inquit, soluere mille drachmas, debuisses me de nullo iudicio accusare: hoc

est, rescindere arbitrium, & me autorem negocij accusare. Vocabatur autem iudicium nullum, id quod erat irritum: quod cum prius ratum esse uideretur, eò tandem recidebat, ut nihil esset: & hoc condonauit ei. apparet enim eum instruxisse omnia. Est igitur *μη ὄσα* iudicij nomen, quo aliquis denuò uult experiri, & latam prius contra se sententiam tollit.

Sed ne Midias.) Eius superbiam ostendit.

Non aestimato certaret.) Alia Stratoni defensio. Eum non ipsum statuisse multam, sed eandem lege comprehensam. *ἀτίμητος* enim uocant, quam non iudex aestimat, sed quae scripta est in legibus.

Quod si fecit iniuriam.) Ne dicat, cum insidiae palam essent, se noluisse obire uadimonium.

Multam soluit?) *Eam iure non dedit, dicens, condonatum esse à Stratone. Orator autem uult, ignominia notatum esse arbitrum, non quod malè iudicari, sed quod reus se non stiterit. Nihil igitur uetat & ratum esse arbitrium, & eum dignitatem retinuisse.

Neque χαλκῶν.) obolum.

Sed unde ui sustinet accusari.) Cum Midias condemnationem ratam esse neget, orator surripiens, adhuc uult eum actione unde ui postulari.

Is igitur ignominia notatus est, & obiter perijt.) Quia qui perierunt, non fruuntur, ut alij, uitae bonis. Ignominiosi autem rerum communium usu excludebantur: propterea *παράπλοων*, inquit, hoc est, non est ab similibus ijs qui perierunt: uel pro, statim perijt. Nihil enim habet in uita expetendum.

Voca mihi horum testes.) Eorum quae dicta sunt omnium, sciuisse eum statam diem: obtulisse eum quinquaginta drachmas Nouemuiris.

Etiā arbitratorum recita legem.) Manere debere arbitrum usque ad uesperum. Nonistente autem se reo, ea punire multa, quam lex statuit. Testes igitur citat tum qui dicant, sciuisse Midiam statam diem: tum orasse nouemuiros, ut quinquaginta drachmas acciperent, & iusiurandum exigisse apud nouemuiros, & quae sunt eius generis alia. Legem autem arbitratorum legit, ut ostendat iudicibus, Stratorem legitimam

legitimā indixisse pœnam, & iussu legum damnasse absentem.

Age uoca etiam Stratonem.) Humanus est Demosthenes, & calamitosis data occasione patrocinari studet, ut & pro Timarcho multa uerba fecit in oratione contra Aeschinē, & nunc pro Stratone. Quoniam uterque uidebatur, propter ipsum in eas incidisse calamitates. Postquam igitur satis eum defendit, misericordiam etiam ei mouere uult apud iudices: an fortasse iudices, si persuasum haberent, nihil eum deliquisse, in præsentia eius miserti, dignitatem ei restituerent. Vnā autem & in Midiam concitat iudices. Quid igitur facit? Introducit tanquam in scena personam hominis calamitosi. Conspectus enim miserorum magis elicit misericordiam, quam uerba oratorum. Commonefecit autem ipso uerbo, calamitatis.

Talia perpeffum.) qualia audiuiſtis. Antē commouit auditorem amplificationibus ut magis afficeretur, tanquā atrocis rei spectator futurus.

Stare enim nimirum ei licebit.) Obiectionem soluit. Iubet igitur Stratonem adesse in iudicio, & non usurpare quæ uetant leges. Ait igitur, taceat propter legem: sed astare tamen ei fas erit. Neque enim hoc etiam ei Midias eripiet. Vult igitur hominem tanquam mutam personam in scena, faciem duntaxat calamitatis ostendere. Id quod haud dubiè multum profuturum est. Quis enim cognatus, si cognatum uiderit, eius non miserebitur? Quis ciuis, ciuis? Quis senex, senis? quis municeps, eius qui iisdem concionibus interfuit? Hic locus etiam iugulatus est: Ignominiosis enim nec ingredi prætorium licuit.

Pauper fortassis est.) Histriionis usum expleuit, mutam personam imitando. Talem autem eius fortunam declarauit, cuius nec iudices sunt expertes. Constat enim fore, ut pauperi pauperes misericordiam tribuant.

Non tamen improbus.) Calamitati coniungit defensionem. Nam si, cum uir bonus esset, malè tractatus est, misericordia & uenia dignus est.

Cum sit ciuis.) Nam Midias est suppositius & Barbarus. Allicit ciues ad miserendum ciuis.

Perfunctus omnibus expeditionibus.) Prouidè conueniens pauperibus munus obiit. Munus autem pauperis est tributum, quod corpore penditur.

Omnes pro atate expeditiones.) Cum senex sit, idem passus est quod improbi: id quæ ea ætate, qua etiam uerè fontibus parcere solemus. Deinde ob expeditiones etiam laudauit Stratonem, eo quòd paulo post & timiditatem & desertionem Midie derisurus est.

Cum nihil atrox perpetrarit.) In uniuersali confutatione, etiam præsens negocium ostendit: eum in arbitrando etiam nihil deliquisse.

Stat nunc tacitus.) Hoc calamitosis ad commiserationem prodest.

Et neq, iurè ne an iniuria sibi acciderint.) Videtur ambigüe dixisse, eo quòd condemnatus est. Reuera autem inuuit, si ei causam dicere liceret, ostensurum, se per iniuriam condemnatum. Atque per hoc nullam Stratoni defensionem fecit reliquam, sed multo plus excogitauit, quam Strato potuisset, si ei causam orare liceret. Tamen, quia scit nefas ei esse liberè loqui, summam fingit causæ eius esse æquitatem.

Et hæc ei acciderunt à Midia.) A quo? à supposito, à desertore.

Et Midie opibus.) Inuidiam ei conflatur, opū faciendæ mentione. Plebei enim ob paupertatem, oderunt tales.

Et quia multorum unus.) Concitat iudices in Midiam, & terrorem eis iniicit. Nam si Strato propter paupertatem in ordinem coactus est, uos que pauperes estis: in uos etiam faciet impetum. & quia hæc ei acciderunt, propterea quòd plebeius est: hæc mala etiam ad uos deuenient. sic affectare tyrannidem ostendit Midiam.

Qui si neglectis legibus.) Iustitiæ præmium, dignitatis iacturam tulit. Ac alij quidem si leges uiolarint, dant pœnas. At Strato quòd legibus paruū, est ignominia notatus, & tanta ab isto calamitate affectus. Midias igitur est, qui eum notarit ignominia. Vos igitur, si eum in ueterem fortunam restituetis, non suffragium senatus reddetis irritum, sed unius hominis Midie consilium euertetis.

Et uos hominem ita crudelem.) Cum satis misericordiæ Stratoni collegerit, uult & Midie commiserationem profligare. Culpant autem

autem
diam re
prope
tur Mid
enim lib
& illius
Nunc u
cum Str
tat itera
quis can
Quasi
tur enim
quia uer
iniuria.
Ac neq
quodq; ca
Magnum
num depe
fore tyran
fidentem
Vrui
miserico
Cuide
Apertum
cordiam,
liberorum
Præter ca
tas Strato
tera mala
mederine
non solut
pecuniam
soluant, &
Neg. en
poller igr
grauaret
liberos de
eos, tamer
recufaturo
non liceb
hominē re
fericordia
tuere.
Et ob que
scura sunt
diam, his f
curia eripi
enim diuio
si Midiam.
his pecun
dentiam pe
Nominē
sum facta
dio Midie

autem oratorem, quod secundò misericordiam remoueat. Idem enim fecit etiam prope perorationem, in qua comparatur Midias cum ipso Demosthene. Illius enim liberos cum orbitate sua confert, & illius lachrymas cum sibi factis iniurijs. Nunc uerò non secum eum comparat, sed cum Stratone & eius liberis. Nihil igitur uetat iteratò uti reiectione misericordiae: si quis eam in diuersis personis adhibeat.

Quas sibi soli factas esse dicit iniurias.) Videtur enim multatus esse mille drachmis: quia uerò nihil soluit, nulla ei facta uidetur iniuria.

Ac neq; fecisti.) Vniuersali sententia suam quoq; causam complectitur.

Magnam enim pecuniam.) Rursus hic tyrannum depingit. Quem enim probabilius est fore tyrannum, quam pecuniosum, et confidentem & improbum?

Vt eius uos miserescat scilicet?) Nunc fortiter misericordiam in Stratone uidetur examinare.

Cum uideat huius liberis nihil tributum misericordiae.) Apertum est eum nunc repudiare misericordiam, non sui respectu, sed Stratonis & liberorum eius.

Præter cetera mala.) Hic sensus est: Calamitas Stratonis, hoc est, ignominia, præter cetera mala. (dicit autem paupertatem) cui mederi nemo potest. Neq; enim ob multam non solutam est ignominiosus, ut mutuati pecuniam, aut opera sua locata, æs alienum soluant, & dignitatem ei restituant.

Neq; enim multa est.) Si pecunia numerata posset ignominia liberari, numerare non grauaretur. Transulit autem orationem ad liberos Stratonis, ut miserabilior uideret, eos, tametsi pauperis hominis liberos, non recusaturos fuisse numerare. Proinde, quia non licebat data pecunia, priori fortunæ hominē restituere: uestrum iam est, ex misericordia hominem in integrum restituere.

Et ob quam illa facit pecuniam eripi.) Verba obscura sunt, sed sensus est huiusmodi: Si Medium, his factis, absoluetis: cui unquam pecunia eripietur à uobis ob delicta? Omnes enim diuites opibus inflati delinquent. Nā si Medium, qui superat omnes, non multabitis pecunia: quem alium ob suam confidentiam pecunia multabitis?

Nemini enim æquum est.) Veniæ in uniuersum facta mentione, ostendit se non ex odio Medium uetare misericordiam, sed pro-

pter ipsam æquitatem.

Ego enim arbitror mortales omnes.) Hæc peroratio est Stratonianæ narrationis, in qua repudiat ueniam quæ Midiae tribui posset. Nam cum narratio tam proluxa esset, occasione reperit utendæ etiam misericordiae reiectionis. Generaliter enim, in omni questione uehementi, ac potissimum, si contra uersa & rea persona sint pares, utendum est uenię reiectione. Non est autem mirandum, eum iisdem uerbis etiam in reliqua uenię reiectione esse usum. Usitatum enim est hoc facere ueteribus, atque ipse idem fecit & in Philippicis, & in Timocrateæ oratione: nec minus Isocrates tum in Panathenaico, tum in oratione de Permutatione.

Velut ego: quis ille moderatus.) Formam uitæ modestæ & rectissimæ semetipsum proponit, Medium autem contra.

Arbitror igitur Athenienses.) Transiturus ad alias partes digressionis, exordio de more est usus, quod exaggerationem continet eorum quæ modo dicta sunt, tum eorum quæ dicenda restant. Nam & ob ea quæ præcesserunt, maxima dignus est iracundia, & quæ dicentur dictis grauiora sunt: quod genus est desertio ordinis, et cædis accusatio. Hæc autem acta sunt post contumeliā factam Bacchanalibus. Coniuxit igitur cum egressione ea quæ quindecim totis annis distant. Nam Stratonium negocium puero adhuc oratore accidit: Illa autem in festo commissæ, cum esset annorum duorum & triginta. Dedit autem nobis hic generale præceptum: Coniungenda esse ea quæ eiusdem sint generis, tametsi disiuncta temporibus. Nam cum neq; hæc, neque illa ad causam pertineant, & omnia in egressione sita sint: omnia in unum locum contraxit & collocauit.

Tam effusus iste fuit.) Admodum artificiose & uiolenter hoc fit, cum crimina defendendo in accusationem uertuntur. Est autem crimē quod ei incommodat, fama cædis. Videtur enim Aristarchus impulsu Demosthenis occidisse Nicodomum, qui esset Eubuli admodum studiosus. Consentaneum autem erat dedisse operam oratorem, ut inimicorū adiutores pauciores faceret. Veritus igitur famā, neq; apertè se defendit, cum nemo accusaret (quod esset ineptum) neq; etiam simpliciter præterijt. Neque enim civilis est hominis, negligere infamiā.

Quid

Quid igitur fecit? Reperit praesentem occasionem, in qua & praese fert, se accusationis eluere famam, & culpam in Midiam transfert. Probabile enim est hominem in multis rebus insidiantem & ueterem inimicum, etiam talem famam spargere de inimico. Iam igitur in defendendo accusat. Hoc enim proprium est Demosthenici artificij, tum defensiones in accusationes conuertere, tum accusando nihilominus defendere. 10

Desertionis crimen.) Praetextu caedis utitur negocij Euctemonis, ne uideatur de industria illuc uadere. et rem confessam sumpsit, ut & in controuersis fidem inueniret. Quapropter etiam preteritionis specie adduxit. Ac Demosthenem quidem desertorū ordinum ab Euctemone fuisse accusatum, perspicuum est: sed tamen * fide dignum est id dicere de inimico.

Et qui id faceret, conduxit.) Id efficere studet, 20 ut Midias solitus fuisse uideatur corrumpere homines: ut quoniam dicturus est, eum pecuniam defuncti cognatis obtulisse, nemo non credat, qui iam sciat talem esse Midiam. & ipse hoc dixit, eum quinquaginta drachmas nouemuiris obtulisse.

Et nimis expeditum, hominem pluma leuiorem.) Obiectionem soluit, qua causa impulsus Euctemon, falsam accusationem instituit: cum nemo ignoret, uictis propositam esse 30 ignominiam, nisi nimis esset facilis. & puluis ea de causa nominatus est, ueluti facile parens. Sic enim puluis a uento facile iactatur.

Neq; enim de eo querebatur.) Nō ausus est nimirum accedere ad nouemuiros, & se inquisitioni offerre. *de uoluptatis* enim huiusmodi res est, cum quis accusationem affert, interrogatur ante praetorium a nouemuiris, sit ne actionem persecuturus? testes ne habeat? egeat ne alicuius praesentia? ut rebus omnibus comparatis, ingrederetur in praetorium. Qui uero ad eam interrogationem non aderat, fiebat infamis.

Nisi ut extaret.) proponeretur, & ab omnibus cerneretur.

Conductum a Midia.) Ut magnam leuitatem & amentiam Euctemonis ostenderet, ait, eum cupidè ascripturum fuisse accusationi, se conductum esse a Midia. Ut autem sensus absurditatem uitaret, adiecit hoc uerbum, Si quo modo licuisset. Neq; enim dubium est, nec omnium stolidissimum id facturum.

Ob quod enim ille.) Scilicet iudicium. Atqui si neq; interrogatus est, neq; in iudiciū uenit, apparet eum negocium non attigisse. Proinde non ignominia notabatur, si prorsus non ingressus erat. At hic sophisticè collegit: Qui in iudicio non coarguitur, ignominia notatur: Ille actionem non persecutus, semetipse condemnauit. Plus autem ualent ea quae quis ultrò de se confirmat, quam extranea et aliena condemnatio. Ipse igitur sese notauit ignominia. Et hoc non eò dicit, quòd Euctemoni libertas et administratio reipublicae sit erepta: sed quòd ipse suo suffragio de sese lato, se omnibus priuarit. Multauit enim sese ignominia propterea, quòd actionem non est persecutus. estq; hoc simile orationis Androtionianae exordio: Quod Euctemon, Athenienses, affectus ab Androtione iniurijs. Atq; ibi passus esse uidetur potius aliquid, quam fecisse, Androtion. Si enim accusando Euctemonis decreto, uictus est, mille drachmas nimirum soluit. Sed tamen, quòd Euctemon, inquit, affectus iniurijs. Respicit enim ad consilium Androtionis: quantum in eo fuerit, tantum nocuisse, si uicisset accusationem.

Nulla mihi amplius opus est iudicio.) Velut obiectionem refutauit: Cur igitur nō accusas Euctemonem, si te falso accusauit? Respondet, nullo mihi iam opus est iudicio, cum ille sit ignominiosus. Et ignominiosum eum uocat, qui non est ignominiosus, ad animū Euctemonis respiciens.

Sed satis magnam habeo.) Cum nō sumpserit, se sumpsisse poenas ait. Satis enim esse poenae, quòd Euctemon ipse se accuset.

Sed quod et graue.) Hoc illud erat, in quod iam olim operam dedit, & propter quod praetextibus est usus: id nunc fortiter adducit: Facinus, inquit, est, neq; scelus dūtaxat, sed etiam impietas. Ac impietatem obijcit Midiae, qui rumoris illius autor fuerat. Quod si impius est qui illis de reb. mentit: multo magis impius est, qui sceleris fuit particeps. * Quo pacto igitur, is qui alios accusabat impietatis: id crimen ipse in se recepit?

Mifero et aerumoso.) Accedit iam ad Aristarchum, sodalē suum et discipulum. Res autem fuit huiusmodi: Nicodomus quidam ex Aphidnao municipio exectis oculis inuentus est mortuus, Eubuli hominis reipublicae administrantis, amicissimus. Quoniam igitur & is oratori, & hic eidē ob reipublicae sectā insensus erat, suspectus fuit, quasi

quasi persuasisset Aristarcho homini adolescenti, ut inuaderet atque occideret Nicodorum. Ea suspitione perterritus Aristarchus fugam cepit, sed orator & suo & Aristarchi nomine male audiebat. Locus est coniecturę preparatę. Liberat enim orator prius Aristarchum, cui cōsciū esse dicitur, & fortunam Aristarchi deplorat, de quo talis rumor sit ortus: sed re uera suspitionem à se remouet. Ne enim ipse suspectus esset, ¹⁰ crimen in Aristarchū confert. Optabilius enim est, aliū quā ipsum fecisse uideri. Ne autem uel is citra controuersiam fecisse uideretur, de illo quoque sparsum rumorem labefactat. & simile hoc est, ut diximus, preparatis coniecturis. Quo enim magis Aristarchi crimen hebetatur, eo erit ipse à crimine remotior.

Et graui crimine orto.) Continuatio uerborum cōmiserationem mouet. nominat eum ²⁰ & miserum, & ærumnosum.

Malo & difficili.) Exaggeratione ostendit fugiendam illam audaciam.

ovμ. Bolous, cū euenisset.) Hoc quoque urbanū, non dixit, perpetrato. Nam illud infortunij significationem habet. Euenire enim dicimus res fortuitas.

Crimine.) Sapientissimè hoc quoque subiecit, ut nudam calumniā accusationem esse ostenderet. Vides quibus et quātis artibus ³⁰ suspitionem diluat: operę precium igitur est considerare singularem prudentiā. Neque aperte dicit ut accusator (amicus enim erat) neque ut defensor (suspectum enim fuisse) sed utriusque medium tenet. Crimē autē incertū est, uerum ne sit an falsum. Possunt hæc in ipsum etiam conuenire Demosthenem. * Duplex enim est orator.

Primum Athenienses.) Midias igitur est qui primam famam in urbe sparserit. Neque uero ⁴⁰ credendum est uerbis inimicorum.

Neque deos neque fas.) Hęc defensio esse uideatur: & neque timuisset deos, neque ius, neque fas, dum tantopere in aliquem mentiretur. At hic inuertit. Hoc enim, inquit, est, ob quod eum oderit aliquis, quod nihil horū eēt ueritus. Probabiles enim defensiones sepe antè refutare solemus.

Sed neque ad quos dixerat.) Hęc tanquam altera pars est probabilis defensionis: an non ⁵⁰ auditores ipsos esset ueritus. hic respondet, ne eos quidem. Per hæc igitur ostendit, impium & impudentem esse Midiam.

Quasi oporteat, si quis affectus est ab isto contu-

melijs.) Coloris explicatio est, & qua de causa talia in se conari uoluerit: quia sit ueritus, ne contumelię pœnas daret. ob hoc me, inquit, antè uoluit è mediō tollere.

Et ob cædem exulare.) tanquam homicidam accusari.

Et nusquam dimitti.) nusquam uiuere concedi, sed omnibus obnoxium esse accusationibus, & in crucem abripi, ac clauis defigi: hoc est, hinc desertorum ordinum, illinc cædis accusari.

Atqui hæc si conuicta essent.) Rursus hic affectus mouet, ut eiciat Midie miseriam cordiam.

Contumelijs me choragum affecit.) Diximus eum in comparatione commune ubique ponere, ne mentione priuatarum rerum, crimen minuat.

Me eius manibus interemptum.) factis illis, quibus ille studebat, quod in eo fuit, sum occisus. Quæ uerò sibi crimini dantur, ea in Midiam conuertit: hoc est, cædes facere, & latrocinari. & exaggerat accusationem. Ipsi enim crimini dabatur, quasi conscius esset. Midiam autē suis ait manibus facinus perpetrasse. Si enim unum, inquit, eorum quæ conatus est per insidias, effecisset, homicidam potuisset existimari. Ea enim instruxit, per quæ me conatus est tollere è mediō.

Adorandos homines contumeliosos.) Qui enim illic principatu potiuntur, quibus insultare alijs licet, cum libet, & cui libet: à patientibus iniuriam adorantur.

Nam si, cum quis contra omnes leges, affectus contumelijs.) Rursus causam affert, ob quam probabile sit, ea molitum esse Midiam. Quia enim res intolerabiles dicere uidetur, propterea causas assidue affert.

Adorare contumeliosos, ut sit apud Barbaros.) Fæta mentione Barbarorum, Midiam perstringit. Eum enim contendit, non Atheniensem, sed Barbarū esse, et suppositicium. Quis igitur erit qui adoretur? aut, Tyrannidem igitur occupabit Midias, nunc si absolutus fuerit.

Sed uera me dicere.) Vult testes producere, pecuniam obtulisse Midiam defuncti cognatis, ut accusarent Demosthenem.

Cape etiam legem de muneribus.) Lex hæc uetat dare munera, aut accipere, ob corruptelam. Vfus autem est utriusque partibus, & conuenientem eis usum accommodat. Ac primum de non dando: & quæ utilitas sit, si ⁵⁰ producantur testes, Midiam pollicitū esse

t pecuniam

pecuniam defuncti cognatis. Probabile autem est hos testes pecunia corruptos à Demosthene, pro testimonio mentiri. Igitur ad utraq; utilis est recitatio: quod cum capite sancitum sit, ne quis det munera, ut ipse ait, pecuniam tamen obtulerit. Suspicionem autem quæ de se esse poterat, quasi pecunia testes corrupisset, refutat. Qui enim quæ pœna statuta esset in corruptores, norat, cur ipse corrupisset? Et hac de causa statim post testimonium legem recitauit, ut obstarer, ne quis de se talem conciperet opinionem. Nam si de ipsa cæde iudicium fieret, subornare testes fortasse dubitasset. Sed quia obiter duntaxat de rumore illo contendit, nihil in eo esse periculi putat, etsi testes mentiantur. Ne autem de corruptela suspicio oriretur, recitauit legem: & quod ipse fecit, in eo Midiam accusat: ut suspicionem non modò amoueret, sed de eo ipso etiam inimicum ulcisceretur, declarata pœna quæ in corruptores lege statuta est. Et hac parte legis de non danda pecunia, in hoc usus est: altera, de pecunia non accipienda, ad iudices. Metuit enim, ne accepta pecunia iudicium condonent.

Interim autè dum legem.) A figura orsus est. Cum enim cum eis disputare uellet de non accipienda pecunia, ne uideretur id agere de industria: causam inuenit, occupatione quærendæ legis.

Precatus uos omnes.) Quoniam imperare iudicibus haud potest, ad precationem confugit. Quia uero ad persuadendum paruas in precatione esse uires putabat, iusiurandum apposuit. Nam si iurarunt se ex legibus pronuntiuros, lex autem pecuniam uetat accipere: non intemptiua est hæc ante recitationem legis commonefactio.

De omnibus quæ audieritis.) Per hæc uerba uetat eos accipere pecuniam. Nam ut in similibus ipsi iniurijs, à iudicibus petijissent, ne causam proderent: nimirum etiã nunc, si perinde afficiantur ac si ipsi perpessi essent, pecuniam non accipient.

Ego enim cum tulissem grauiter.) Necessaria est commiseratio & concitatio affectuum. Petit enim ut sibi fingant, semetipsos hæc perpessos esse. Qui autem affici non possent, cum eis multa et ingentia mala sint ostensa:

Atque uteretur opibus.) Quia diuitibus inuidiosum esset, detrectare impensas.

Nam & crimen obiecit mihi.) Ex crimine

sibi obiecto, arripit occasionem Midia uehementissimè accusandi, ut res ipsa ostendit. Fugam enim caput Aristarchus, non expectato iudicio: is igitur cædem fecit. Aliquando enim eum fecisse cædem dicit: ut autem ne is quidem homicida uideatur, aliquando crimen ab eo etiam declinat & labefactat. Paulo post enim iterum tuetur Aristarchum.

Et me desertorum ordinum reum fecit.) Timidus esse Demosthenes uidebatur. Ipse autem timiditatem in finitimam uirtutem mutat, & se cautum ac uerecundum uocat. Videbatur autem ex acie fugisse in Eubœa.

Cum tres ipse ordines deseruerit.) Eos tres ipse paulo post exponet, quod præfectus equitum designatus, cum militibus non exierit: quod cum triemi præfectus esset in Eubœa, solus aliorum trierarchorum classem Eubœæ Styris non sit comitatus.*

Et Euboicis rebus.) ubi erat exercitus Atheniensium.

Quæ Plutarchus istius hospes.) Crimini data fuit Demostheni Eubœasium defectio. Plutarcho enim auxilium postulanti, aduersatus est Demosthenes: sed Athenienses ei nihilominus opem tulerunt. Eubœenses igitur suspicati, eos ob insulam subigendam tulisse opem, non ob ueterem amicitiam, defecerunt.

Per Plutarchum esse factam.) Hanc, inquit, suspicionem conceperunt, Demosthenes, ex eo quod tu opem ferri uetuisti. Demosthenes autem Plutarchum, eius defectio- nis autorè esse dicit: idèq; ex eo, inquit, constat, * quod uestros milites suis satellitibus tradidit ad soluendum stipendium. quod si Plutarchus insulam alienauit, Plutarchi autem amicus est Midias, Midias defectio- nis est autor.

Ac tandem cum senatorius ordo mihi obuennisset.) Crimen tacet, ob quod fuit à Midia accusatus, ne ipse contra se id in memoriam reuocet.

Cum sum neque omnium desertissimus.) Hic iterum perterrefacit Athenienses. Solius enim Demosthenis est, per contraria id efficere quod studet: paulo antè supplicauit, nunc terret. Quapropter Dionysius Vertumnus eum nominauit, quod in multa contraria formet orationem, nunc supplicando, nunc commiserationem mouendo, paulo post hortando, rursus perterrefaciendo: id quod hic etiã fecit, Terrorem enim

enim
si ego
sum p
sum e
pes &
No
Aper
ca, &
Nam
tra dia
tus libe
Sed
tione
nobis f
sumem
procras
delinat
tione
huc ad
fer, ag
erit.
Et
Tropic
propter
De re
firmat.
diuitibu
dit: cum
afferre
cedis re
nihil sci
no
dem & i
Et teste
nefacit
diam ea
subornat
Omne
nos sum
dicunt, n
tate co
Mili ue
sthenico
negasset
toris. N
uideretur
ex eis.
dices ijs
put eos q
tu, ne ue
Que ca
monefac
uer lectu
res quò le

enim iniicit Atheniensibus de futuris. Nam si ego, inquit, qui & amicos habeo, & non sum prorsus inops & desertus, non possum exigere pœnas: quid uos facietis, inopes & deserti?

Non est æqualitas.) inter uulgus & diuites. Apertè autem hic mutationem Reipublicæ, & paucorum dominatum significat. Nam si pauperibus non est æquale ius contra diuites, quid aliud id est, quàm interitus libertatis?

Sed et tempora his dandæ pœnæ.) Velut obiectiōnem soluit. Etiam si quis contumeliam nobis fecerit, potest accusabimus, & pœnas sumemus. At hic ait, eos dilaciones & procrastinationes excogitare, ut facinus desinat esse nouum. hoc uerò ait propter actionem unde uii, quòd cum admodum adhuc adolescens actionem illam instituisset, agendi potestatem nondum habu-

erit. *Et istorum iniuriæ ad uos iam, ἰωλα, obsoletæ.*) Tropico uocabulo est usus à * poculis, quæ propter moram fiunt frigida.

De recente fit iudicium.) Aliud per aliud confirmat. Videtur enim simpliciter dicere de diuitibus & pauperibus. sed re uera ostendit: cum diuitum consuetudo sit, recentes afferre iniurias, nimirum etiam Midias me cædis reum fecisset tum statim. Nunc quia nihil sciuit, pertimuit accusationem.

πρόσφατος, recens.) Tropicum est, quo eodem & in Aristogitoniana est usus.

Et testes sunt in promptu.) Rursus commonefacit testium, lecturus legem: & in Midiam ea crimina confert, quæ ipse fecit, de subornatis testibus.

Omnes contra nos expediti.) Si omnes contra nos sunt, patet eos qui nunc testimonium dicunt, noluisse dicere testimonium, nisi ueritate coacti essent.

Mihi uerò nec uera testari.) Apparet Demosthenicorum testium partim dixisse, partim negasse testimonium: id est ex artificio oratoris. Ne enim quosdam ex eis corrupisse uideretur, fecit etiam recusantes quosdam ex eis. Ut autem magis assentirentur iudices ijs qui testimonium dixerant, increpat eos qui recusarunt, quòd diuitum metu, ne uera quidem testificari uoluerint.

Quæ cum lacrymis aliquis dicat.) Rursus commonefacit affectus, & commiserationem mouet lecturus legem, ut per hæc placet auditores quòd legi pareant.

Iste autem usque adeò est impius.) Recitata lege, nihil amplius de ea significauit, supradicta satis esse ratus. Transit autem ad alteram partem de cæde. Vult enim ipsum etiam aduersarium testem producere, se nihil commississe tale, qualia criminentur. Ac propterea uiolentum uocant hunc oratorem, non ob argumentorum uiolentiam, sed quòd inimicos cogat suis suffragari orationibus.

Siue autem sit uerum, siue falsum.) Simul omnem eius improbitatem accusat, esse leuem, esse perfidum, esse morosum.

Me quidem passus est pro auspicio.) Per translationem inimicum testem facit. Non enim ijs quæ fecit, sed ijs quæ omisit, quæ non prohibuit, se ostendit ab eo quoque esse absolutum. Est que hic locus similis illi ex oratione de Corona: Fieri ne potest, ut tu, cum adesses, tantam actionem: etc. Nam ibi quoque concludit contra Aeschinem, ex ijs quæ non fecit.

ἑοικεῖα.) Hæc sacra fiebant, cum senatus in curiam erat ingressurus, ut ex sententia rerum deliberationes succederent. Hoc igitur sacrificium uocabant ἑοικεῖα.

Passus etiam est summo fungi sacerdotio.) Videtur hæc quidem contra Midiam dicere, sed reuera testes deos facit, se tale nihil commississe. Qui enim accepisset Curialis Iupiter, Iupiter item Nemeæus, sacrificium, si talis fuisset Demosthenes?

ἀρχιερωσύτα.) summum sacerdotem. *θεοὶ* autem uocantur, qui dijs foris sacra offerunt.

Passus est etiam uenerandis deabus (id est, Furijs) sacrificium deligi.) Maius etiam hoc argumentum est, purum esse oratorem. & hac de causa uidetur ad finem seruasæ præstantissima. Quid enim ait? Sacrificauit uenerandis deabus: quæ cum inspectrices sint & ultrices cædium, num accepturæ fuissent sacrificium? Quin & Areopagiticus senatus me sacrificium delegit, cui capitalia iudicia potissimum sunt credita. Neque, ait, obuenit mihi sorte: sed, delectus sum sacrificus, ut non fortunæ, sed consilij res esse uideatur.

ἱεροπιδας.) Sic uocant inspectorem aruspicum sacrificantium, ne quam in sacrificijs fraudem committant.

Me tertium.) His uerbis autoritatem suam significat, eaq; de causa nomina aliorum celauit. Tres autem eò fortasse delecti sunt, quòd tres sunt deæ. Senatus autem Areopagiticus

Esuriens fortasse non repudiasset.

giticus sacrificum legebat. Nam ei senatui sacra Eumenidum mandata erant, earumque fanum prope illorum curiam fuisse dicitur, ab alijs propter Orestem. sed rectius est propter causas capitales: quia in Areopago cause capitales tractabantur, ut etsi quid lateret senatum, hæc ad coarguendum facinus adiutrices essent, in procinctu stantes.

Cum igitur ea res.) Redit ad primò institutum ordinem. Lex enim, utilitatis causa interiecta est.

Propter me Aristarchum.) ob intercedentem mecum simultatem. per speciem honoris, & ut à se crimen remoueret, Aristarchum nominauit. Ut autem eum crimine liberaret, Calumniabatur, apposuit.

Cum homicidam habeatis.) Quis igitur homicida fuerit, aperte ostendit. Ne autem in amicum dicere uideretur, inimico tribuit orationem.

Cum tamini, & queritatis, et nugæ agitis.) Magnæ leuitatis & incogitantie eum accusat: primùm, quòd tanquam re comperta senatum concitarit, & hoc modo castigari grauissimum concilium. hoc quantæ est audaciæ: quo probat: Eum ut Demostheni parceret, fieri non potuisse, cum senatui non pepererit.

Cum pridie eius diei esset egressus.) Improbos mores & perfidiã eius insectatur, quòd eum, cum quo pridie collocutus esset, accusare non dubitarit.

Et eius consuetudine utens ut alius aliquis.) Desperationem Midie significat, qui Areopagitas nugæ agere, dicere non sit uertus: atque hic communitatem cædis conuertere uult in Midiam. Nam si ego, inquit, propter eius consuetudinem, cædis uideor esse conscius: id crimen in te multo magis conueniet, cui arctissima cum illo amicitia intercessit. Sequitur amicitie confirmatio. Multum enim, inquit, semper mihi facessit negocij, & uehementer mihi institit Aristarchus, priusquam in crimen cædis ueniret, me rogando, ut cum Midia redirem in gratiam, & ab accusatione desisterem. Vehementer igitur cædis rumorem transfert in Midiam. Nam si amicorum est, amicorum participes esse delictorum, nihilo minus Midias cædis est socius. Eius enim utebatur amicitia, ut alius quispiam: suum autem nomen tacuit.

Qui cum rebus suis secundis me omnium uehementissime sollicitarit.) Id quod par erat, differen-

tia soluit. Quid igitur, si utrisque amicus fuit? Nihilominus Demosthenes eius criminis & ipse reus es. At hic ostendit, magis Midie quam suum fuisse amicum. Amicior enim ei fuit, ut res ipsa, inquit, declarat: & ut uos scitis, quam mihi. neque mihi obturbauit solum, sed etiam præ cæteris omnibus. Proinde neminem in urbe æquè amicum habuit Midias. Hic etiam unà ostendit Midiam à semetipso esse damnatum. Si enim transactionis fuit cupidus, satis apparet eum metuisse iudicium.

Quòd si quid horum perpetratum esse.) Rem dubiam facit, cum dubitanter disserit, utrum existimet eum fecisse, an criminatum uerbis non credat? Ab omni parte igitur obscurat famam. Nam si rem ex alijs auditam testificari non licet, iste autem ex audito accusat (uerbis enim criminatum credidit, non oculis spectatorum) omnino frigidum est, & inane crimen.

Abstineret de cætero amicitia.) Simul & semetipsum defendit, & crimen in Midiam transfert. Ipse etiam obiectionem soluit: Cur non accusabas Aristarchum, si ei conscius non eras? Quia, inquit, eas poenas sumpsi, quas decet amicum sumere. Eius enim deinceps amicitia abstinui. Midiam autem ostendit, nunc ut inimicum accusare, nunc ut amicum eius uti consuetudine post rumorẽ.

Affectus iniuria & inimicis.) Itaque præter cætera litium etiam est amans, quando quidem quæ solis inimicis conceduntur, ea nullo accepto malo egerit.

Sin collocutus, sin sub eodem tecto uersatus est.) Cum Aristarcho post rumorem, si nullum ille scelus commisit. Sin cædem fecit, particeps est nefarij sceleris, quoniam eiusdem cum eo conclauis fuit particeps.

Et postridie rursus.) Omnem ei excusationem adimit. Ne enim dicat, Vixit cum Aristarcho, priusquam rumor oriretur, adiecit: accessisse ad eum, etiam postquam ipse eum accusasset.

Ita sedens.) Demonstratiuo loco utitur, significans, quemadmodum uos iudices propinqui sedetis, sic ipse etiam sedit cum Aristarcho. Ostendit igitur eos uestibus inter se attigisse.

Iniecta dextera.) in illius dexteram nimirum. Proinde manum amplexus est, quæ cædem perpetrarat: per corpus quodammodo cum animo eius se coniungens. Palam igitur piaculi fuit particeps.

Post

Post hæc in senatu uerba.) Quem pridie homicidij erat criminatus, cum eo postridie familiariter congressus est. Neque periurij sui rationem habuit. Omnibus de rebus confertim eum accusat: impudentiæ, periurij, perfidiæ, impietatis.

Petebat etiam ut per eum.) Quæ temporum interuallis multum disiuncta sunt, coniunxit, ut & cætera probabilia faceret. Rogabat, inquit, Aristarchum, & per eum in gratiam redire mecum cupiebat. Fecerat autem id fortassis Aristarchus, priusquam crimen cædis oriretur. Sed contrahit tempora Demosthenes, etiam post cædis rumorem, inquit, ut probabile redderet, eum post etiam & consuetudine eius usum, & collocutum: & aut à piaculo nō esse alienum, aut nihil atrox commisisse Aristarchum, si Midias sit purus.

Et harum rerum eos qui adfuerunt, testes uobis cito.) Quanquam de transactione Midia per Aristarchum testimonium dicturi sunt, tamē orator omisso altero, alterum arripit.

Non ne autem intolerabile est Athenienses.) Ostendit se ab inimico Midia palam absolui cædis: & rursus eundem negare, se quicquam tale dixisse. Persecutam igitur negationem, ea quæ præcesserunt, euertit. Neque uerò eodem utrumque modo fecit. Cum enim accusaret, nudis uerbis est usus: cum negaret, deos etiam adiurauit. Plus autem fidei habetur iureiurando, quam simplici orationi.

Cum eo sub eodem uersari tecto.) Qua re clamabat hominem esse purum. Neque enim utiq; ultrò pollui uoluit.

Et uestram condemnationem deseram.) Si me deserueritis, uestram condemnationem deseretis.

Sin fuero persecutus.) Redit ad primam orationis causam, quare in se ea sit molitus. Norat enim, inquit, me iam ius meum esse persecuturum, ob acceptas contumelias. Capita enim firmissimis argumentis cōcludenda sunt.

Cædis me iurè fuisse accusandum.) Hoc illi simile est, quod positum fuit in exordio: si qua modò calamitas est, affectum contumelijs nullum posse ius adipisci.

Voca mihi harum rerum testes.) Vidisse quosdam & ante & post accusationem, Midiam ad Aristarchum ingredientem.

Quid igitur addi queat.) Etiam per hæc o-

stendit, quibus de rebus testes sibi dixerint testimonium: scilicet, eum simul & accusasse Aristarchum, & petisse ut per eum mecum reconciliaretur. hoc autem factum esse post accusationem.

Is quidem eiusmodi mos est.) Absoluta digressionem, iam concludit. Mos enim eius est, nō prius transire ad aliud, quàm id quod absoluit, concludat.

Vobis autem cæteris negligendum.) Communē terrorem iniicit, ut iudices ad indignationē commoueat.

Sed irasci æquè omnibus debetis.) Rursus ad rem publicā refert ea quæ acta sunt: & summo capite utitur, utilitate. Traditū enim nobis est, summis capitibus perorationes absolui.

Proterui & pecuniosi.) Bene morum improbitatem opibus præposuit. Scit enim ipsas per se opes criminis esse expertes.

Ego enim fortasse refutabo.) Vide ut arrogantiam uitarit, dicendo, fortasse, & atrocitatem auxerit. Nam si ipse, orator cum sit, nō prorsus repellere potest calumniam: quid faciēt artis imperiti? Ostendit autem absolutam esse defensionem de crimine cædis. Refutauit enim, inquit, falsam orationem: hoc est, crimen cædis. Refutauit item calumniam, hoc est, crimen desertorum ordinum.

Vos autem plebeijs quid facietis?) Ostendit ad rem publicam se referre omnia.

Ratione reddita, & in iudicio.) Vocat te, inquit, aliquis in ius, ne detrecta iudiciū, redde rationem. Neque enim aliter criminis expertes uideberis. sed dices, sine causa accusor, calumniatorē agit accusator? sine de eo ferri suffragium. Confundit, inquit, ordinem reipub. Midias. Antequā se defenderit, accusat: priusquā causam dixerit, alijs uult irrogare mulctam, idēq; in fontibus.

Quæ igitur.) Absoluta confirmatione, & confutatione, & egressione, & peroratione egressione, iam ad perorationem totius orationis accedit. Quanquam autem utitur exordij sententia, ut ad integrum caput accessurus, statim tamē ad capitulum enumerationem uadit, in qua usurpat figuram cōprehensionis, quæ ab hoc loco incipit.

Nihil est quod non.) Nam & priuata & publica coniungit, quæ figura cōprehensio dicitur.

Sed ob ea quæ ad chorum.) Hic publicum cōtinetur. neque choragum iam nominat, sed tribum. Debent enim in perorationibus, maiores esse amplificationes.

Quas autem mihi contumelias fecit.) Ostendit facinus, & ait, eum in omnia fuisse iniuriū: in tribum, in leges, in fortunam ciuitatis, in fas diuinum, & in fas totius ciuitatis. *ἴσθως* enim pertinet partim ad deorum immortalium religionem, partim ad instituta totius ciuitatis, partim ad singulos homines, partim ad defunctos. Nunc autem *ἴσθως, καὶ ἀσεμνός*, non humanum illud dicit, sed diuinum, quod totam celebra-
10 tem ludorum intuetur.

Sed ut in ipsa lege.) Cum de his delisse uideatur, rursus incipit. Hoc enim proprium est Demosthenis, uarias inuenire tractandi uias, ut firmis argumentis sæpius iterandis, fastidium uitet.

Et aduocatos eius.) Paulo post repudiatu-
rus eius aduocatos, iam antea nunc eos perstringit, ut assuefaciat iudices audiēdis conuicijs, quæ in eos dicentur.

(*ὡς ἐταρολόγους*.) Qui unâ cum eo conspicuntur, qui eius familiaritate utuntur.

Sed approbatores etiam facinorum istius.) Laudatores eorum quæ fiunt.

Quod si Athenienses.) Hic incipit qualitat-
tis examen, quod est uniuersale: cuiusmodi sit uita Midia. Qui quidem ex qualitate iam antea est exploratus, cum periurum, perfidum, crudelem, morosum, & alijs uitij obnoxium esse Midiam ostendit. Sed
30 illa qualitas peculiare habuit examen: qualis fuerit Midias in Demosthenem ipsum. Etenim Stratonis negocium, & eius generis omnia ad Demosthenem referuntur. Nunc uniuersalem qualitatem tractat, qualis in uniuersam rempublicam fuerit Midias. Quia enim reus conseruatur uel ob clementiam iudicis, uel ob ipsum negocium quod subiturus est, magnum, & consuetudinem excedens, uel propter dignitatem &
40 grauitatem, ut dignus esse uenia uideatur, aut ob antea actæ uitæ æquitatem & moderationem, aut propter obita munera, aut ob ea quæ deinceps esse obiturus expectatur, aut ob patronos, aut etiam ob alia plura: ideo singulatim hæc in peroratione exquitur, & omnem ei salutis occasionem refecat. Ac primum inquirat, qualis in alios fuerit.

Meum infortunium.) Nam si eum in alios bonum, in nos solos improbum esse cōstet: ea fuerit manifesta calamitas.

Nunc tot sunt cætera.) Grauitate se ferre po-

puli uicem præ se fert, ut malè tractati.

Tu non grauiora quam quibus aliorum.) Dum timere uidetur, ne Midias elabatur, magis etiam concitat iudices. Quis enim eum uenia dignabitur, eo quod alij nō minora perpessi sunt à Midia: ac non potius grauius irascatur, quod in multos fuerit talis?

Mea & illius aqua adiecta.) Mensuram aquæ in iudicijs accipiebant oratores: quæ ubi manare desierat, desinebant & ipsi dicere: ideo fortasse, ne nugarentur, sed necessaria duntaxat urgerent. Ait igitur, si aquæ meæ deficienti (magna enim eius pars dicendo elapsa est) rursus adijceret ea mensura, quæ & mihi data est, & quæ Midia: non satis esset, ad eius delicta recensenda.

Vt mihi ipsi annotaui.) Vilitatum hoc est facere Demostheni, cum multitudinem indicare uult. Quasi enim non omnium meminisse queat, è tabella memoriam renouat. Habet enim in commentarijs breuiter annotatas iniurias: ut in principio etiam dixit, se collegisse omnis generis iniurias, quas iudicibus de scripto recitaturus esset.

Et contumelias multas.) Senatū enim Arcopagiticum contumelia affecit, dicendo: Cunctamini, & nugæ agitis.

Et in cognatos commissa maleficia.) Ea quæ in Cratinum equestris præfecturæ collegam commisit, intelligit. Collegas enim cognatorum loco habere solemus. Paulo post enim dicet, eum, cum esset præfectus equitum, multis calumnijs petijisse equites, quorum consuetudine uteretur.

Et locus nullus est.) Locum nunc dicit, non Ceramicum, non forum: sed more dilecticorum, *ὠδὴ χέριμα*, aggressiōnem. Nulla, inquit, est aggressiō, neque ulla iniuriæ occasio, aut improbitatis genus, quod ille prætermiserit.

Qui quouis tempore in eum inciderit.) Ne faciat eum ulciscētem iniurios, sed qui in uniuersum grassetur in obuios.

Et prætermisi alia.) Ne uideatur ut litium appetens, accuratè & curiosius inquirere in omnia, ostendit se multa præterire.

Nibi morte dignum.) Quali dicat, Tantis præmijs & honoribus, ut morte mulctetur.

Sed tamen si non tribum totam, & senatum, & gentem.) Tribum, propter chorū: senatum, Arcopagiticum: quia per contumeliam

tumeliam dixerat, eum nugas agere.

Gentem.) Nunc inuuit alam equitū. Fortassis autem metuens, ne ei equites ut magistro equitum patrocinentur, eos ab eo conatur alienare. Quæ autem ex tabella recitauit, eadem per commiserationem repetit, & in memoriam reuocat.

De commilitonibus autem equitibus.) Vult ab eo alienare aduocatos: & quoniam ordinem equestrem timet, ne ut magistro equitum opem ferant: ostendit eum quoque à Midia contumelijs affectum. Commilitonem autem dixit, & non equitum magistrū: quia enim & magistri equitum cum equitibus militant, ab expeditionis societate eum nominauit.

Et ut cum Cratino sit iurgatus.) Dux fuit hic perditum. Cum autem Midias equites accusaret, Cratinus, ut qui & ipse præfectus esset, refragatus, eis opitulari studuit. Eum igitur quoque Midias est infectatus.

Atqui Midia, utri dedecori sunt.) Visitatum hoc est Demostheni, cum reum aliquem eripit, crimina retorquere in accusatores.

Qui in acie transferunt.) Cum milites à triumphis prædicare non potest, animos eorum celebrat, & dignitatem. ut in oratione de Corona: Cum ad Charoneam interceptos, ob res prosperè gestas laudare non posset, ab ijs quæ pugnam præcesserant, commendauit, modestia, instructione, alacritate.

In astrabe uolus.) ἀστράβη est fellæ genus, quod non uertatur, aut moueatur: plurimū autem surgit in altū, ut insidentium tergum emineat. eo autem genere scœminæ potissimum utuntur. Sic autem molliciem et infirmitatem Midia deridet. Deinde ne obijceretur, quid si ob morbum tali sella est usus: adiecit, ex argento. Nam argentum, signum erat, eum solere per delicias uti eo genere.

Ex Eubœa.) Cum Athenis non solent tales fabricare, in Eubœa comparauit. Vulgaris lectio habet ἐξ ἀργύρας, qui est Eubœæ locus. sed sequentia indicant, eum illi opprobrire molliciem et delicias, multitia, inquiring, & uestimenta delicata, & uasa ad delicatam uitam apta.

Multitia & cymbia & cados.) Per χλαίδας uestes intelligit Milesias. κύνβια, sunt genus poculorum. κάδοι, uasa muliebria, quibus utuntur ad excipiendā aquam, quas situlas nunc uocamus.

Publicani.) Arma bellica uectigal non pendebant, sed ea quæ paci & delicijs seruiunt, pendere cogebantur.

Hæc enim ad nos legionarios referebantur.) In tempore suam laudem attulit. Fortiores enim in grauem armaturam referuntur. Quare adeo non desertor est Demosthenes, ut sit etiam strenuus.

Si te ob ista derisit.) Vnus ex equitibus facitior, incelsit eas eius delicias.

Nam si faciebas ista Midia.) Dilemmate utitur, cuius prior pars consecutionem habet: altera est argutula. Si hæc faciebas, iure male audiebas. At hic aliorum retulit. Sin te non faciente, alij cum uoluptate audiebant: dignus eras ob reliquam uitam, de quo illa dicerentur. additamēto enim usus, consecutionem argutius tractauit.

Iam quod mihi indignissimum & maximum est.) In quo dicere desijt, id in commune introducit. Tot, inquit, homines unā accusas, equites intelligens, quam partem hæctenus tractauit. Quæ igitur in his est uariatio: quod illic nominatim equites dixit, hic autem indefinitē multitudinem hominum nominauit.

Quis uestrum talis alicuius rei mihi est conscius?) Quod dicebat Midias, id ipse anticipauit, & per negationem attulit: sibi hæc non esse usitata, se falsis inimicorum testimonijs opprimi. Nihil enim tale scitis uos.

Non audierunt autem nunc.) Artificiosum est hoc argumentum, si qui reprehendent accusatorē, quod ea facinora quæ ipsi norint, non dixerit.

Neque omnes quibus ipsi affecti sint iniurijs.) Aliud grauius: uereri eos qui affecti sint iniurijs, rem publicare. Nam si quisque diceret, is qui uerba faceret, grauiora pateretur.

Nihil se primo impetu.) Si quis statim & expedite accurrat. Magno enim labore est opus ad perfringendum potētatus murum. Cingunt enim & muniunt eum.

Frustrā enim conuiciabitur.) Ostendit Demosthenes, diuitum contumelias molestissimas esse iudicandas. Si enim ci adempta res familiaris fuerit, tamen si contumeliosus fuerit, frustrā uociferabitur. Homines enim miserabiles & abiectos, et si turpissima dixerint, contemnere solemus.

Nunc istum opinor propugnans.) Paulatim aduocatos eius recidit: equites eo modo, quo diximus, cæteros uituperando. Nam quia fieri potest, ut Midias eorum quosdam ad dicendum

dicendum etiam testimonium producat, qualitatem eorū in primis perstringit: mercenarios appellans, & sodalitiū: ne per eos locum haberet testimonium. Quis enim eis credat, qui assentari Midiae consueuerunt? Paulatim autem rem ad tyrannidem refert. Vbi enim mercenarij sunt, & satellites, ibi propinqua est suspicio.

Euctemon ille puluisculus.) quem conduxit accusatorem.

Testium coniurata sodalitas.) Certant testes cum accusatoribus: hi accusant, illi fidem accusationis eludunt. Quapropter etiam coniurata dixit, ut intelligeretur conspirationis infamia. Audacter accusa * Timocrates, uociferantur testes. Quod si in docenda re hæsitabis, ego dicendo testimonio decipiã iudices.

Qui aperte quidem importuni non sunt.) Metuebant enim ne falsi testimonij damnarentur, si palam essent impudentes.

Sed silentio falsa facillimè nutu comprobant.) Nam qui foris alicui student, cum accusator crimina recitat, clam atq; eminus innuunt iudicibus, atq; ostendunt, nihil eorum que dicuntur, esse uerum: id quod facillimum est, et sine periculo.

Quos ita me diu ament.) Cum mercenarios dixisset, ueritus est ne iudices ad mercedem respicerent, quasi soleret Midias pecuniam dare suis aduocatis. Ne igitur iudices lucro inhiarent, cum iureiurando negauit: nihil eum conferre sui studiosis. & alioqui obiectionem tollit: fortasse rem familiarem eorum sarcit, subuenit eorū inopia. Quapropter & ipsi beneuolentiam in eum ut bene meritum retinent, et in necessitatibus ei inferuunt. Eam opinionem igitur cum iureiurando remouet.

Sed eo sunt ingenio.) Aliam causam affert, et affectum. Quidam solent se coniungere cum diuitibus, & adulari, & quiduis in eorum facere gratiã: id quod corruptelam esse putat. Est enim corruptela, sequi aliorū sententias. Vnde subiicit, ea non esse tolerabilia ingenuis. * & moderatè conspirationes, suspicio enim celeriter oritur. illum autem firmiorem esse iudicij ostendit. Nam etsi priuatim unusquisq; uestrum inferior est diuitibus: at cum ad iudicandum ingredi-
ni pro iudicij autoritate, plus ualeatis ad destruendam & abrogandam eorum potentiam.

Quid igitur ille hæc & hæc perpessus.) Immu-

tauit uerbis uim obiectionis. Nam Midias sic eam fortassis attulisset. Nemo à me affectus est iniuria, neq; me quisquam est ausus accusare. At hic assentitur: eum à nemine accusatum, & fecit eum, non obiectionem asserre magis, quam confessionem iniuriarum. Artificiose etq; rursus Midiam clam confitentem fecit, quid potentatum conciliet. Cum enim obiicit Demostheni, se multis etiam alijs fecisse iniuriã, & hunc atq; illum inuasisse, et neminem de se sumpsisse pœnam, neminem esse ausum iudicio secum experiri: tu solus, inquit, transgredis ordinem, fretus legibus. Dum igitur potentatu nitatur, non ne palam suis ipse uerbis cõfirmat tyrannidis imitationem?

Sui defensionem deserit.) Nemo deinceps se metipsum tueri potest, metu Midiae. Deinde subiungit multas causas, ob quas quisque tranquillitatem amplectitur, et eius iniucias suscipere recusat.

Etenim occupatio.) Propter fortunam.

Et studium tranquillitatis.) Propter mores.

Et infantia.) Propter ingenium. Dum autem rationem reddit, cur læsi Midiam nõ accusent: interim in Midiam contraria confert, esse importunum, nulla re occupari, esse cõmunem hostem reipublice. Enumeratis autem eius facinoribus, tandè tyrannum esse ostendit.

Postquam captus est.) postquam sub manū uenit, postquam irretitus est.

Fertur aliquando in urbe.) Transit ad aliã perorationis partem, qua ostendere conatur, Midiae nihil esse reuerentiæ tribuendum.

Dicebatur enim & hoc unum esse potentię caput, quod semper tueret iniurios. Reuerentiæ autem non unum est genus, sed loci plures. Reuerentiã enim tribuitur aut propter generis claritatē, aut ppter res bellicas administratas, & edita facinora: aut ob collata in rempublicam beneficia. Cum igitur idonea occasione ostendere uellet, hæc nõ esse in Midia: produxit Alcibiadem, non ut eum cum Midia cõpararet, sed ut Midie facinora detegeret. Ad hæc, ut illud etiam ostenderet, Alcibiadi tanto uiro, nihil esse tributum reuerentiæ, cum nihil commississet: Cur igitur, inquit, uereamini Midiam, qui harum rerum nulla est p̄ditus?

Neq; uerò ut conferrem Midiam.) Occupatio, propter personarum diuersitatem.

Vetere felicitate.) Cum obtinerent Græciã principatum,

Nota pro

Mota
nim sta
dis rest
Deind
onide,
supullis
Pater
fam sup
neris.
Eos au
fa fueri
narrat o
cles, ale
Faction
ritimi &
tes & Pi
rannidē
filiam Pi
naturam
straxit al
fectus.
conflagr
redimer
gades ig
talentis:
nem infi
nonnull
nijs, ut
stratum:
prehēdit
eiecit.
Matern
apud Ac
uis in *
us fuit E
Callias i
fanxit, &
Et ex
quit, ex
mi pullat
Sump
be acien
fecissent
alia esse
uocatus,
Termin
demoni
Deinde
tum in b
rum enin
detur au
recte usq
Et dux
tempor

Mota pro populo seditione, excidisse.) Quia enim statum popularem amabant, Pisistratidis restiterunt, & sic pulsi sunt in exilium. Deinde mutuati pecuniam illi ipsi Alcmaeonidæ, collecto exercitu, tyrannos aggressi, pulsos illis rempublicam liberarunt.

Paterno genere Alcmaeonida.) Sibi ipsi ansam suppeditat, comparandi Midiani generis.

Eos autem ferunt pulsos à tyrannis.) Cum alia causa fuerit, cur se tyrannis opposuerint, aliam narrat orator. Vnius factionis fuit Megacles, alterius Hippocrates Pisistrati pater. Factionibus autem præstò fuerunt & maritimi & montani. Cum autem Hippocrates & Pisistratus uicissent, ac Pisistratus tyrannidè occupasset: perterritus Megacles, filiam Pisistrato dedit. Qui cum ea contra naturam uteretur, re cognita Megacles, abstraxit ab eo filiam, et Delphos ipse est profectus. Cum autem fanum Apollinis tum conflagrasset, proclamarunt Delphi, quis redimere uellet instaurationem templi. Megacles igitur id munus suscepit: & decem talentis acceptis, tria in fanum instaurationem insumpsit: de septem reliquis, copijs nonnullis collectis, persuasit Lacedæmonijs, ut Atheniensibus opitularentur. Pisistratum autem non amplius uiuentem deprehendit, sed Hippiam filium eius imperio eiecit.

Maternum ab Hipponico.) Et hæc fuit illustris apud Athenienses familia. Callias enim auus in * Salamine facem gestarat. Eius filius fuit Hipponicus: cuius liberi fuerunt, Callias ille, qui celebratam cum Persa pacem sanxit, & mater Alcibiadis.

Et ex ea familia.) Interferendo, Scitis, inquit, ex hac stirpe, ex hac radice quot rami pullularint.

Sumptis armis.) Pro Republica in ipsa urbe aciem instruxit, cum impetum in eam fecissent Lacedæmonij. Nam cum in Sicilia essent Athenienses, circa Samum reuocatus, milites in bello iuuit.

Tertium in ipsa urbe.) Cum è Decelea Lacedæmonij facerent impetum in muros.

Deinde cum equites Olympiæ.) Clarum eum tum in bello, tum in pace ostendit. Præclarum enim habebatur, uincere Olympiæ. Videtur autem uelle ostendere, opibus eum rectè usum.

Et dux optimus.) Diximus, eum utrifque temporibus illi tribuere palmam,

In exilium eiecerunt.) Etsi Athenienses eum non eiecerunt, tamen cum accersitus non paruisset, condemnarunt.

Compegit in carcerem Agatharchum.) Hic cum pictor esset, deprehensus est rem habere cum concubina Alcibiadis. Eum igitur comprehensum conclusit: & in eo peccauit, quòd eum legibus non tradidit. Reticuit autem peccatum ut paruum, ut grauius aliquid suspicarentur iudices. Id igitur quod controuersum est, pro confesso posuit. Habet enim adiutricem populi condemnationem.

ἔιργεν.) Quidam hoc accipiunt, quasi dicat, eiecit theatro ut petulantem. Quare dixit: id quod ei obijciendum quidem est criminis loco.

Statuas Mercuriales mutilauit.) Vna enim nocte reperti sunt Mercurij mutilati, & in suspicionem uenit Alcibiades.

At prorsus abolere sacram uestem.) Antiqua lectio, Sacra, duntaxat habet, ut ad multa referatur, uelut ad coronas, ad uestes, ad ipsam in fano celebritatem, cui & ipsi insultauit. Nam uestem loco priore ponere, magnam habet extenuationem.

Quis fuerit.) Cum Alcmaeonida esset, ab Hipponico nobilitatus.

Et in quos illa committens.) A quo læsus: quo chorago inflammante, quo pictore ad iracundiam commouente.

Præterquam quòd inhonestum, nefas etiam existimabitur.) Inhonestum fortassis ad uiuentes, nefas ad defunctos refertur.

Cum talium uirorum sitis posterij.) eorum qui puniuerunt Alcibiadem.

Infra omnes infimos.) Non ob familiam, non ob gesta imperia, non ob eloquentiam, non ob æquitatem suspiciendum.

Aut aliqua gratia.) Hic indicat, eum non esse dignum reuerentia. Ea enim uis est uocabuli *χερίστος*.

Ob gesta imperia.) Occasione arrepta ab Alcibiade, qui dux optimus fuit, Midia imperium in contentionem adducit: non per comparationem, sed per collationem. Ideo dixit: Atqui ne per se quidem est miles, quia igitur esset reuerentia dignus?

Nedum dux aliorum.) Non demonstrauit hoc, cum prius demonstrarit, timidum eum esse & ignauum.

Ob genus mehercule.) Altera reuerentiæ pars, nobilitas. quam cum non posset aperte criminari, extrinsecus perstringit. Erat

u enim

enim patricius, & probatissimi generis: sed ex odio genus eius infectatur, ut & Aeschinis, & Timocratis, & Androtionis. Sed quia honestissima fuit familia, noua ratione tractauit: eum non esse ex illa familia, sed suppositiciū: ne aperte perstringendo, multos claros homines offenderet.

Et quis ignorat uestrum secretos.) clandestinos.

Tanquam in Tragœdia.) Insignes enim infantium expositiones tragœdiæ tradunt. Obscurus autem est hic locus, & multis negotium facessit. Obscuritatis autem causa est ordinis inuersio. Postrema enim primo loco posuit. Antequam enim ostendat, quomodo fuerit expositus, ait: tanquam in Tragœdia. sed ideo inuertit, ne, si ordinem sequeretur, res uideretur absurdissima.

Germana enim eius mater.) Talis est sententiæ totius implexio: Prudentissima fuit quæ eum peperit mater. Cum enim sciret eum esse barbaro esse natum, & mala esse Barbarorum ingenia, uendidit. Quæ uerò eum suscepit, stultissima, quæ Barbarum emere maluit, cum Græcum & ciuem liceret. Vnde autem constat eum esse Barbarum? quia crudelis est, & contumeliosus. Est autem Atheniensium nemo talis. sed barbari natura sunt contumeliosi. Quare dixit: natura uerè barbarica. Quod si dicere perspiciuè uoluisset, ab hac demonstratione incœpisset. Sed quia cum in principio statim diceret, E factis apparet, eum esse Barbarum: arguari uisus esset. ideo inuertit ordinem, ut id tanquam confessum afferret. Hac de causa etiam figura interrogationis est usus: Quis enim nescit? quæ uerarum figurarum omnium locum obtinere uidetur. Cur autem non dixit, tanquam in Comœdia, cum plures sint in Comœdijs suppositicij quàm in Tragœdijs? Quia si de quopiam homine priuato dixisset, Comœdiæ faciendæ fuisset mentio, in qua priuatae sunt personæ. * Præterea notissimæ uulgo etiam sunt personæ Tragœdiarum, cum sint heroicæ & celebres. Magis etiam Tragœdijs Athenienses, quàm Comœdijs studuerunt.

Illam enim uendidit.) Hæc ex euentis dicta esse ab oratore, dici queat. Nam qua ratione præsciri à mulieribus illa potuerunt, ac ab emptrice potissimum? Genitrix enim fortasse, cum satorem malum esse sciret, iure natum contempsit, & abiicit. Quæ au-

tem infantem suscepit, qui potuit eius cognoscere ingenium?

Cum igitur tot & talia sint.) Rursus ad aliam reuerentiæ partem transit: Etiam si non ob genus, propter obita munera tamen, & largitiones, esse reuerendum.

Eum non multa.) Aptè & artificiose facit amicos eius confitentes, magna & atrociam facinora ausum esse Midiam: ne ipse, ut hostis, suspectus esset.

Vt conuictus iam sit, & condemnatus.) Ipsos aduocatos facit eum condemnantes, & de æstimatione differentes.

Et trierarchias dicet, & obita munera.) Alios de obitis muneribus facit differentes, ut & ipse occasionem haberet Midiana deridendi, & sua prædicandi. Ac simpliciter quidem accusantem, suam iactare liberalitatem, odiosum est, & irritum: sed in exagitando inimico perquam opportunum, quia necessario fieri uidetur.

Talia dicere.) hoc est, obita munera. Quod ipse metuit, ne dictu sit molestum, id Midia tribuit.

Molestia nimirum.) Molestia dixit, quia qui ipsi se laudant, molesti sunt.

Stupor.) quia cum nihil præstiterit, tamen gloriatur.

Cum bini essemus trierarchi.) Ratio trierarchiarum subinde mutabatur, ob impensæ magnitudinem: ac aliàs bini erant, aliàs terni, atque aliquando * decem trierarchi, atque aliquando mille. Demosthenes sanè post, binarum trirremium unum trierarchum fecit. Atque aliàs respublica instrumentum & nautas præbebat, & trierarchus sola naue militabat: aliàs uniuersa domo secum afferebant trierarchi. Tum igitur, inquit, maximi sumptus erat trierarchia, cum bini essemus.

Cum primum ducentos.) Deicit Midia liberalitatem, multitudine contributorum. Est autem id quod dicit, cauillatio. Ait enim eos à mille & ducentis talentum exigentes, talento locare trierarchiam, quasi tot unam trirēm præberent: quod uerum non est. Mille enim & ducenti erant ad trierarchias secreti. Horum iam uel sedeni, uel terni, uel quotcunque tandem unam trirēm complebant. Omisit igitur dicere, eum nauem sedecimum præbuisse. Omnes eos qui ad trierarchias secreti sunt, nominauit, quasi unam trirēm præberent omnes,

ἀνεχώμα(α.)

πληρώματα.) nautas & epibatas & armamenta nauium.

Ex permutatione.) Quasi dicat necessitate esse factum. Considerabis autem, eum per mutationem de se occultasse: sed eius mentionem Midiae referuasse.

Epulum tribui praeiuit.) Quasi aliud id esset munus: ac praeceptum dedit, augenda esse munera descendendo ad singula, ut permulta esse uideantur.

Et Panathenæis choragus.) Nō Panathenorum illa impensa fuit, sed choros Mineruæ statuebant, ut & Baccho. Eorum igitur choragus fuit. Et si autem chorago necesse est epulum præbere tribui, Demosthenes tamen rem diuisit.

Pari sumptu cum Phormione & Lysihide.) Hi temporibus Demosthenis non uixerunt: sed Phormio quidem belli Peloponnesiaci temporibus. Callæchrus autem est Critiæ pater. Sed quia hi quoque classis duces fuerunt, atque eos fuisse ditissimos constat: propterea se cum eis comparauit. Postea ne quis obijceret, Proinde diues est Demosthenes? statim subiicit, Conferens de opibus non quas habebam. & hæc argutia est. Ait enim se à tutoribus fuisse spoliatū: sed tempus mutauit, ut suam liberalitatem amplificaret. Nam cum tutores dicerent, pecuniam in classem expensam esse, cum ipsi pro Demosthene munera obiret, eiusque domo: Demosthenes, tum, inquit, coepi obire munera, cum pecunia sum priuatus.

Et de ijs quæ me adultum.) In uiros relatum, accipere patrimonium à tutoribus. Tum enim bona sua recipiebant, cum ex ephēbis excederent.

Quis igitur est splendor.) Quod initio uertus est, ne ei propter claritatem & splendorem aliquid reuerentiæ tribueretur: id nūc dixit, cum ostendit ea controuersa esse. hoc amplius continet munerum locus, quam quæ antè dicta sunt, quod in illis reijcit reuerentiā: in his ei etiam inuidiam cōflat, quod opibus abundans, nihil conferat reipublicæ, sed in delicias suas sit largus & benignus.

Aedes extruxit Eleusine.) Tyrannicum crimē, & eius qui morem publicum excedat. Neque enim sinit spectari cæteras, & tenebras offundit omnibus, & aut hominū oculos ab alijs ad se trahit, uel præ huius ædificij altitudine cæteræ spectari nō possunt.

Sive aliò quopiam lubet.) Sive ad cognatos,

sive in prædia: ut ob delicias magis, quam ob religionem parasse uideatur.

Albo iugo Sicyonio.) Etiam hoc simul & deliciarum est, & tyrānici animi argumētum: deliciarum, quod & iugum, & candidum, quia tum equos alere difficile erat: tyrannicum autem, Sicyonium. Tyrannis enim parebat illa urbs, ac primi Sicyonij tyranni albis mulis sunt usi. Familiaritatē igitur contrahit cum tyrannis, iuga ab eis emendo.

Et tres ministros.) Non licebat Athenis ministrum ociosum alere. Quare alij tibiariū, alij gladiatorum fabros seruos habebant. At Midias tot ignauos circumducendo secum, tyrannos imitatur, & custoditur à famulis tanquam satellitibus.

Per forum incedit.) Delicias eius & uacordiam perstringit, qui forum turbet, & trudit obuios.

σβα.) Hoc continentis motionis est argumentum. unde à uerbo σβα Satyros appellant σβους, quod omnium animalium sint agilissimi. Et propter hoc pingunt eos cum muscarijs.

Cymbia, & rorantia pocula, & phialas.) Deliciarum insignium est signum, etiā genera poculorum curiose persequi. ἐν τὰ αὐτὴν sunt oblonga pocula cornu similitudine, sursum patentiora, in acutum desinentia.

Vt & prætereuntes audiant.) His igitur quolibet ad conuiuia prouocat. In conuiujs autem ineuntur sodalitates & coniurationes, quas demum tyrannis sequitur.

Non igitur sunt talia.) Aliquando hæc, inquit, opportuna sunt, sed semper hæc honorari nō decet: neque permittendū, ut de priuato splendore quisquam gloriatur. Pauperes enim felicitate & reuerentiā dignos putabunt, non munera obeuntes, sed delicias diffluentis.

Aut ancillas possidet.) In luxuriā & contumeliam inuehitur.

Vasa multa.) De cadis & sella loquitur.

At hercule triremem.) Distribuit munera publica in necessaria & uoluntaria: quæ munificentia nomine continentur. Cum igitur de illis eum perstrinxerit, de largitōe etiā uult loqui. sed cum ei obstet munificentia, eam resecat à reliquis muneribus, ut nudata per se infirmior uideatur, neque moueantur auditores illa splendoris Midiani specie. Ad hæc munificentiam eius deiecit pluribus locis: & ostendit nō ex munificentia, sed dolo & fraude esse factum.

Inculcabit.) continenter dicet.

Quod si timiditatis & ignaviae.) Cū ipsam largitionē nō possit reprehēdere, à cōsequen-
tibus eam destruit, et præceptū nobis tradit,
quomodo ea sint accusanda, quæ honesta
uideant. Ipsa enim culpanda nō sunt (quod
impudētiæ foret) sed à circūstantijs perstrin-
genda. Sic enim hoc loco orator fecit, exte-
nuatione à causā usus. ob timorem enim, in-
quit, uideri uoluit liberalis: Ab animo, quo
consilio: à tempore, quādo: ab euentu, quid
acciderit.

Altius (breuis autē erit oratio). Rursus uult suā
largitionē cū Midiana cōparare, propte-
reaq; tempora repetit. & cum id uideat ob
peripicuitatem facere, reuera uult ad id tē-
pūs recurrere, quo ipse illa est largitus.

In Euboica expeditione largitiōes factæ sunt.) Enu-
merat multorū annorū tributorū & largi-
tionum occasiones: quibus suā munificēti-
am Midias nō declararit, neq; in illis quic-
quam sit largitus. Quid si, inquit, nūc fecit:
causa cōsideretur, cur id facere sit coactus.

Quomodo sit largitus.) Dic mihi, inquit, mo-
dum largitionis.

Horum ē numero non fuit Midias, sed ego.) Propo-
sitū suū necessariō absoluit. Dixit enim, nō
Midia fuisse largitorē. & quasi requirat au-
ditor, Quis igitur fuerit? adiicit, Sed ego.

Et mecum triremi præfuit.) Tanquam addita-
mentū quoddā facit Philinum, secūdo loco
eius mentione facta. quasi ipse largitus ef-
set nauem, ille autem duntaxat adiuuisset.

Atqui hominem munificum.) Cur, cum ipse nō
semper sit largitus, alium reprehendit? quia
magis in eo est occupatus, ut ostendat Mi-
diā non esse munificum, * sed se illo esse mu-
nificentiorē.

Tertia sunt igitur hæc.) Fuit igitur, inquit, &
propter me munificus. Meā enim largitio-
nem est imitatus.

Hic largitus est.) A modo conatur calum-
niari. Nam quæstio quomodo, in modi cō-
siderationem cadit.

Quomodo in senatu factum.) Nō ob munificē-
tiā dedit. Largiendū enim fuisset in primis
largitionibus. & hoc à tēpore sumitur. Pos-
sumus enim in destruēdo dicere: Nihil ma-
gni fecit. Decuisset enim eū potius in fame
largiri, cum uniuersus populus periret.

Cum adesset, non largiebatur.) Cum adesset, i-
deo additur, ne se peregrē abfuisse dicat.

In senatu non dedisse.) Nondum enim aderat
metus necessitatis. Cum autem senatus cō-

sulto facto populus iussisset mitti equites,
celeriter etiā præfides anteuertit nauē data.

Progressus, largitus est.) A causa hoc sumit:
uitandī enim causa periculi est largitus.
Quātus autē fuerit metus, ostēdit. Anteuertit,
inquit, presentē * ne progressi illi, alia de-
liberanda proponerent, & sic ex largitione
Midias cogeret militare. Præfides enim
erant, qui per præconem populo denun-
ciabant: Placet ne uobis hac de re delibe-
rare? Et sine illis populus nulla dere con-
sultabat.

Vnde constat.) Vnde cognoscitur eum
militiæ fuga, non ex liberalitate largitum
esse.

Iis quæ deinde acta sunt.) Largitus enim na-
uem ex metu, ut uidit in progressu delibera-
tionis decreuisse populū, non mittendos
esse equites, sed expeditionē differri: nō cō-
scēdit quam largitus fuerat nauem, sed Ae-
gyptiū quendam Pamphilū nactus, ei na-
uem credidit. Paulo post autem, quū Pho-
cion imperator decreuisset equites per ui-
ces ad bellū mittendos esse (Midias autem
is erat, qui tum fugerat exire cū equitibus)
excurrit ad nauem, & deseruit ordinem: &
præfectus equitum creatus, imperium ne-
glexit.

Accersebat Arguros.) Si plures erant duces,
suum quisq; tempus imperabant. Cum igitur
tempus ad Phocionē uenisset imperij,
acceruuit equites, ut apud se manerent. Illis
igitur digressis, necesse erat alios exire, quo-
rum magister erat Midias.

Ordine deserto.) Hanc munificentiam ad or-
dinem desertionem redegit. et cuius ipse
rei ab Euclemone accusabatur, de ea Midia
am criminatur.

Et quorum equitū præfectus esse uoluit.) Multa
sunt absurda: primum quod ipse magister
equitum, reliquit equites. ac tum eum ma-
gistrum equitum appellauit, cum ea appel-
latio dedecus ei potius quā laudem con-
ciliabat. Deinde, quod eos reliquit, quo-
rum ipse dux esse uoluit.

Sin in mari periculi aliquid.) Illic etiā dese-
ruisset ordinem. Etiam hac parte perstrin-
gere eum conatur, in animum eius inqui-
rendo.

Sed non Niceratus.) Ne ad consuetudinem
confugeret, eam exemplis tollit, & magnā
laudem admiscuit, dicendo, charus, quasi
dicat patri similis.

ὁ ἀπαύσις.) † adolescens etiamnum & puer.

Omnino

† Orbem libe-
ris auisus
fortasse le-
git Vlpia-
nus.

Om-
tūe ut
Sed
est illis
esse ost
merui
Vtrū
facto
ne uoc
onem,
mancip
hoc eni
questiō
nim no
tate cor
uit, larg
ha dano
das exp
dam qu
nūcent
profuer
tu. Cum
deduxit
lum no
Styris
Vallis
Qua igit
gnus in
ipōdet.
uocabū
stenden
Ad ar
publica
Et mero
dre occa
alij sum
defacit
nis caus
Tome
los, & p
hil uerū
Sed cū
ex eo ce
Quo-
tiparise
nim pol
eis utim
quid ex
quod hi
stantia
munerū
uentia d
Alq na

Omnino infirmus.) Qui imbecillitatis excusa-
tione usus, alium successorē designare debuit.

Sed legitimum ordinem.) Quanta artis copia
est usus? Nō enim laude duntaxat indignū
esse ostendit ob liberalitatem, sed etiā com-
meruisse pœnam.

Vtrum uectigal & quinquagesimā.) Vis igitur
facto tuo nomē idoneū accommodemus?
ne uoca id munificentiam, sed ordinū deserti-
onem, & redempturam uectigalium, quia
mancipes à militia immunes erāt. Propter
hoc enim subiicit, Nouam exegit Midias e-
questre quandā quinquagesimā. Reuera e-
nim nouam redempturā, & uelut immuni-
tatē congregiendi cum equitibus excogita-
uit, largitionē triremis. Quia enim uectiga-
lia dantur pecunię causa, nō propter fugien-
das expeditiones: iurē adiecit, nouā quan-
dam quinquagesimā. Tamē, inquit, in mu-
nificentiam eius inquiramus: quid nobis ea
profuerit. Ratio autē hæc sumitur ab euen-
tu. Cum aliōd triemes deducerēt, solus non
deduxit. Inutilis igitur est largitio, si popu-
lum non transfrexit.

Styris.) Euboræ locus est.

Vallos & pecudes.) Obiectionem remouet.
Qua igitur de causa nauem tandem est lar-
gitus in qua uos transfreturus nō fuit? Re-
spōdet, ut pecudes & ligna adueheret.

Συζώματα.) Tabulas aptas ad fores: eoq;
uocabulo est usus, ut ad diū magnitudinē o-
stenderet, adeō ut multis indigeret foribus.

Ad argentifodinas.) Conduerat enim à re-
publica argentifodinas.

Et mercatura, nō minus.) Mutauit in rei facien-
dæ occasionē munus publicū Midias: cum
alij sumptus faciāt, ipse quæstū & lucrū in-
de facit. Negociationis igitur, non donatio-
nis causa nauem largitus est.

Tamen citabo uobis etiam testes.) Eum & ual-
los, & pecudes, & eiusmodi attulisse. sed ni-
hil uetuit quo minus etiā ciues trañcerent.
Sed cū illud in cōfesso sit, eū attulisse ligna:
ex eo colligit, homines ab eo neglectos esse.

Quod si reuera Athenienses.) Sentētia per an-
tiparastasin est usus post instantiā. Neq;
enim postrefutationes obiectionū duntaxat
eis utimur, sed in alijs etiā sentētijs, cum ali-
quid ex superuacaneo asserre uolumus: id
quod hic etiā fecit orator. Cum enim per in-
stantiā ostendisset, eum nihil publici obisse
muneris, utitur *ἀντίπαρᾶσιν*: indignū esse
uenia delictorum, &c.

Alij naualia prælia.) Ex loco eorū quæ ad a-

liquid referunt, concludit: Et quos illic no-
minatim recensuit, Iphicratē & Chabriā, ac
ceteros, eos nunc in uniuersali cōclusionē
indefinitē adducit. Peroratio enim cōplecti
ea debet omnia, quæ in cōfirmatione & ex-
ordio, & constitutionibus sunt.

Cum ubi uolet.) cū alibi, tum in theatris.

Quocunq; modo potuerit.) hoc est, Verberan-
do, & uastando, & coronas tollendo.

Iam relatam ei esse gratiam.) Quod Midias ad
reuerentiā attulit, sibi à populo honorē esse
habitū, se Parali fuisse quæstorē, se magistrū
equitū esse creatum: absurdū igitur fore, si
tantus uir ob paruā causam cōdemnetur: ea
Demolthenes præoccupādo euertit, ob ea
ipsa dicens nō dignū esse reuerentiā. Nam si
propter obita munera ignotū ei esset, et iam
ei ignotū est, & alij honores delati: apparet
ei nihil deberi à ciuitate.

Creastis istum Parali quæstorem.) Alij dicunt
Paralum esse dictam à Paralo, Periclis filio.
alij à Paralo quodā heroe, cuius etiam Peri-
clis filius simile nomē habuit, quia mariti-
mam oram nauigauit: hoc est, Asiam et Hel-
lespontū. Hæc enim mittebatur ad socios, si
quid eis Athenienses significare uellēt. Erāt
autē in principio duæ sacræ triemes: Salami-
nia, quā & Deliā uocabant: & Paralus. Post
autē etiam aliæ tres factæ sunt: Antigonis,
Ptolemais, & Ammonias, quia in ea uicti-
mas Ammoni mittebāt. Harū autē sacrarū
triemium ipsa respublica curam agebat, &
pecuniam dabat quæstoribus, ut eas cura-
rent, atq; efficerēt expeditas ad nauigandū.
ac honos erat, harum alicuius agere curam.

Cum sit talis.) & atrox & improbus.

Ac rursus magistrum equitum.) Iam antea hoc
eius imperium perstrinxit: iure igitur subie-
cit, cum nō posset. Nam si ita infirmus est, ut in-
lectica uehi nequeat: nimirum cōstat, eum
non esse idoneum ad militare imperium.

Sacrificum.) inspicientem uictimas, ne eæ
sint improbæ & mutilæ.

Βοώλυ.) Emptorem boum ad festa.

Vehi per forum.) Moris enim erat in pom-
pis & supplicationibus, ut magistratus an-
tecederent. Non igitur ob scientiam & ar-
tem honos ei est habitus: à qua tantum ab-
est, ut ne in pace quidem unquam bene in-
cedere per forum equo potuerit.

Naturæ improbitatem & ignauiam.) Creato eo
magistro equitum, timiditatem correxistis:
sacrificio & Initiorum curatore, improbita-
tem hebetastis.

Cyzicenis rapuit amplius quinq.) Sociali bello decreuerunt Athenienses, deprædari eos qui mare nauigarent, si hostium mercatores essent. Nactus igitur mercatores Cyzicenos, merces eis ut hostibus eripuit. Si uero profecti Athenas, ostenderunt, se amicitia coniunctos esse cum Atheniensibus. At Midias eatenus est aduersatus, donec persuasit, merces eis non esse reddendas. Digressi igitur, patriam suam ad defectionem impulerunt. Vtraque igitur re hominibus iniuriam fecit, tum pecunia eripienda, tum hostes eos reddendo.

Confundens.) mouens & conturbans & euertens, ne ab eo pecunia repeteretur.

Talibus latis legibus.) Alij orationes in equites habitas uocarunt leges: alij putarunt reuera latas esse leges, non opus esse equitibus reipublicæ, cui essent dedecori. Fortassis autem eò fecit, ne militare cogeretur.

Inficias ibat.) Metu enim accusationis, abiicit & omisit leges.

Cum in Thebanos moueretur.) Suscepta enim est etiam propter Plutarchum, altera expeditio.

Cum duodecim Respub. talenta.) Obiectione soluit. Ire non potuit triremis, quia non accepit à republica pecuniam ad eam reficiendam. At, hic, inquit, duodecim talenta accepit, quot nemo alius.

Sacram triremem pararat.) Ad traiciendos milites ad bellum.

Diocles.) Dux fuit, qui foedere factio bellum Thebanum composuit.

Sed equum non fuit ausus.) Proinde ad priuatum luxum est liberalis: ad publicas autem necessitates ita sordidus, ut, quanquam magister equitum, tamen equum emere non audeat.

Volo autem.) Magnitudinem concludit. Quia enim in illa dixerat Midias: Quod facinus commissum est? quis in tali re publici criminis accusasset? ideo illic confirmationi, hic perorationi congruentibus sententijs est usus: multos minorum etiam delictorum dedisse pœnas. Sunt autem exemplorum quæ adhibentur, alia per omnia similia, alia euentu duntaxat. Et similia alia minus, alia magis similia sunt. Excussit enim eos qui primi in festum deliquerunt, ac pœnas dederunt, quod proprie pertinet ad causam hanc de iniurijs. Alius, qui in Bacchanalibus. Verum orator ita concludit quasi simile, quod utrique rei festi no-

men commune est.

Et quot iam condemnarit.) Vtilissimum est, iudicibus iam cōsurrecturis, memoriã eorum refricare qui in festis deliquerunt, & pœnas dederunt, ut moueant ad indignationem.

Thespiensis.) Alij intelligunt de municipio aliquo, quasi Euanner sit Atheniensis. Alij hospitem eum putant Thespiensem e Bœotia. Licebat enim peregrinis mercatoribus, iudicio experiri ubi uellent.

Care quodam.) Insigne quiddam. Cum esset hospes qui publice conquerebatur, tamen haud est neglectus.

καταδικαστέμεν & καταδικαστέμεν proprie est iudicium pronunciantium: καταδικαστέμεν, eorum qui iudicia uincunt, & in causa sunt ut aliquis condemnetur, uerbum, hoc significat.

Cum Initijs adesset.) Fortasse festum praesidio & defensionis fore sibi ratus, prodire ausus est: atque ille, ut qui eum alio tempore inuenire non posset, iratus comprehendit.

Eo autem quiritante.) Ita concitati estis, ut multandum capite censeretis. Sed cum accusator placatus satisfieri sibi pateretur, tali pœna, si ipse ea cōdemnatione liberaretur, qua mercatorio iudicio uictus fuerat: assensu, coegistis eum desistere ab exigendo aere alieno.

Et damnum etiam resarcire iussistis.) Præterquam quod multam remisistis, & ea cedere coegistis Euandrum: cum denuo questus esset Menippus, alia sibi damna esse data in mercibus & negociatione, quod propter iudicium morari Athenis coactus esset: iussistis eum illa etiam soluere.

Vnus igitur hic ex priuato negotio.) Dicitur exemplum ex minori est sumptum: cum priuata publicis sint minora.

Nulla contumelia.) Neque enim eum uerberat, nec affecerat contumelias, sed detinuerat duntaxat, id quod non licebat. Quare laudando subiicit, Recte esse factum. Res enim optima est, legum obseruantia.

Alius aliquando delinquere uisus est.) Hoc simile est presentis causæ per omnia. Nam & cōdemnatio propter uiolata Bacchanalia facta est, Sed tamē infirmius est, quia causa in iudicium non est allata. Est igitur ab euentu infirmum, eaque de causa in medio duorum firmorum ab eo positum, Isandri pecunia multati, & Ctesichis capite condēnati.

Cum assideret filio prætori.) Cum præstò esset & adiutaret filium, ne quid homo adulescens

lescens in prætura delinqueret. Assessores enim dabantur iunioribus, qui nunc *οὐζυαὲ δεσφοί* uocantur. Nam cum prætor omnes pupillorum & pupillarum causas cognosceret, atque interdum per ætatem, dijudicandi prudentiam non haberet: dabatur ei assessor, qui in examinandis causis adiuuaret.

Attigit ut expelleret.) Verberauit quendam de federe rixantem, occupata ab altero.

Homo si occupauit sedem.) hoc est, si sedem alienam detinuit.

Si præconijs non.) Denunciabat enim prætor per præconem, modestia utendum in theatro. Si igitur, inquit, præconio non paruī, & ordinem turbauī. Imitatur enim qui-ritantis uoces.

Quæ potestas tibi datur legibus.) Non tibi assessori dederunt leges, immodestos eijciendi facultatem: imò nec ipsi prætori suis manibus id facere licet, sed mandare id debet ministris. Querri possit igitur, cur homo ille grauiter indignetur, * cum eijciendus fuisset à ministris, si illi cognouissent eum delinquere?

Et prætor ipse.) Sed pater sum, inquis, prætoris? At ne is ipse quidē prætor uerberandi potestatem habet, sed mandandi ministris, ut tumultum sedent.

Ne sic quidem pareo: indicito multam.) Quod si admonitioni ministri non paruī, me eijci-entis, decuit te mihi ut contumaci certam multam infligere.

Sed prius obiit.) Obitu suo iudicium auertit.

Cum igitur alius.) * Ad eos qui condemnati sunt. Aliud exemplū nunc adhibuit, quoniā de uno dixit, qui prius obierit, ut omnino & in tribus * alterum reperiat.

Occidistis hunc.) Hoc est firmius exemplū, quare etiam postremò est positum. Nam & in Bacchanalia commissum, & extremo supplicio uindicatum est.

Quod scuticam gestans.) Qui Bacchi festum celebrabant, imitatione comitatus eius celebrabant: alij Satyrorum, alij Bacchantium, alij Silenorum habitum imitantes.

Omnibus igitur Athenienses.) Ob Euandrum qui celsit uictoria, * id que cum uicisset, propter delictum in festo commissum. Medium autem, prætoris assessorem, tacuit.

Quia per se infirmius erat. Neque enim ullam inflictam ei pœnam dicere potuit.

Neque enim in supplicatione.) In qua ueniæ non nihil dabatur consuetudini, etiam scuticam

gestans pompam celebrauit.

Neque iudicio uictor.) Nam id quoque fuisset cum ueniā, si deditum & nexum calculo iudicum accepisset.

Neque assessor.) ut pater. Nam huius quoque nunc in collectione meminuit propter sententiam.

Sed Pyrrhum Athenienses.) Hæc exempla rebus non sunt similia. neque enim in Bacchanalia aut aliud festum iij deliquerunt, qui puniti sunt, sed ob supplicium duntaxat sunt ascita: Etiam alios quosdam ob iniurias multo minores, magnas dedisse pœnas. In superioribus autem cum eorum meminisset, qui commissa in festum delicta luerant: nunc affert in medium quosdam, qui pœnas illi quidem dederunt, sed ob alia tamē delicta. Sumpta sunt autem argumenta à minori.

ἰπποβοῦτράδλω.) reuera nobilem. Nomen factum à Bute quodam antiquo Atheniensi, qui ita uocabatur. ἰπποβός idem quod uerum.

Delatum.) Cum accusatus esset tanquā sortitus inter iudices, cū id ei non liceret. Cum enim deberet arario, ignominiosus erat.

Sin fecerit, non dixerit.) Quo plus uirium est in factis quàm in dictis, eò etiā illa grauius puniri iubet. Ac simpliciter sic facta plus ualere possunt dictis: in uniuersum autem nequaquam. Multa enim facta dictis sunt minora, ut statim in præsentī negotio, lacerare uestem multo minus est, quàm scribere contraria legibus. Quare non scribere dixit, sed dicere, ut ita ostenderet dicta factis esse infirmiora.

Nullum enim uerbum.) Neque enim nomina et uerba tantum ualent, quantum in rebus iniuria Midia.

Quæ autem eorum nulla quæ diximus.) Nunc ad commiserationis reiectionem accedit, & præcorrectione utitur, auditoris attentioris reddendi causa. Quia firmissima perorationis pars est reiectio misericordiæ. Cum autem misericordia sit duplex, duplici etiam reiectione est usus. Alteram enim domo secum efferunt iudices, qua solemus in uniuersum misereri calamitosorum, etiam si illi nihil conquesti fuerint, nec miserabile quicquid dixerint. Aliam ipsi calamitosi mouent, quiritando & plorando, & alia faciendo, quæ mouere solent misericordiam, etiam si nos primùm erga eos ultrò flecti nolumus. Primùm igitur reijcit iudicium misericordiā, qua naturaliter erga res miserabiles afficiuntur.

Est

Est Athenienses.) Cōcedens misericordem esse populum Atheniensem, persuadere uult soli Midia nullam misericordiam esse tribuendam: & ratiocinationibus utitur, sicut in reiectione misericordiae, cum de Stratone ageret.

Ego existimo.) Hæc est misericordiae reiectionis in tota causa.

Est moderatus & humanus aliquis.) Speciem posuit, ueluti ego sum humanus.

Scio equidem eum liberos adducturum.) Hæc est altera pars reiectionis misericordiae, quæ sumitur à reis. Ipsi enim sunt, qui misericordiam parare sibi studeant, per & lacrymas & orationes miserabiles, & liberis producendis. Orator igitur singulis ijs quæ misericordiam moueant, aliquid aliud opponit, quò reijciat misericordiam. & humilitati habitus Midiani, Midia uitam antea actam multo atrocioris presentis simulatione opponit: ut propter audaciam magis odio, quam propter presentem humilitatem misericordia dignus esse uideatur. Midia liberis opponere liberos non potuit, ut Stratoni: sed leges & iusiurandum opposuit, & quid ex utraque re lucri sit, examinauit.

Et quam maxime miserabilem semetipsum faciens.) Particula *ὅς* significat etiã omnino, per amplificationem. Fortassis autem hic etiam gestum & actionem significat.

Quia si nulla ratione potuisset humilis fieri.) Figura per inuersionem. Sensus autem est: Si natura ita esset infelix, ut prorsus flecti non posset, nec humilis fieri, & moderationis aliquid præ se ferre: posset fortasse quispiã culpa in naturam eius translata, remittere aliquid de iracundia. At cum alium etiam habitum possit induere: restabit, non naturæ, sed morum accusatio.

Rursus idem ille quem uos nostis.) Quid, in gestu & habitu totum defigis animum? Suspicare, ut ex metu orta est humilitas, sic ubi periculum effugerit, fore ut illum uideas arrogantem & tyrannum.

Mihi liberi non sunt.) Reiectionis misericordiae etiam liberorum, per *χωρὸς ἐστίν*. Liberos illi natura dedit, mihi non dedit. Eam igitur ob rem deteriore conditione ero, affectus iniuria? & orbis liberis peius tractabuntur, quam qui liberos habent?

Leges afferentem me.) Quid te iactas Midia liberis producendis? Possum pulchriores ostendere liberos, quos iudices magis reuerentur: ostendendis legibus, fruor eorum

beneuolentia.

Et orator iste est, fortasse.) Per hanc epilogicam obiectionem, in odium oratorum uult adducere Midiam, ne eum defendant. Nam si Demostheni, illis etiam utique maledicit. Ad hæc aliud quoque unã efficit. Ut enim in reuerentiæ locis Midiam ostendit non dignum esse reuerentia, sed se, quòd plura in rem publicam contulisset: sic etiam nunc ostendere uult, se reuerentiã summopere esse dignum, ob oratoris appellationem. Est autem reuerentiã dignus orator. Sed cum sciat multa esse discrimina oratorum, atque alium uerum esse oratorem, alium ciuilem, alium infectatorẽ, qualem etiam Aeschinem esse uult: propterea descriptione utitur, & ait: Si oratorem intelligit eum qui suadet optima, hoc est, ciuilem, accipio nomen. Sin alium dicit, qui ad gratiam concionetur, is orator ego esse nolim. Dicendo igitur, optima suadens, etiam consilia sua in memoriam reuocat, ut reuerentia maiore dignus uideatur. his autem uerbis aduocatos eius alienat, & in oratorum odium adducit Midiam.

Quales nonnullos.) Ne eos omnes sibi hostes redderet. Quapropter etiam per imminutionem à iudicibus auxilium sibi reperit, his uerbis: Et uos uidetis.

Ac neminem reprehendo.) Alia mitigatio, aliquid utile conficiens: Nunquam, inquit, uos importunè pro reis interpellauit, rogando & petendo ut conseruarentur. Nouum uideo Midia morem: oratores exagitat, cum oratorum opera studeat euadere.

At æquum qui est, nomen isti.) Hic manifestè oratores in Midiam cõcit, & potius eius accusatores facit. Præ se fert enim, se uicem suæ artis hominum dolere, quos contumelijs afficiat Midias.

Fortassis autem etiam talia.) Cum euidenter una sit obiectionis, bipertitò eam secuit ad suã utilitatem. Erat enim huiusmodi: Orator iste est, & omnia meditata dicit, & præparata. At hic primò eam diuisit in hoc: Orator est, ut & reuerentiam sibi apud iudices conciliet, & reliquos oratores à Midia alienet. Deinde alteram partem posuit, Meditata dicit omnia. & refutatione usus est egregia. Cum enim dicat Midias, Demosthenẽ meditari omnia, & orationem ultra ueritatem exaggerare: Demosthenes ait, In hac ipsa meditatione iusta sepe sum meditatus. Qui enim in easdẽ res sæpius inquirat, is etiam ueritatem inuenit, & nihil uero maius dicit,

quæ
dicit, o
Midias
nihil co
Midia
naturæ,
ste, in q
posuit.
Neg.
quit, ma
git: Na
mofther
Arbitr
alienarit
tum, & e
re ab eo
Et, Fore,
accuset.
supradic
eorum si
populo
Quibus
dias ait, N
naturam, se
fuisse ex
partim al
enim diff
dijis reli
am à pere
moftheni
naturam. A
affici con
tes uocat.
ordinum
qui idem
torem or
inquit, de
in præsid
seuerunt.
ter Atticã
tum bellu
geretur.
Deeotoru
Vi ueritã
dicat à to
diam, ut
runt: Pri
populũ, se
puli. Nihil
non interfi
dã eorũ ex
Proinde m
infectari p
timitabã
tum popul

dicit, cum sciat fore ut id conuincatur. Sed Midias ob id ipsum est importunior, quod nihil considerat, & iusto maior.

Midiam mihi dixisse orationem.) Aptum est suæ naturæ, meditari: quare etiam fatetur. At iste, inquit, occasiones dedit, orationem composuit.

Neq; is qui iusta sollicitè meditat.) Et quid, inquit, magni fecit, si Demosthenem perstringit? Nam & populus uniuersus unâ cū Demosthene perstringetur.

Arbitror autem eum nec à populo.) Cum ab eo alienarit iudices, & Arcopagiticum senatum, & equites, & legiones & duces: alienare ab eo studet uniuersum etiam populum. Et, Fore, inquit, arbitror, ut etiam populū accuset. Arguta est autem sententia. Si enim supradictis omnibus est conuiciatus, neq; eorum suscipere inimicitias dubitauit, ne populo quidem parceret.

Quibus militandū fuisset, eos mansisse domi.) Midias ait, Non à uero populo se esse condemnatum, sed partim à defertoribus: qui, cum fuisset exeundū in bellū, in urbe manserunt: partim ab ijs qui ordines deseruerint. Qui enim dispositi fuerāt in præsidijs, eos præsidijs relictis tunc interfuisse cōcioni: atq; etiam à peregrinis quibusdā et ludionibus. Demosthenis, quos is aluerit, se ait esse cōdemnatum. At hic, uniuersum ab eo populū ait affici contumelijs, quos saltatores et hospites uocat. Et quid miri sit, inquit, defertorū ordinum crimen impingere mihi Midiam, qui idem crimen populo obijciat, & desertorem ordinū uocet? Nam et qui militare, inquit, debuerunt, domi manserunt: & qui in præsidijs collocati fuerant, custodiam deseruerunt. Præsidia autem dicit ea, quæ inter Atticā fuerunt, et Bœotiam. Cum enim tum bellum propter Eubœā cum Bœotijs gereretur: necesse habebant Athenienses, Bœotorum cauere irruptiones.

Vt uestrum ij sciunt qui adsuerunt.) Quis fit cum dicat à toto populo condemnatum esse Midiam, ut rursus dicat, uestrum ij qui adsuerunt? Primum, quia uerba fiunt non apud populū, sed apud iudices, qui pars sunt populi. Nihil igitur prohibebat, eorū aliquos non interfuisse. Deinde fieri poterat, quosdā eorū ex ijs esse qui in Eubœa militarāt.

Proinde maledicens.) Proinde solitum ei est insectari populū. Dum enim animosæ parti minitabatur, & terrorem incutiebat, se totum populum oppressurū autumabat,

Quamobrem ridiculas esse hasce lachrymas.) Proinde ridiculæ sunt existimandæ istæ lachrymæ. Quis enim fieri possit, ut qui toti populo insultet, ei ut humili, misericordia tribuatur?

Quid ais, o nefarium caput.) Vide ut pro populo indignetur, & tandem per occasionē in Midiam inuehat: *O nefarium caput*, inquit. Non ne uerò nefariū, quod patriæ insultat?

Magnum sanè principatum.) Si in uita improbus impune insultasti ciuibus, et nunc ea cōsequens, quæ modestis tribuuntur, impetrata misericordia: magnum imperium obtinisses, uel artem potius exercuisses.

Adeo breui tempore.) scilicet, in dicēda causa.

Duas res maximè contrarias.) inuidiam & misericordiam.

Cum Olynthum profecti sunt.) Id est huiusmodi: Plura auxilia Olynthum miserunt Athenienses singulatim. Postremæ igitur expeditionis milites, cum audissent, Olynthum esse captā, retrò redierunt, et rursus in Thraciam abierūt. Eos igitur Midias accusabat.

Aduersus eos qui egressi erant.) In fine, omnium odiū ei accumulatur. Etenim nemini parcat, inquit, sed audiente populo eos calumniatur qui foris militant. Rursus populum accusat, cum apud eos differit quæ foris sunt, & quia uniuerso populo simul factam esse contumeliā ostendere non potest, in tempora distribuit: et ait, cum Olynthum traiecissent, eum illos qui traiecissent, accusasse.

Mibi mediusfidius.) Per deos hos tanquā cæterorū præstantissimos iurant: per Apollinem, quem solem esse dicūt: per Mineruā, quam lunam: per Iouem, qui contineat uniuersum. habentur autem hi apud Athenienses in honore maximo: ille patrius, hæc cognominis. hic urbis custos, & consiliarius, & Phratrius, & amicus, & sufficiens.

Dicitur enim, siue dixisse, siue tacuisse præstat.) Cū arcana quædam sit dicturus, se dubitare simulat. Rumorem enim, inquit, spargente Midia, se transegisse mecum, multi eorum qui uidentur familiariter cum eo colloqui, agrè ferebant. At prodere amicos, non decet. Tanquam enim secretò id indicabant. Tacere autem omnia, non expedit. Quid igitur fecit? ut ostenderet eum amicis suis esse inuisum: ij qui essent, tacuit, ut ne susciperet odium eorum qui dixerant. Improborum enim hominū est, amicorū malis insultare. & defensionem eorum cum iureiurando adiecit, his uerbis: Ac mediusfidius omnino illis

nino illis ignoscendum est. Factum Midiae agrè ferūt, siue inimici mihi fiant, siue non fiant, qui dixerunt.

Cum se transegiſſe paſſim diceret.) id est, menti retur iactādo & uerba faciēdo: redijt mecū in gratiā Demosthenes, liberatus sum inimi citijs: propulſatū est à me criminū periculū.

Eorū qui ſuauiſſe admodū cū iſto colloquuntur.) Ne quis diceret: Quid igitur, ſi inimici gauiſi ſunt: adiecit, eorū qui omnino familiariter cum iſto colloquunt. Quare etiā iureiurando fuit opus, ne quis ei diffideret de amicis talia dicenti: & præter iuſiurandū à reb. etiā iſtis petitas probationes adijcit.

Sed & diues eſt ſolus.) Non ſolus diues eſt Midias, ſed ſolum ſe eſſe diuitem gloriatur. Id uerò moleſtum eſt.

Si abſolutus fuerit, quid facturū putatis?) Magnus eſt impendēs metus. niſi iudicijs caſtigatus fuerit, arcem occupabit.

Vnde autem id cognofcatis.) ſcilicet, qualis futurus ſit, ſi abſoluat, dicā: quo animo ſit futurus, ex ijs conijcite, quæ iam facta ſunt.

Quis enim eſt qui.) Ab omni parte cauſam eſſe unimembrem, uult oſtendere.

Non ob idipſum ſe abdidiffet.) Si eum feciſſet totius cōdemnatio populī uerecundioſem, laudaretis: ſin ex illo tempore factus eſt importunior, quid erit quod eum emendet?

Ad iudiciū uſq; tempus.) quoad finitū eſſet diſcrimen. Eſto, modēſtiæ ſtudere per omne æuum nō poſſis: quietū te uſq; ad iudiciū cōtineto: Suffoca propter neceſſitatē audaciam, ratione cōpeſce ultionis audaciā. Terge interim timore improbitatē, donec ſecuritatē uideris.

Eligitur aliquis, Midias Anagyraſius πλοβέλας.) Aut ipſe omnino iſ eſt, qui eum qui creatur deſignat: aut, cū uos aliquē creare uultis, ſe metipſum illius loco deſignat. Oſtentat em̄ ipſe ſeſe, tam eſi à populo minimē deſideretur, & ſemetipſum in magiſtratus intrudat.

Plutarchi hoſpes eſt.) Amicus eſt, & bene cupit tyranno, atq; etiā ſecreta nouit, quæ iſ in Atticā molitur. πλοβέλοι aut uocabātur, qui à ciuitate legebātur ad excipiēdas urbiū legationes. ἀποβέλοι, qui in bellis amicitia inierāt. ἰδιόβέλοι, qui aliquorū hoſpitijs utebātur. Dicendo aut, eum Plutarchi eſſe hoſpitē, duas res eadē opera cōficit. Si enim Plutarcho familiaris eſt, amicus eſt tyrāni Midias. Sed et Eubœā ad defectionē impulit Plutarchus: Midias igitur eſt particeps defectionis.

Secreta nouit.) Euidētius tyrannidis crimen. Nam ſi Plutarchus reipub. inimicus,

populo inſidiat: Midias aut eius ſecreta nouit: certē cum Plutarcho potiri rerum uult.

Vrbs eum non capit.) Viſitatū hoc eſt Demostheni, dicere in exceſſibus, ut in Philippiſis: Neq; Græcia, neq; Barbaria cupiditatem hominis capit.

Aut me non eſſe læſum.) Ethopœia uti, quæ ipſum Midia oſtēdit, tyrannidē ſignificare. Proſiteri enim ſe nec accuſationes nec iudicia pertimeſcere, cuius eſt alterius niſi tyranni?

Qui nunc ō Athenienſes.) Ne uideri quidē ſuſtinet timere populum, eſi reuera timet.

Nihil curare uos.) Hoc ei animū tyrannicū circumdat.

Eum non decies interfectū oportuit.) Magnitudinē ſupplicij, Midianis argumentis auxit.

Diues, confidens, ferox.) Ea etiā quæ uirtutes uident, in uitia cōuertit ordo nominū. Diues enim, rerū mediārū eſt: ſed audacia adiuncta, uitū id fecit: ſimiliter μεγὰς φρονεῖν, laudabile eſt. ſic igit quodā magnanimos uocamus. Sed uiolētus & impudēs adiuncta, non magnanimitatem, ſed potius ſuperbiam & arrogantiā eam rem efficiunt.

Vbi comprehendetur, nunc.) Acerbiſſimā ſignificationē dedit his uerbis, ubi cōprehendetur? Nam ſi prius occuparit arcē, ubi eum porrò cōprehēdere poteritis? Ac apertē quidem eū accuſare tyrannidis nō poteſt, ob criminis magnitudinē. Scit em̄, populū omiſſa cōtumeliæ queſtione, cōuerſum iri ad argumēta de tyrannide. Quæ cū perſpicua proferre nō poſſet, in periculū deuēturus erat per ſignificationes et ſuſpiciones. Simul igit cauetū ne ipſe capiat, tū ut in odiū adducat inimicum. *Atqui ego ſi nulla de cauſa.*) Omnibus ijs quæ inſunt Midiaē deſtructis, & undecūq; ea inutilia eſſe Athenienſib. poſtquā oſtendit: uult eius orationes etiā oſtēdere, eſſe odioſas & moleſtas.

Quibus temporibus.) malis.

Quod ſi res bene geſta nunciatur.) Tyrannicū eius animū igit perſtringit. Proſperis enim populī rebus nō gaudere, eius eſt qui felicitati inuideat. Gaudere aut aduerſis, eſt propriū tyrāni. De eodē accuſat etiā Aechinē, ſed illū nō ut qui uelit occupare arcē, ſed qui ſummā rerū ad Philippū trāſſerre ſtudeat. Perſona enim crimine erat humilior. Sed Midia, ut qui ipſe dominari uelit, criminaſ.

Et ſilentio fruens.) Affectū cōmemorat humanæ naturæ cōmunem. Quotquot enim premuntur malis, cōtrahuntur ad tranquillitatem, & tacere coguntur. Quapropter & uos conuicia toleratis,

Tales

Tales enim estis.) Locus est odiosæ & contumeliosæ responsionis.

Neq; pecuniam putatis conferendam.) Quæ ab omnibus diuitibus ad populū dici solebāt, de ijs solum accusat Midia. Accepta enim clade in bellis, diuites plebeios inculabant: nos nostro functi sumus officio, triremes instruximus, pecunias contulimus. Vos nimirū in culpa estis, qui eadē facere nolulistis.

Per occasionem detegere.) Proinde bonis temporibus celat odiū: sed cum afflictam uidet rempub. id profert quod haecenus delituit.

Talis enim es Midia. contumeliosus enim es.) Quē admodū in Midia, ethopœia usus, eum sub sua persona fecit Atheniēsis insultantē: sic rursus et de iudicibus eadē fictione usus est, ut faceret illa iudices ad Midia dicētes, quæ ipse uult. Imitemur, inquit, Midia contra Midia, & ipsius oratione in parentē orationis utamur, et eadē reddamus quā attulit.

Et opitulabuntur defensores eius.) Caput hoc in fert κατ' ἀπόστασιν, id quod in perorationib. facere permissum est, quia comatis cōstant, & dissoluta sunt. Sed tamen orator per conjunctionē ea copulauit cū antecedentibus. Et si enim sententijs sunt auulsa, consequentia tamen obseruat. Vult autē hoc loco rescare Midia aduocatos. ac primum Eubulū petit, quē ante alios aduocatos posuit duabus de causis: quod & is unus lōgē alijs antecellebat, et quod magis eū formidabat, q̄ ceteros uniuersos: & quia res priuatas dicendas habebat, quæ ab alijs * copijs orationem separabant.

Non sic huic est gratificandū.) Obiectionē soluit, quo pacto modō dixerit, Midia amicū esse neminē, & nūc uiros clarissimos dicat eius esse patronos: quod non ei gratificari uelint (ac iusiurandū adiecit, quia dissimile ueri uideat, ut aduocatus reo nō sit amicus) sed insultare mihi.

Sive ego aiā, sive negem.) Bene per dubitationem protulit, ut ostenderet Eubulū autorē esse inimicitiarū. Si enim Demosthenes inimicitias non confiteat: satis constat, Eubulū esse principem simultatis.

Et uim facit non rectē.) Obiectionē resecurit, Quid si à te lesus, tuē inimicitias? At hic, uim facit, inquit, et non rectē. utrumq; autē est auspiciantis, & iniuriā facientis.

Sed ferē fit ut immodica felicitas.) Aliam obiectionē soluit. Cur igitur inimicus tuus esse uult, nihil à te lesus? q̄ nimirū est fortunatus: & aliam attulit inimicitiarū causam, felicitatem. Diuites enim dū uolunt insultare pau-

peribus, & cōtumeliosi fiunt, & intolerabiles. Quin aliud etiā cōfecit dicendo: nimia felicitas. Ostendit enim non ob uirtutē florere Eubulū, sed fortunę beneficio.

Nam cum ego.) Rumorē de cæde dicit. Eubulus enim erat qui accusarat Aristarchū, & eodē crimine Demosthenē inuoluerat. Sed perinde apertē nō dixit, ne rursus mentionem eius rumoris contra se renouaret.

Nec dimittentē dimittit.) Ostēdit, Eubulū sibi potius debere gratiā, q̄ dimiserit eū, & non exegerit pœnas de sibi factis ab eo iniurijs.

Sed in alienis etiam causis.) Perstringit Eubulum ut litium amantem, et operam suam uenditantē. Alterutrum enim hinc eueniet. Aut enim ne talis esse uideat, Midia defensionē omittet, & orator uoti sui cōpos fiet: aut, si ascendere fuerit ausus, suspectus erit, et ab oratore iā antē adductus in calumniā.

Nec communi legum præsidio.) proinde tyrannus est Eubulus, qui legum uim destruat.

Et maior quā unicuiq; uestrum expediāt.) Nomē duntaxat tyranni tacuit, sed actiones ei tribuit, & populum imminentis periculi metu perculit.

Præterea præsto fuit Atheniēses.) Postquā per facta eius subindicauit, tyrannū esse eum, & antē perstrinxit: tum demum apertē ad ipsum quoq; nomen uenit.

Et citatus nominatim.) Multa simul conficit, tum Midia semetipsum condemnasse: tum nullā Eubulo esse causam, cur Midia patrocinet. Nā et uocatus est, neq; id simpliciter, sed cū efflagitatione: et adfuit, et sedit, et spectauit ea quæ fiebant, & tamē non surrexit.

Nunc autem quoniā ei similtas mecum intercedit.) Dum orator patrocinijs causam criminatur, ne quis putet illū iniurijs affecto adesse, cōfirmat suspicionē à tēpore. Verū causam aliā pro aliā posuit. Nā cum Eubulus posset dicere, se tum quidē nō surrexisse, quod in tumultu populi patrocinijs suo nihil efficere potuisset, nunc autē ad iudiciū se stitisse: orator aliam causam dixit, eum tum non patrocinatū esse, quod sciret Midia iniuste facere. Nunc autem suffragari, ad insectandum Demosthenem.

Ne uerò quisquā in populari sit imperio.) In oratione cōtra Aeschinē eadem penē uerba de Eubulo usurpauit: Ne mihi euadat, neq; uerò pereat quisquam, &c.

Vt autem ille nō det pœnas.) Distributione usus est, cum uellet ostēdere magnā esse Eubuli potentiā. Nam si hæ sunt eius uires, ut possit efficere, ut alius insultet, alius nō det

pœnas: magnus omnino est & potens. At qui de uno Midia utrūq; est dictū. is enim est qui & insultarit, & ob Eubuli patrociniū pœnas non sit daturus. Verūm si singulari numero extulisset, nō magnā ostendisset Eubuli esse potentiā. Quid enim admirabile est, unum ciuē eripere supplicio: nūc autē cum rem unā in plures partes disseuerit, potentiā Eubuli exaggerauit.

Sed si mihi nocere stude.) Hoc modo ostēdit causam etiā simultatis ab Eubulo esse ortā. Si enim ei propositū est malefacere, ipse etiā is est qui sit auspicatus.

Nam ego quidē deos testor.) Suspicionē negat. Etenim ex maleuolētia inanē de se rumorē esse sparsum asserit. Iurē igitur ignorat, quā de causa Eubulus se oppugnare decreuerit.

Potes id quidē, & repub. administras.) Verbū Potes, tyrānicū est. Sed quia tyrannidis eū accusare uerē, adiecit, *& repub. administras.* Proinde potentatus est tua administratio.

Legibus autem quamcunq; uoles.) Forma exceptionis argumento hoc usus est. Neq; uerō mirum uideri debet, in peroratione aliquid exceptioni simile incidisse. Hæc enim exceptio nō est propositæ quæstionis, ueluti contumeliæ, uerberū, publici criminis, sed eorū quæ causam extrinsecus lædūt. Quia enim Eubulus defendēs Midiam, ei grauius incommodabat, uti exceptiōe aduersus eū in hanc sententiā: si quā tibi à me iniuriā factā esse putas. diē dicito, accusato: uerūtamen eos qui iā accusati sunt, noli eripere piculo.

Quibus aut in rebus ego cōtra leges sum uiolatus.) Inuidiā ei mouet, si quidē penes eum sit, eos etiā qui iam accusent. eripere: simul etiā iudices ad cōtentionē cū Eubulo suscipiendā cōcitāt. Nā si ille in ea suspiciōe fuit, quasi reos eripere supplicio posset: satis apparet fore ut aduersent, et Midiam cōdemnent, ut ostendant penes se esse autoritatē & absoluenti, & puniendi, nō penes Eubulum.

Audio porro & Philippidē.) Absoluta illa parte de Eubulo, quod erat insignius: ad ceteros aduocatos progressus est, quorū & minor erat autoritas, & qui non eandem orationis modestiam postulabant.

Qui postulet id sibi dari beneficiū.) Acriter omnino, quasi dicat, non negamus necem cōmeruisse Midiam: scimus eum iurē sublatū iri ē medio. Sed in nostrā gratiā hoc faciendum est, nobis est salus eius condonanda.

Pecuniam autem ei.) Quid ægrē fertis id sus-

fragiū, quod leges ferunt: si molesta est Midie facultatum creptio, rursus eum post publicationē facito diuitē, impertire ei de tua pecuniā, ut et iudex legum obseruans, et tu beneuolentissimus amicus esse uidearis.

Qui existimationem consecuti sunt.) Virtutem apud eos, aut honesti aliquid nemo inueniat, sed propter opulentiam aliqua est de eis excitata opinio.

Non esset æquē grauius ferēdum.) In memoriā hæc reuocat, ut in eadē sententia persistant. Absurdū enim est principio indignari: nūc tot criminib. demonstratis, esse negligentē.

Blepæi argētarij.) ars em suspiciōne affererat.

Hoc illud esse.) quod rursus sperabamus facturum esse Midiam.

Vestē.) Tunica uestis est breuior. Per uestem autem hoc loco palliū intelligi debet.

In sano autem.) ut locus ipse quid iustum esset, docere potuisset.

Et eos qui adfuerunt.) Contumeliam uelut in cōmuni Græciæ spectaculo dicit esse factā.

Neq; ut Aristophon.) Is cum tributorum exactor esset, sibi decimas Mineruæ retinuit, unde coronæ faciendæ, & diuæ Atheniensium consecrandæ erant. Accusatus autem ab Eubulo, antequam in iudicium ueniret, coronas dedicauit, atq; ita sublata est actio.

Eo quod nihil eorū quæ fecit.) non potest Midias contumeliam mihi factam, & inflictas plagas, reuocare.

Neq; animo suo insultabat.) nam manu quidē Demosthenē, sed animo omnes. Cū enim ego orator uapularim, quomodo uobiscum ageſ, qui minus uos ulcisci q̄ ego poteritis?

Primum deinceps.) primū cæterorū post me.

Sed quā longissime antē.) Dū à periculo procul abest, quisq; caueat.

Postquam iudicium surrexerit.) Locum pro ijs qui in loco sunt, ueteri more posuit.

Neq; circumspiciens.) id quod faciunt qui sibi metuunt.

Sive ducentos, sive mille.) neq; enim ob multitudinē, sed propter leges ualent.

Exclamarit.) dicens, o leges.

Et neq; publica munera.) Propter instructionē triremis.

Neq; uirum.) propter Eubulum.

Neq; calliditatem.) propter aduocatos & imposturam hoc dicit.

Ac maxime in Dei gratiam.) Necessariō sub finem orationis, Dei meminit. Quandoquidem res diuinæ humanis præferuntur.

ANDRO

ANDROTIONIANAE DEMOSTHENIS ORATIONIS ENARRATIO, HIERONYMO Vuolfio interprete.

TIONIS ENARRATIO, HIERONYMO Vuolfio interprete.



Quod Euctemō, etc.) Hęc post Philippicas prima est oratio publica. Accusator autē fatef inimicitias, ut qui prius affectus iniurijs, accusationē ulciscat. Ne uerò uideat solus ut rixosus accusare, ostendit etiā aliū esse lesū. Primas em partes egerat Euctemon, & secundana est Diodori oratio. unde etiā cōstitutio est omiffa. Sciendū autē est quib. in reb. dissimulari potest, negandū esse nos ex inimicitijs accusare. Vbi autē similtas palām est, eam cōfiteri prestare, ne in manifestis mēdacij cōuincamur. Ait igit, Legislator Euctemō mihi extitit, pareo auctoritati eius, imitor magistrū. Plena autē humanitatis est clausula illa, Si modō potero. Non enim dixit: omnino cōfido me de eo pœnas sumpturū, sed operā dabo, si modō possim.

Quod Euctemō.) Cōparatione tractatū est exordiū, eaq; de causa factū, plixius. cōfert em suas iniurias cū ijs quæ Euctemōni acciderant. Eius enim pecunia facta sunt insidia.) Quia peculator pecunia mulctatur, & rem familiarem amittit: propterea sic dixit.

Et ut à uobis per iniuriam repulsam ferret.) Quia deiectus est magistratu & exactiōe tributorum. quare etiā dixit, per iniuriam.

Commenta.) Ostendit calumniam. Cōmunicimur enim ea quæ non sunt.

Quæ uel dicere.) Vide artem clausulæ, quæ uel dicere. Dum enim abhorret & recusat dicere, se infontem esse clamat.

Patrē.) Hoc & quæ sequuntur, particulatim sunt proferēda, ut ostēdat absurditatē. Nam, ego ipse meū, maximā ostēdit reuerentiā: qui nec alterius patrē occidisset, occidisse meū qui potuiffem? magnum enim habet incrementū reuerentiæ. & uerbū, commentus, suspectū est, & simile priori. Ratio autē impietatis in defunctos talis fuit: Nō potuit Androtion Diodorū accusare parricidij, cū interfecti cognatus nō esset. Illis em solis accusandi potestati dabāt leges. Reū igit facit fratrem interfecti, Diodori patruū impietatis, q; eius q; patrē occidisset, cōsuetudine uteretur, cū occisi fratris necē uindicare deberet.

Quem si occidisset.) Quod multa etiā talia in iudicijs credant, etiā si uera nō sint: & sententiā ipse fert, * tanq; qui nō pbare nō possit urbes, si non receperint. Ego igit, inquit, quia futurum erat cōuicto patruo, ut & ipse reus peragerer, et periclitarer: aut, quia adiutabat patruū, hominem senem & aduoca-

to indigentē. Verbū ego, emphasin habet, quasi dicat: ego homo indoctus & imperitus rerū, iure nixus superauit artificē istum.

Etiā reliquo tēpore.) quasi dicat, Immortalis ero eius qui me prior læsit, accusator. Ex eo autem quod tantopere indignatur, magnitudinem eorum quæ sustinuit, declarat.

Vobiscū.) q. d. qui unā læsi estis. Quia uerò ait, quæ Euctemō reliquit, dicā: ne obijciat, eum ideo quod inutilia sciret, ea preterijisse, subiicit: quia sunt utilia uobis auditu.

Ego enim si uiderē.) Hęc sunt exordia et quedā sententiæ ante cōfirmationē, quib. Androtionē criminat, ut decipiendi studiosum, ne ipse id qd culpat, facere uideat. noui artē, nō ignoro dolum q; usus est. Ideo premoneo ut caueatis. Auspicat autē criminationē Androtionis post exordia. Cōstitutionē em oratio nō habet, eò q; notū est argumentū auditoribus. notatu dignū est in hac calūniā, q; ipse decepturus auditorē à qualitate psonę cōtrariā opinionē cōcitāt. Cū enim haberet celebrē personā, & à puero notā aduersarij, ex ea calumniā arripere conatus est. Id em facit, ut auditorū suspicionem à se amoueat. Quis em nō existimet auditorū, eū qui sit dicēdi facultate superior, eundē et ad fallendū esse paratiorē, q; imperitū causerū et dicēdi?

Et omnem uitam.) Ad institutū post aggressionē fraudis transit: omnē, inquit, ætatē cōsumpsit in fraudib. dextrē cōcinnandis. Insignis enim est inter Isocratis sodales.

Lex est.) Hic obserua dispositionē oratoris. Neq; enim natura rerū hunc requirit ordinē, sed oratoris solertia uires legis emouit, eamq; collocatiōe reddidit inutilē. Id qd dico, est huiusmodi: Senatus, ut lege de nauib. per Diodorū allata iubetur, triremes nō fecit: ergo muneris nō est capax. Ad hoc statim respōdet Androtion, legē esse aliā quæ iubeat, si senatus ita se gessisse uideatur, ut munere sit dignus, gratiā ei referri à populo. atq; ita equo Marte pugnatū erāt inter se leges. Ideo anteuertit orator, & neruos incidit, atq; illius legis inutilē esse mentionē ostēdit. Quia enim frustra hic positū est, et propter dictū usum: uidelicet, ne secundā legis recitationē auditor requireret: nullā obiectionem, aut pugnam, aut contradictionem usurpauit. Aliter. Hoc surripere est causam auditoribus. Legem enim quam iure opposuiffet Androtion, Demosthenicæ subiunctam, cōparat cum cōsuetudine,

natura rerū id nō admittēte, sed uī oratoris artē loco mouēte. Nam captio ex collatiōe sumit. Sed recitetur Demosthenica oratio: *Lex est, nisi fecerit triremes senatus, ne corona donetur.* Proinde hanc soluit Androtion, & aliā ipse opponit, quæ iubet: *Si senatus ita suo munere functus sit, ut meritis coronam uideatur, ut populus ei præmium tribuat.* Sed ne æquo Marte pugnent hæc duæ leges, propterea necessariò earū ordinē loco mouit, solertia & arte opposita scripti robori. Eaq; de causa in primis pstringitur Androtion, ut is impostor esse uideatur, nō Demosthenes. Esse porò captionis gratia positā legē, & mentionē duntaxat eius factā, ne secundā eiusdē legis examinationē reqreret auditor, ex eo cōstat, q̄ nullā prorsus obiectionē, aut contradictionē, aut pugnam ualidā adhibuit contra ipsam legem.

Hæc quærebat.) Secunda pars hæc est obiectionis. Nihilominus tamē callidē tractata est, q̄ prior. Ipsum enim Androtionē confidentē exhibuit, rogatū esse populum & lata suffragia, ut rursus hanc partē obiectionis, ad obiectionis alterius refutationē obijceret. Post enim ponet: Ego uerò si postulati dedissem, cōtraria legi dixissem, ut uideatur ipse Androtion pugnare fecit, qui hic dicat rogasse præsidē, alibi rursus senatū petisisse neget. Ipsum em̄ suis coargui uerbis de petitione, cū rogatio quodāmodo etiā petitio sit. Postea refutatio subiuncta est, nō ad aliquā partē, sed ad uniuersam sententiā obiectionis pertinēs. Si consentaneū legi decretū scripseris, hac ratione potius senatus fieri debuit: ut uideatur legē excutiēdo, excludere Androtionē secundā legis mentionē. Superuacaneū enim uidebitur auditoribus, cū in aliū usum legē adhibuerit, adhuc eiusdē legis meminisse. Legitimū autē adiecit orator, tanquā ab Androtione diceretur, ut copiā haberet refutandi. Solet autē id facere. Ac dictio quidē hæc ad totā pertinet sententiā, hoc modo: *Si ex lege scripsisti, ea ratione magis fieri senatusconsultum debuit.*

Dicit autē.) Callidē tractata est præsens obiectionis. Cū enim consentanea priori uideatur (nā accusante Demosthene, cur tandē citra senatus autoritatē decretū sanxisti?) aptè respondet Androtion, morē esse talē. Orationem autē ad absurdū reducēdo, eum distinctius dicentē facit, quēuis senatū hoc modo accepisse: deinde adijciēdo, & nulli unq; senatui senatusconsultū esse factū: ut auditor ex ijs quæ nouit, dicentē oppugnet. Quis enim ferret Androtionē dicentē: nulli tēpo

ribus superioribus senatusconsultū esse factū? Neq; enim cōsentaneū erat, cū lex extaret, ne q̄d decretū citra senatus autoritatē fieret, quemuis senatū, qui unquā antè accepisset, citra senatus autoritatē accepisse: cū ipse sciret, sæpe etiā senatuscōsulta esse scripta. sed si obiectionem uera dicentē posuisset, iam quendā etiā senatū hoc modo accepisse: ipse obiectionē irrefutabilē sibi fecisset. Quo pacto em̄ refutasset? aut tamen si refutasset, parū firmē tamē id factū esset. Quia uerò sciebat, id in aliquo senatu iam accidisse, propterea distinctionē ad uniuersum tēpus retulit, & ad quemuis senatū: dicēdo, nulli unquā senatusconsultū esse factū, ut auditorū testimonio absurditas refutetur. Vnde etiā in refutatione distinguere ac dicere ausus est: ego uerò eū arbitror haud uera prædicare.

Veruntamen.) Quoniā hoc in aliquo senatu accidisse sciebat, hoc posuit, ab ipsa negotiorum natura coactus: & cōparat hic cōsuetudinē quorundā cum lege, & ostēdit, scriptū cōsuetudine esse firmitus. Tamen em̄ factū sit, apparere tamen non rectē esse factum.

Iam de lege.) Aditus ad secundam legem de nauibus.

Lex, inquit, non sinit senatū postulare præmiū.) Huic cōsentanea est illa, ut diximus, quā supra obiecit orator, quemadmodū annotauimus, esse legē quæ iubeat, si senatus ita suo munere functus esse uideatur, ut & cætera. Fecit autē Androtionē hic cōtentiosius contra legē Demosthenicā pugnantē, ut abducat animū tū aduersarij, tū auditorū à mentione firmissimæ legis. Est autē quadripartita obiectionis, cuius prima pars est contra Androtionē. Fatetur enim nō licere senatui postulare præmiū, triremibus nō factis. Quamquā autē absurdū uidetur, ut aliquis ipse ea dicat quæ sibi incōmodent: sed tamē quia uoluit suū firmamentū confessum reddere, ob eam rem aduersarij testimonio utitur. Deinde quia uidebat hominē dicendi artificiosum, esse cōtentiosum (hoc enim in priori hominis calūmnia dixit), propterea nō absurdū putauit, tribuere ei cōfessas etiā orationes: ut uideret dicēdi artifex, ex ijs ipsis cōfessis, quæ tamē propter artē se superaturū putaret. Altera pars est, nullq; tamē, inquit, uetat dare populū. Hoc sumptū est à sententia legis, ex prætermissō, q̄ utentē facit legis loco Androtionē, propter artē qua polleat. Sophistę em̄ est ea que posita sunt ommittere, ac dare operā, ut cōcludat ex ijs quæ posita nō sunt, Tertia pars est: Ego uerò, si. &c. Ac primam

primā quidē obiectiōnis partē non soluit, quōd à se, non ab Androtione faciat. Quia enim cōfiteatur Androtionem, nō licere senatui prēmīū postulare, nisi triremes faciēdas curarit: quid cōtra hoc dicit Demosthenes, nisi illud, senatū petiisse? Id autē rursus conatur ex ipsius Androtionis uerbis demonstrare, quæ tertia pars erat obiectiōnis, cū prima propositiōe cōiuncta. Nam tertia pars quædam quasi cōfirmatio est propositiōis. Quæ autē est propositio? Lex nō sinit senatū prēmīū postulare. Tertia autē est: Ego uerō si de di postulāti, cōtra legē dixi. Hanc primam propositiōnē dissoluere aggressus est. Dissoluit autē primū à qualitate, præsides senatus tum fuisse, & qui iuberet ac cōprobaret præfectū illius tēporis senatorū. Deinde per ratiocinationē: Quōd si rogarūt, & ferendi suffragij dedere potestātē, constat eos id ad munus impetrandū fecisse. Deinde per demonstrationē ex ijs quæ acciderūt: Ad hæc autē accedūt ea de quib. Midiam accusauit. Deinde quoniā ea ipsa quæ acciderāt, probationē aliā requirebāt, auditorū ea testimōnio cōfirmauit: & refutatiōe absoluta, reuersus est ad secundam obiectiōnis partē, quā prætermiserat, eō quod prima propositio obiectiōnis, cognata esset tertię. hic autē refutare conat. Est autē refutatiōis secundæ obiectiōnis partis hoc principiū, *lam nec populū sinere dare, &c.* Adiecta tamē est causa etiā, cū alterā obiectiōnis partē nō suo loco refutaret, sed tertiā prius. Nam quia nō licere populo dare prēmīū, nō poterat ostendere, nisi prius ostendisset senatum petiisse: propterea cum primū docuisset eum petiisse, postea subiecit nō licere, quōd populus coactus aut deceptus postulatione, tum dederit propter eos qui postulassent, cū id non liceret, tū nō spōte dederit. Proinde illud, *De lege igitur quæ apertis uerbis uetat*, hæc à Demosthene affertur propositio. Sequēs autē cōtraria propositio, quæ & obiectio est, ab hoc loco incipit, *Lex, inquit, nō sinit senatū petere prēmīū, &c.* Sciendū autē est, si quis prior orationē afferat, ei bifariā probatiōes esse distribuēdas, ac primū suas proferēdas probatiōes, pōst autē et refutatiōes earū omniū, quæ allatæ fuerint ab aduersarijs. Sed aliter potius dicamus. Quadrupelex ferē confirmationis natura esse deprehēditur, si quis ipse prior habeat orationem. Vna enim pars princeps est, qua quis suas cōstituere propositiōnes conatur. Altera, qua ea quæ sequūtur & comitātur has, ut improbabilia, aut ut cōtraria dissoluere insti-

tuimus, ut firmiores fiant propositiōes. Atque id sit cōfirmationis ergō nostrarū propositiōnū. Iam grauius oritur certamen aduersus ea quæ ab Androtione ad firmamenta nostra præcipua euertēda, uicissim intenduntur. Ad iūmēto est igitur id Euctemonis orationi. Cum enim reiecerit ea quæ ad euerfionē principalīū argumentorū ab Androtione afferūtur, nō animaduertet eū de suis propositiōnib. cōfirmādis tāto opere laborare.

At dare tamen.) Sumitur hoc ē sententia legis ex prætermisso, quo utentē pro lege facit Androtionem, ob eam artem qua sit præditus. Sophistę enim est, ea quæ posita sunt, prætermittere: & dare operam, ut ex ijs ea quæ posita non sunt, concludat.

Ego uerō si dedissem postulanti.) In ijs quæ præcedunt, dicebat: hæc rogabat præfectus, etc. Hic autē, si dedissem, inquit, postulāti, cōtra legem dixissem. Quī enim fieri potest, ut is qui in priore obiectiōne sit cōfessus, rogasse præfectū, & suffragia tulisse populū: rursus hic dicat, senatū nō postulasse, neq; se quicquā dixisse legi contrariū? Artificij hoc igitur specimē est, & ratio tractandarum obiectiōnū. Quare hac de causa mentionē legis omisit, & Androtionē fecit legi Demosthenicæ cōtentiosius aduersantē: ut abduceret animū & aduersarij & auditorū à recordatione firmissimę legis. Facit autē hic cōfidentē Androtionē, nō licere postulare: ut ea restēta, eum cōuincat. Atq; ea est prima pars obiectiōnis cōtra Androtionē: cōfiteatur nō licere senatui postulare prēmīum, nisi triremes curauerit faciēdas. Quanquā autē absurdum uidetur aliquē ea dicere quæ sibi incōmodent, tamē cum suū firmamentū confisum efficere uellet, propterea utitur aduersarij testimonio. Cum enim uideret hominem fretū artificio dicēdi, esse cōtentiosum, (hoc em̄ antea in eo perstringēdo dixerat) propterea nō absurdū esse putauit, attribuire ei confesionē: ut uideatur ille ipse homo eloquēs ex ijs ipsis quæ confiteatur, fieri superior studere propter artem.

Quōd si non feci mentionem.) Androtione cōfidente, nō licere senatui prēmīū postulare, nisi triremes faciēdas curarit, quid ad hoc aliud dicat Demosthenes, nisi senatum petiisse? Quapropter id quod cōfiteatur Androtionem, tanquam indubitātū præterijt. Sed petiisse senatū, rursus conatur ex ipsius Androtionis uerbis demonstrare. Fuit igitur prima propositio, lex nō sinit senatū petere prēmīū. tertia autē est: ego uerō si dedi postulāti, legem

legem uiolauit. Hanc igitur propositionem primū dissoluere instituit. Dissoluit autē primū à qualitate, praesides senatus eos fuisse: & qui sententias comprobaret, praesertim eorū, qui tum senatorio munere functi essent. Postea ratiocinatione utitur: Quod si rogarunt, & ferendi suffragij ius dederūt: constat eos de eo laborasse, ut praemium obtinerent. Hoc uerò id fuit quod in prima obiectione confirmauit. Haec, inquit, rogauit praefectus, de hoc suffragia tulit populus. Iam quod ad illud attinet, At qui eos qui nō postulant, licet dicere, eum ratiocinatione demonstrare questionē à fine. Nam si propterea postulatur ut accipiat, & rogatio ea gratia lata est: similis igitur est postulatio rogationi. Quod si lex postulare uetuit, rogare etiam, quod simile est postulationi, uetuit.

Ad haec igitur.) Quoniam ea ipsa quae acciderant, aliam confirmationem requirebant, testimonio auditorum fidem fecit his uerbis, Et haec uobis iudicibus non ex me cognoscenda sunt, & cetera. Dissoluere autem hic conatur: legem, ne populo quidem dandi dare potestatem, non factis triremibus. atque hoc se ostensurum profitetur. Sed quia non licere populo dare praemium, ostendere nō potuit, nisi prius ostendisset petiisse senatū, propterea primū docuit eum petiisse: postea subiicit, non licere. Quia populus postulatione sit coactus & deceptus, & quia dederit propter eos qui postularint, & non ultrò dederit. Eius rei probatio est, postulasse eos. Si enim senatus postulauit, non eripiendū esse, omnino dari sibi postulauit. Quapropter ad declarandum desiderium dicit, eos exiuisse, ita fuisse perturbatos, metuentes ne praemio priuarentur.

Non licere autem populo.) Altera pars est obiectionis, cum dicit: sed dare nequaquam prohibet populum. Tollit autem & hoc consimili ratione, sic: si in confesso est, postulare esse uetitum, multo magis dare est uetitum.

Triremes faciendas non curasti.) Hoc iam ex superuacaneo soluit: In ceteris rebus, tamen et si bene senatus se gesserit, triremes autem non fecerit, nullo iure coronam accepturū. Est autem admiratione digna in hoc uiro rei publicae charitas, quod etiam oratione sola Rempub. calamitosam esse non uult.

Opera precium est autem Athenienses.) Hoc refertur ad quartam obiectionis partem: Sed alia quaedam dico, propter quae senatum corona orno,

Pertinet autē haec pars obiectionis palam ad propositam Androtionis legem, quae iubet senatū, si suo munere pro dignitate functus esse uideatur, petere praemium. Sed quia multum ualere uidebatur scriptum & legis uox, propterea Androtionis orationem oppugnat. Nō enim idem erat legem cum lege pugnare, & legem cum Androtionis oratione & uoce. Nam illius uis est eadem, at huius oratio multo infirmior. Refutatio autem sumitur ab utili, & tractatur utrinque, tum à glorioso, tum ab huius contrario. à glorioso, splendorem & praecleara facta, è quibus appareat, quanta sit triremium utilitas. Ab ignominioso, calamitatem & cladem populi ob triremium penuriam commemorando. Admiratione autem digna est oratoris ars, qui dum legi se opponit & reluctatur, legem occultat, ac longè à praesenti oratione abducit, ut tanquam inermem & destitutum à socijs caperet aduersarium. Quod igitur tanquam princeps caput erat Androtionis, id per excellentiam & tanquam partem orationis factū, sua tractatione destruxit, neque remouit solum, sed et dissoluit: hic quidem nudis uerbis positus, lege autē aliorum translata.

Audio autē.) Obiectionis iuridicalis Androtionis, ut constet oratio capitibus duobus, legitimo & iusto. Est autem translatiua, culpam à senatu in quaestorem conferens. Quidam autem putarunt ex duobus statibus constare obiectionem, translatione & deprecatione. sed uidetur translatiua esse magis. Etenim & Chæronensem cladē in oratione de Corona in fortunam conferendo, uidetur ea quae incōmodabant, nō deprecatione, sed translatione refutare. Restat igitur ut circūscribamus quid sit translatio, quid deprecatio. Quae igitur ipsi facimus, & quum sciamus esse absurda, tamen facimus ob fortiorē necessitatē urgentē, aut alioqui per imprudentiam & simplicitatē, haec ad deprecationem pertinebunt. Quae uerò neque facimus, neque agimus, ab aliquo potētiore prohibiti, aut alia quapiam de causa, quae cum potestate est, ea sunt translationis.

πέντε ἡμιτάλα.) Hoc est, quinque talenta dimidio minus, ut sint quatuor cum dimidio: idque probatur ex pondere, apud Herodotum.

Nego esse iustum.) Conatur ostendere, aduersariū ipsum pugnare secū. Comparat autem tum eam quae à legitimo dudum illata fuit, obiectionem:

iectio
est, ex
strati
hucum
lum. l
Sed n
Quid
drotio
nam a
gna est
larer
simpli
Subl
struit
hucum
trium
tar, dele
nau) h
tempta
ri quae
ritate, i
gis colu
mini fa
Dico
ria est
feceris,
affert o
ri me. l
si conu
erat, &
positio
Andro
Transl
fensio
Adfert
rans, tu
& de u
pious
fer, neq
tionem
opinion
Quid e
um, du
drotio
ijcit pr
& temp
nunc, &
mus. ac
indefini
propè a
ditorem
inde pe
Quod l
mus. Se

iectionem, & hęc. In illa enim ante dictum est, ex lege coronatum esse senatum: in hac, statuisse senatum facere triremes, sed prohibitum esse fuga quæstoris fabrorum naualium. Iurè igitur cōtradictiones est uenatus. Sed nihilominus & hoc captiosum est.

Quid enim obstat, quo minus ostendat Androtion, aliàs senatum ob alia ex lege coronam accepisse: & rursus cū de triremib. pugna est, conferre culpam in quæstorem?

Iuratos.) Hoc acerbè dicitur in puniendo: simpliciter, in audiendo citra maleficium.

Sublata enim senatus lege hac.) Hoc sic constructur. si post, hac, distinguimus, sensus erit huiusmodi: præterita senatus lege hac, quæ triremibus non factis honorem haberi uetat, delegit eum. Sin distinguimus post (*senatus*) huiusmodi erit: Senatus ea lege contempta, quæ iubet de sententia senatus creari quæstorem, istum sibi delegit suapte autoritate, inquit. Et enarratio hæc cū sensu magis cohæret quàm prior, eo quòd senatū crimi-
mini facit obnoxium.

Dicere porrò instituit.) Propositio exceptoria est. Non decuit te, qui quæstum corpore feceris, scribere. Quæ autem aduersus hanc affert obiectio, infamare (inquit) et insectari me Diodore, cū ista dicis, instituisti. Nam si conuincere posses, ad Sexuiros ueniendū erat, & apud illos accusandū. Proinde propositio Demosthenis est exceptoria, sed Androtioniana obiectio est translatiua. Translatio enim non absoluta dūtaxat defensione, sed etiam translatione refutatur. Adfert autem eam definitiuè ex arte disputans, tum de conuicio, tum de argumento: & de utroque definitiuè differit, idq; captiosè. Nam cum rectà conuincere non posset, neq; palàm ostēdere, talem esse Androtionem: per argutias argumentorum talem opinionem apud auditores studet excitare. Quid enim sit argumentum, quid conuicium, dicit. Eum autem non conuincere Androtionem, manifestū est. Post autem subiicit promissionem translatiuam, à loco & tempore. Ostendemus, inquit, tunc, non nunc, & accusationem ad Sexuiros referemus. ac trāsferit argumentum ad personam indefinitam, & nō circumscriptam: ut cum propè ad argumenta accessisse uideatur, auditorem in suam sententiam pertrahat. Deinde per ratiocinationem egregiè subiicit: Quod si te in alia causa reo, de his accusaremus. Sed ratiocinatio captiosa est. Primum

enim demonstrandum fuit, postea concludendum. Nunc cum nihil ostēderit, sic tanquam ostenderit, ratiocinatur. Postea subiicit aliam refutationem translatiuam: iam illud uobis est cognoscēdum, eum qui leges tulit, &c.

Aut coniecturas.) Vide ut pater sit, artisq; formas nobis relinquat, quo pacto in rebus obscuris fides fiat. Ac τεκμήρια quidē signa sunt à rebus sumpta. εἰκότα uerò uocat, qualitatē cuiusq; & personę existimationem.

Quæ autem iste.) Illa erunt, inquit, quæ in exigendis tributis Androtion conuiciabatur, seruos nominans, & è scortis natos. Est autē ἐπαγγελία, iudicium ad populū approbationem pertinens. & Aeschines, denunciaui ei approbationem, inquit. Assentitur autem probationibus orator, & soluendo ait, se id quoq; facturos. * Neq; enim conuerti potest.

Nam si quem alium dicimus.) Si aliud fuisset crimen, uelut falsæ legationis, aut alterius rei, non perinde locum ea mentio habuisset. Nunc utraq; consentiunt. Consentanea enim est scriptis legib. contrarijs, uita cum legibus haud consentiens.

Quin illud etiam.) Hæc refutatio translatiua est, per quam præ se fert, id se uelle ostendere, non omnino necesse se habere apud Sexuiros accusare, sed licere. & ut sibi ea de re legem ferenti fides habeatur, nec eam recusare uideatur, Soloni tribuit orationem: idq; nimirum facit ob inopiam argumentorum. Quia enim parricidij crimen ei erat obiectum, & aduersarium atrocioribus criminibus obijciēdis ulcisci uoluit: ideo huc prouectus est, & maledictum in eum effudit: sed discrimen uitat, et aperto Marte cōfligendum ne sit, efficere studet, cum nullatenus habeat euidentē demonstrationē. Videre quidē est eum huius rei probationē in alium hominem trāsmouisse, & discrimen in illum eundem contulisse, dicēdo: à quo pœnas licet sumere: quasi periculum maximum sequatur eum, qui crimen nō docuerit. Vnde conflictum uerens, & non obscure fugiens, recusationis refutationem postremam posuit: ac per eam ostendit, neq; necessarium esse coarguere, neq; à legibus harum rerum sancitam esse necessitatem. In hac igitur parte refutationis, aliquid obscuritatis habet elocutio, uel potius historia Reipublicæ: quæ ut exempli uice adhibita sunt, sic correctionem requirunt.

Non uno dedit modo.) Hic argutatur orator, sic explicando ea quæ de furto & sacrilegio duntaxat dicta sunt, quasi ad omnia crimina pertineant, ut ex confessis etiam controuersum colligatur.

ἀπαγε.) utere abductione. Est autem ἀπαγωγή, maleficorū undecimuiris traditio.

Firmus es, & tibi fidis.) Hoc exempli uice adhibuit ad præsentem causam. neq; tamen ea referenda sunt ad causæ æquitatem, sed ad robur & uires corporis. Adducet autem nimirum ad undecimuiros, et carceris præsidēs.

Neutrum placet.) Hoc est, si neque ad arbitrium uenire, neq; ad undecimuiros abducere libet.

Accusa apud sexuiros. Id quoq; reformidas, defer.) Hoc est, indica Nouemuiris. Quod si repetisse idem uidetur, & conduplicasse orationem, non est mirandum. prior enim pars, tanquam à Solone sit: altera neutrum uis horū, quasi Demosthenis, affertur in mediū, ut uideatur consentanea dicere sententiæ legislatoris. Et aliud ponit exemplum: Impietatis ratio est eadem: abducere nimirum licet ad undecimuiros.

Accusare apud Sexuiros.) à quibus accusationes in iudicium adducuntur.

Accusare apud Eumolpidas.) Tertia iudicij forma. Sunt autem sacrificorum pars Eumolpidæ, ac Eleusine sacra faciunt, & apud hos sæpe impietatis agebant, qui uolebant.

ῥαφς.) apud Sexuiros nimirum. Referendum apud regem, ut Rex φάσις accipiat (est autē φάσις, accusationis nomen) eamque Sexuiris offerat, & à Sexuiris crimina iudicibus indicentur. Rex autē unus & ipse fuit annuorum magistratum, qui Nouemuiris uocabantur, qui sacra curabat.

De cæteris omnibus.) Hoc dicit, quia de impudicitia non licebat afferre eadem. Comuni igitur ratiocinatione cætera etiam uniuersa complexus est.

Si quis igitur se maleficum esse haud neget.) Subijcit translationem, & nouum probationis genus introducit Demosthenes: ac demonstrare iubet aduersarium, ea se non fecisse.

An hæc non fecerit.) Non, an pudicitiam suam non prostituerit: sed cum pudicitiam prostituerit, an non decretum fecerit: quasi crimen impudicitia sit probatum, & hoc restet ut ab Androtione demonstretur, se non fecisse decretum. Interrogat enim id quod aduersarius negare non potest. Neq;

enim rogare solet Demosthenes ambigua. Nam si rogasset, An non pudicitiam prostitisset: respondisset Androtion, se non prostituisse: ac ridiculum fuisset interrogare aduersarium, quod is confessurus non erat. Sed ostende, inquit, te non scripsisse contraria legibus. Nam impudicum esse, ostensum est. Huic figuræ affinis est illa, quam in Olynthiaca secunda explicauimus. Aut progressus aliquis mihi, uel potius uobis ostendat, hæc à me non uerè dici. Cum enim dixisset, statim fore ut Philippus euerteretur: subiicit, aut progressus aliquis mihi, & cætera. Non enim dixit, Ostendat, non fore ut euertatur Philippus (id enim tū dictū, tū auditu fuisset ineptū, incerto rerum futurarū euentu) Sed ostendat, inquit, eum aut non decepisse multos, &c. Neque enim conclusionem rogauit, quam uiolenter confirmabat suis propositionibus. Sed de argumentis demonstratis, & Philippi factis, quæ perspicua & non ambigua erant auditoribus. Cautè igitur hic etiam de furto et impietate aperte dixit, cætera autem infinite.

Operæ precium autem est Athenienses.) Aliam aptam refutationem subiicit à sententia legislatoris, quæ & ipsa effugium demonstrationum continet. Efficere enim per sententiam Solonis studet, ne ipsum quidem punire aut arguere. Ab omni parte nimirum persuadere conatur auditori silentium, & ut mandet Androtioni, neq; uocet in iudiciū, neq; accusatorem cum eo de ante acta uita dimicare, sed reum tacere cogat. Id enim sanxisse legislatorem propter Rempublicam. Quæ euidencia argumenta sunt, eum nullam habere impudicitia demonstrationem. Deinde examinanda sententia legislatoris, orator id agit, ut in ordinem cogat Androtionem, ostendendo, nullum graue supplicium in eos constituisse Solonem, neque id magno studio habuisse: sed id confirmasse, quo democratia contineretur. Postea confirmat argumentationem in hunc modum: In democratia est legum & honorum æqualitas. Proinde & pauper, & ignobilis, & uilis, liberalitate sua in diuites utitur, & in eos qui primas tenent. At in paucorum dominatu Rempublicam administrantes, & magistratus, tanquam dominos, nemo cæterorum audet intueri. Proinde qui flagitiosè uixerunt, opprobrij metu (à quo in populari imperio

imperio propter bonorum aequalitatem immunes esse haud queant) duros esse operam credibile est, si multi sint, ut aut omnes redderent impudicos, sic administranda Republica, ut dissimiles vituperarent: aut Reipublicae formam penitus immutarent, quod scirent instituto paucorum dominatu, qui eis auderet maledicere, fore neminem.

Quae propter vos interdixit.) Turbat auditorem, injicienda suspicione abrogandi status popularis, quae auditores perturbat & terret: ut tanquam periclitante libertate, Androtion ejiciatur. Captiosum autem hoc loco argumentatur. Legislatores enim eos eijcit, qui convicti sunt impudicitiae, ac haud dubie de condemnatis loquitur.

Et illos aut duros operam, ut abrogent.) Vide ut haec sententia, aut duros operam, ut Rempublicam evertant: postulet dici, efficere quam improbissimos, ut eorum quam simili limi essent. At Demosthenes antequam hoc subijciat, priorem propositionem confirmat. Nam cum duae sint propositiones, quarum una est admirabilis: haec nimirum, fore ut popularem statum eversum cupiant: altera, duros operam, uti omnes sui quam similes efficiant, admirabilis propositionis medicinam excogitavit, causa adiecta. & si mul etiam aditum sibi patefecit ad alteram reddendam probabilem. Quando? quia auditor ubi ex ratione cognoverit, quia nam de causa uellent abrogatum statum popularem: non requireret amplius etiam in altera, qua ratione uellent ciues reddere sui quam similes, cum ex ijs quae supra dicta sunt, abunde causam intellexerit. Hoc eo facit, quod in uniuersum cognouimus, nimis absurdis et admirabilibus propositionibus, rationes statim esse annectendas.

Ac de lege quidem.) Ad quartam legem nunc accedit: quae, cum & ipsa pertineat ad ignominiam, ex paterno aere alieno sumitur. Illud autem considerandum est, eum ubique dicere, eius esse filium qui debuerit. Eum autem debere etiam nunc, non confirmare. Quare suspicio restat, an forte multa sit soluta. Refutatio hic etiam, ut in impudicitiae crimine, translatiua est. ac propositio hic aequae exceptione constat, non licere ignominioso decretum facere. Obiectio autem translatiua est. Non indicat me, inquit. *ἔνδ' εἴς* autem iudicij nomen est, et actionis in eos, qui cum erarij sint, nihilominus administrationem Reipublicae capessunt. Dicitur autem *ἔνδ' εἴς* etiam de homi-

cidis, cum eum in locum redeunt, quod non licet, ut ait in oratione Aristocratea: *ἰν' εὐς* qui exules indicant. Valet *ἔνδ' εἴς* etiam in proditores, id quod Philippica nona est explicatum: *ἔνδ' εἴς* anno autem ante captam urbem, *ἔνδ' εἴς*, id est, proditoris reum fecit Philistidem. Haec obiectio cum translatiua sit, eiusdem generis est etiam refutatio, sumpta a tempore & a modo: a tempore, tum faciemus, non mehercule nunc: a modo, deferemus. Nunc enim non deferunt, sed legum uiolatarum accusant. Diuersae autem sunt rationes. Deinde rursus demonstratio ab Androtione postulat, ac interrogatio etsi firma uidetur atque probabilis, captiosa tamen est. Non enim ait, Ostende, non debere patrem: sed non fugisse ex carcere, atque eum de rebus confessis & manifestis prouocat. Neque enim demonstrare potest Androtion, patrem non fuisse aeriariu: neque, non fuga ex carcere elapsum. Quod si rogasset, ac respondere iussisset, an non deberet Androtioni demonstratio fortasse non defuisset.

Sed cum conuenit.) Id huiusmodi est: lubere leges in maiora crimina in primis inquiri post, in minora.

Ne quingentos ciues.) Obiectio ut in peroratione, quae tamen probationis aliquid & pugnae adhuc continet. Vide autem a iusto esse sumpta: iniquum esse tot Athenienses, qui amplius decies mille sint, affici ignominia. Quoniam autem multitudine senatus placare iudices studebat, quingentis senatoribus decies mille ciues apposuit. Obiectio igitur, ut diximus, contradictoria est a iusto & a dignitate, tractata per contrarium. Afficietis ignominia ciuium uestrorum partem, si corona senatum priuabitis. Pars enim populi est senatus. Pertinere autem ad perorationem ex eo constat, quod ea quae ab aduersarijs afferuntur, non evertit, sed placare studet auditores. Est autem etiam translationis aliquid in obiectioe admistum. Illorum causa agitur, non mea.

Ac eripere munus.) Significatio est, datam esse iam coronam. Qua de causa dicimus, non potuisse Diodorum ab initio impedire Androtionem.

Ne probro afficiatis.) A dignitate sumpta, et placandi causa adhibita est. Tota autem refutatio translatiua est ab utili. Interdum enim alterius generis est obiectio, alterius refutatio. Etsi autem translatiua, nihilominus tamen est *κατ' ἀντιπροσωπίας*.

Cui enim probro est.) Reprehensionem acriter uerbis

y z ter uerbis

ter uerbis confirmat, ne totū senatum offendat, paruam eius partem arguendo, tum instantia, tum ἀντιπαράσει pugnā tractādo.

Augitur.) Et hæc pars ad supradictā obiectionem pertinet. Nam patrocina buntur senatui, & opem ferent Philippus & Antigenes: non aliud ualet, nisi eos eadem esse dicturos quæ dixerit Androtion. Quare ex his etiam confirmatur, epilogicam esse supra dictam obiectionem. Distinxit autem à se inuicem personas, ut posset, postquam de diuersis qualitatibus disseruisset, refutare cōmodius ipsam obiectionem, quæ ab aduocatorum dignitate emergebat.

Patrocina buntur Philippus senatui, & Antigenes.) Hoc emphasin habet, etiamsi ascenderint, eos tamen nihil habituros quod dicant de decreti equitate: sed fortasse daturus operā, ut pro defensione senatus aliquid dicant. Quod si dixisset eos decretum esse defensuros: iisdem refutationibus certasset, quibus prius etiam usus est. Neq; uerò hæc est aduocatorum reiectio. neq; enim reo patrocina buntur, sed sibi metipsis.

ἀντιπαράσει. rescriptor.) Nomen dignitatis est, eius qui pro senatu ad populū rescribit, quibus in rebus opus est.

Suo arbitratu moderabantur.) Odium mouet, q. d. utebantur cæteris tanquam mancipijs, translata in se autoritate. Vide autem ut uerecundia cum iracundia seruetur in his: Qui uobis delinquere uidebitur. Neq; enim statim supplicium subiecit, sed iudicium prius fieri passus est.

Archiam præterea Cholargensem arbitror.) Peculiarem in peroratione locum Archiæ tribuit, ob diuersitatem dignitatis. Nam hæc uerba, ut æquum, significationem habent uirtutis uiri, & existimationis, in qua sit apud Athenienses. Vult tamen laudibus & testimonijs huius uiri senatus accusationē confirmare, atq; per eandem laudes à defensione etiam uult dehortari uirū. Artificiose autem cū eo differit, quod & eruditus esse, & philosophiæ studiosus putabatur. Separauit autem hunc ab alijs, ut eum tanquam hominem æquum ueritate duntaxat caperet, neq; coargueret. Sed quia eruditus esse, & philosophari putabat, acutius cum eo disputat. *Arbitror*, cum uerbo *patrocina turum*, est coniungendum.

Arbitror autem.) Hac tenus à duplici qualitate tum senatus, tum aduocatorū, quemadmodum in perorationibus, processum est,

Deinceps aut iterum cōcludit ab Androtionis qualitate. Sed ea conclusio forma obiectionis est exposita. At inuidiā sustineo, inquit, propter eam beneuolentiā qua remp. prosequor, & propter æs alienū publico nomine redactū. Hanc obiectionē sumpsit à qualitate Androtionis, eo quod & Euctemoni cum Androtione similtas propter tributōrū exactiōē intercedebat. Non tamē perspicuē causam apposuit. Obiectionē autem translatione soluit. Non de his, inquit, iurastis uos sententiam dicturos, sed de eo, an decretum sit legibus cōsentaneum. Idē argumentū iterum sumptū est à repugnantibus. Deinde subiicit, iniquissimū esse instituire accusationē, quosdā remp. lædere, & quæ sequuntur. Hoc ipsum aut etiam à contrario dicitur. Genus enim contrarij sunt etiam repugnantia. Postea comparisonem subiicit: si nō pluris, inquit, æstimatis remp. & leges, & iurisiurādi religionē. Si enim ab solueritis, &c. Aliter. Hic apertē incipit peroratio, sed à sua persona. Est enim accusatori cōsideranda etiā rerum qualitas. Nō igitur ausus est dicere Androtion: hoc lucrifeci, & actionē contra me instituit Diodorus, quod contumelijs affectus est, & à me iniurijs agitatus: quem cū parricidij reum fecissem, nequaquā tamē ostendere potui, eum patri suo necē obtulisse. Omnino em uacordix fuerit, si contra semetipsum Androtion his uerbis uteretur. Præsertim cum ipse etiam Diodorus in exordio professus sit, se uenisse ad accusandum, ut calumniato rem ulcisceretur. Quapropter hac ratione omittā, nō iniuria eam posuit, quæ posita est in cōtrouersia. Nam illa ratio tributōrū, ut splendida erat Androtioni, sic suspecta auditoribus. Proinde causam iudicij à sua persona ortā, tacuit. Eam uerò quæ à persona Euctemonis incidebat, assūpsit. Præsertim cū sciret Androtionē cum primis fretū esse ac superbire exactiōib. ut iisdē exactiōibus alter gloriaret, alter easdē deprimeret.

Volo autē.) Ab hoc loco incipit egressio, quæ tamēsi uideatur coniuncta esse cū ijs quæ modò in persona Androtionis exagitata sunt, lōgo tamē interuallo distāt. Nam ea pars obiectionis quæ à qualitate persone sumpta fuit, ad placādos iudices, & perfringendam accusationē ab Androtione allata est. Quæ aut sequunt, princeps qdammodo caput sunt accusatoris, q; obiectioni nō opponit, sed alioqui qualitatis calumniā continet,

tinet, tanquā præcipuū quoddā caput allatum in mediū. Ac Androtion quidem suis uerbis accusationē perstrinxit: at hic per egressionē uicissim eius acta in repub. infectatur. Aliter. Pollicetur se duo facinora dicturū, quæ unā cōplexus est, uerbis quidē in speciē simplicibus, sed reuera plura significantibus, q̄ pro cōplexione. Est autē πῶλο-χῆ cōplexio pluriū illustriū, quā cōtrariorum in eadē actione coaceruatio. Nam uocabulū inuerecūdis, ad corpus pertinet, & ad illam in populo usurpatā audaciā, quam ostentauit in tributis exigēdis. Vnā etiā significat conciones, quas de delicatis coronis habuit. Audacię autē uocabulū, innuit illud quidē populo factā contumeliā sed perstringit etiā euidēs eius sacrilegiū. Nomen autē κλέπτης, duo furtorū genera cōplectitur: unū exactiōnū, alterū coronarū. Nomen *superbus*, perstringit eum, ut paucorū potentīæ studiosum. Paulo antē enim homines impudicos, ut paucorum potentīæ studiosos, perstrinxit: ut hic etiam per reipublicæ formā, eam suspiciōnem confirmaret.

Ac primum id quod maximos ei facit animos.) Solet laudes eorum, quos infectari libet, in crimen cōuertere, ac illustrē actionē in calumniā & reprehensiones, ut non modò nō gloriant, sed etiā ut de obiectis criminib. purgare se cogant. Id autē facit à cōstantijs, ab ijs quæ rei cohærent à modo, à causa. Facit autē hic mētionē Euctemonis, ut caueat ne aptè oppugnet obiectio. Cum enim Androtion sermonē iniiceret, ob exactiōnes illa sibi uisuenire: mētionē etiā facere potuit negocij Euctemonis. nō tamē dixit, sed ultrò omisit, ne cōfirmare uideretur excitatā ab Androtione suspiciōnē. Non igitur apertè obiectiōnē posuit, neq; dixit, Euctemonē ob similitudine propter exactiōnes ortā, mouisse li-
tem hanc, sed in uniuersum pro ciuib. ut & illic populū in eum cōcitaret, & hic locū haberet ipse per se exactiōnis examinandę. Habet tamē occasionē faciendę etiā Euctemonis mētionis. Nam ubi pugnatur, non abest suspiciō. Vbi uerò suspiciō omnis est remota, et res ipsa per se consideratur, ea res magis obest reis. Pollicitus igitur est, se ostēsurum, Euctemonem non habere tributa reipublicæ: sed id non ostendit.

Cum autem ijs de rebus conciones haberet.) Hic affertur impudētia & audacia, deinde subiicit translationē tanquā aduersus obiectiōnem. Non exigenda fuerūt tributa, dixerit

aliquis. Omnino exigenda erant, sed ita ut leges iubent. Sequitur altera translatiua obiectio: sed humaniores erant, quā pro necessitate & temporibus, leges.

Propter tempus.) Siue quod eo tempore bellum gerebatur, & pecunia requirebat: siue quia tempus, medium est uocabulum, et deinceps subiungendum est, qua tum potestate fuit præditus.

Cum decreto se undecimuiros sequi iussisset.) Argumētatio cōtraria quodammodo uidetur ei quæ est in Timocratea. hic enim clementiam prædicat, illic humanitatem repudiat. Sic quicquid quouis aut loco aut tēpore dicit, id omne refert ad causæ præsentis utilitatem. Nam et hic Androtionis culpam improbitatē & petulantiam, & illic legē legi comparando, magis celebrat utiliorē. Deinde per exemplū triginta tyrannorū ostēdere uult, Androtionē illorum moribus esse usum.

Adduxit eos ad ædes ciuium.) Loquitur tanquā de castris, ad rei significandam per sequētia atrocitatem. Quamobrem etiam carcerem uocat ædes.

Sed propter ceteros.) nimirū propter inopes & pauperes. Vnde subiicit: hoc enim est populare. Aliter.

Undecimuiros sequi se iussit.) Et modū cōtinet, & insolentiam exactiōnis, & contumeliam in magistratus, qui eum secuti sunt: quo loco etiam paucorum dominatus ratio declaratur. Deinde cum ipsam exactiōnē calumniari nequeat, modū perstringit, & pecunię quantitatem, dicens, cum tantilla pecunia hoc modo redacta sit: hoc est, per uacordiam & contumeliam.

Quæ in reipublicam introducuntur.) quia oligarchicum statum, uice popularis introduxit.

Tum igitur ut accepimus.) Ut si quis mendacij argueret, reprehensionem effugeret, inauditum referendo.

Tum aut nemo est.) Ex parte quadā ostendere conatur, Androtionem sæuiorem esse triginta tyrannis. & modus est huiusmodi: illi eos qui in foro conspiciēbantur, occidebant: eos uerò qui se occultabant, nō curiose persequēbantur, sed sinebant in latebris esse incolumes. At iste Androtion, eos etiā qui domi se occultauerant, inuestigatos in carcerem protraxit. Hac igitur ratione tyrānos superauit.

Aut tectum.) διασχυή, expressio est, facta exaggerans, In hanc sententiam: ô uicine,

non faciendæ iniuriæ causa tuas ædes conscendo, sed Androtionis uolentia perterritus, ianuam fugio. Tu igitur cõserua gentile.

Aut alijs in rebus indecorè se gesserit.) Intellige omnia quæ illi faciunt, qui metuent ne deprehendantur: quod genus est, & uocem & habitum simulare muliebrem, pro famulo se gerere, & seruilia tractare opera, omnia deniq; alia eius generis.

Atq; hæc si ab uxore sua facere conspiciatur.) His uerbis admirabilem se præbet. In summa enim inopia callidè occasiones excogitat. Ne quis enim diceret: at nemo eum uidit illa facientem, & malum minus erat: uide ut domo sibi comparet, testem, acerbissima uxoris reprehensione excogitata.

Quæ ei ut ingenuo desponsa fuerat.) Specta accusatorè. Verbis, inquit, me decepisti, uxor queat dicere. Ut ingenuus me duxisti, nunc te cõstat esse mancipium. Ciuem putabam me habere, & Atheniensem uocabam maritum: sed ut apparet, infelix ego mulier, famulum coniugem nacta sum. * Ac talia tractare licet. Sed quoniam testem alium non habebat earum absurditatum, id excogitauit, ut muliere producta, illam indignitatem exaggeraret. A fortuna, eum qui fuisset ingenuus, seruatorum pertulisse mala. Deinde à qualitate eius qui fecit: Quem facinora & uitæ ratio, ne sibi quidem factas iniurias ulcisci patiunt. A modo exactionis per translationem. * Deinde à diuersitate personarum & rerum, describendas fuisse possessiones, non uexanda corpora.

Harum uerò rerum autor esset Androtion.) Atrocitatem amplificat ab eius persona qui fecit. Homo prostitutus, inquit, homines modestos exagitat: & insectabatur is uir, qui tametsi afficeret iniurijs, boni consulere debebat fortunam, & in clamare præsidia legum non audebat, qui propter capitis diminutionem inimicos persequi non poterat, qui tacite suspirans æqui boniq; faciebat, si non de nouo læderetur.

Qua de causa igitur ommissis.) Docet aliam rationem cõuenientis exactionis. Describendæ, inquit, erant debentium possessiones, ut publice possidendæ, eorum qui tributum nolent pendere.

Sed uinciebas & insectabaris homines ciues.) Sapienter admodum in ciuibus uerbo insectari est usus, quod erat intolerabile Atheniensibus. Inquilinos autem erumnosas nominauit, id quod eorum fortunæ humilitati con-

gruebat. Protinus quidem hæc si immutatis, non æquè bene habitura sunt.

Vulgato corpore mulierculas.) Ut etiam ipsis nominibus Androtionem perstringat. Deinde à repugnantibus. Suum quidem patrem publicè uinctum, ob multam pecuniariam censuit esse liberandum. Ceteros autem ciues contumelijs insectandos: cum Androtion non tributa debuerit, sed ærarium depeculatus fuerit. Postea amplificationem subiecit, domo trahi in carcerem. Nam ex foro solatiij habet aliquid. Domo autem id fieri grauius crimè est, & fidem facit illis mulierum contumelijs.

Quòd si quibus dignæ uidentur.) Neq; aperte insectatur, neq; prorsus eas defendit. Nam illud odiosius est, & inhumanum: hoc uerò eius, qui tali uita delectetur. Opem autem ferendam esse, ad Reipublicæ formam retulit.

πρωγῶνες, id est præludia.) Orationes sunt, quæ nobis iudicum audientiam preparant. *ἄγῶνας, id est, causa enim iudicium est.*

Huius accusationis dicere audebat.) Hoc loco uniuersam eius uitam per occasionem insectatur. Ut uideatur Androtion multo antè præsciuisse, fore omnino, ut propter insignes iniurias in crimen uocaretur. Proinde id, inquit, quod subinde prædicebas, conscientiam arguit tuorum scelerum.

Non à te dicendæ.) quasi dicat, Qui sis flagitiosior ijs quos criminaris. Aut sic, non à te dicendæ qui homo sis, & fortuitis casibus obnoxius.

Ex his porro certius cognoscetis.) Demonstratio per comparisonem, inuisum esse propter mores, non propter exactiones.

Satyrus enim naualium curator.) quasi dicat: quæ ea loca purgat, per quæ triremes protrahuntur, aut cui nauium ipsarum cura est commissa. In quibus uerbis spectatur instantia: Non propter exactiones inuisus est. Fieri qui potest. Alioqui enim inuisus fuisset etiam Satyrus. Sed propter suos mores, & insolentiam. Aliter. Rursus confirmat, eum non propter rempublicam, sed propter crudelitatem sibi parasse inimicos. Citra comparisonem enim ostendit, eum propter mores, non propter exactiones esse in odio. Sequitur argumentum translatiuum: si propter publicam utilitatem redegisset exactiones, accusandi fuissent peculatores, duces & oratores. Sed id eum facere non constat, Apparet igitur eum non pro uobis fecisse

cille ex
lis in o
tim sub
quibus
Hore
ros, su
miles. I
enim, p
nim illu
dicam.
In uia
quod se
Propter
Sei ca
rerum o
posuere
fuit.
De qu
obscere
men ign
iudicium
ne in iud
igitur iu
cit refut
dederunt
lumnitas
suopre i
gisse.
Cum
modi co
runt, ege
dis accu
Cum ita
Obne
cialibus
quòd nil
culantur
A R I
gumentu
agitur, h
de Chert
similitud

cisse exactiōem. Deinde quia coniecturalis in oratores & duces locus uidebatur, statim subiecit demonstratiōem his uerbis: De quibus apud uos iudicium factum est.

Hos eosdem.) Ne dicat illos fuisse bonos uiros, suos autem impudentiores, nec illis similes. Particula *istos*, fortasse, nunc pro *uos*, enim, ponitur, Attico modo locutionis. Etenim illud quanquā scientibus, uobis tamen dicam.

In uniuersum igitur.) Aliud argumentum, quod sententiā eius labefactat, qua dicit, Propter uos infestor.

Si ei curā fuisset respublica.) Raptores magis rerum communium, aut peculatores repositos, quam eos qui re tenui, & frugales sunt.

De quibus apud hos iudicium factum est.) Ne obijceretur, tamenli perperam fecerunt, tamen ignorati sunt: subiecit, factū esse de eis iudicium. Sequitur alia obiectio: adducti sane in iudicium, sed iidem absoluti sunt. Ne igitur iudicium calumniari uideretur, subiecit refutationem, quorum alij capite pœnas dederunt. Deinde quia quidam propter calumnias per iniuriā interficiuntur, fecit eos suo iudicio condemnatos, iudicium fugisse.

Cum ita sis audax & eloquens.) Alia incommodi correctio. Tamenli illi perperam fecerunt, ego tamen homo commodus & timidus accusare non potui. propterea subiecit, Cum ita sis audax & eloquens.

Ob inexplebile ingenium, bisariam.) Siue à socialibus tributis, siue quòd, præterquam quòd nihil conferunt, Rempublicam depeculantur.

Neq; enim facilius est.) Hæc euersio causarum dicitur. Sublatis enim a ijs, eam quā uolumus, relinquimus. Quòd autem dicit, huiusmodi est: neq; expeditius est multorum hominum parum delinquentium odia suscipere, & magis inuadēdi sunt pauci & pluribus constricti delictis: neq; etiam quòd id populare esse putares, pauperum mala curiose indagasti, diuitum autem neglexisti.

¹⁰ Contrarium enim magis decuit.

Athenienses unā cum inquilinis uinciens.) Ut eum in uniuersę multitudinis odium adduceret, in memoriā reuocat, quibus contumelijs affecerit uniuersos. Idem & in Midiana fecit oratione, Midiam in omnium ordinum odium adducendo, equitum, Areopagitarum, populi. Idem & in oratione contra Aeschinē fecit, qua Charetem ab Aeschinē alienare, & sibi conciliare uult eum, à quo populus animo erat alienus. Eum igitur ab aduersario alienat, & sibi conciliat.

Num frustra ædificatus esset carcer.) Quid obturbatis reipublicę: habitatio uobis opportuna attributa est. Carcerem illum occupate, quem propter uos, patres extruxerunt.

Equidem affirmari.) Interrogantibus de carcere, omnino responderem frustra extructum esse, quod quidem ad patrem tuum attinet. Neque enim eum custodire potuit: sed ridicula res uisus est, elapso eo, carcer.

Cum exultasset Bacchanalibus.) malè pompa & celebritate usus. Cum enim moris sit eo tempore solui captiuos, propter festum, deinde rursus in uincula conijci: fuga sua Bacchanalia contumelia affecit.

ARISTOCRATEAE DEMOSTHENIS ORATIONIS ENARRATIO, HIERNYMO Vuolfio interprete.



Nemo uestrum, Athenienses, me uel ulla priuata similitate impulsus, ad Aristocratem istum uenire accusandum.) Duplex est hæc oratio, quemadmodum & Timocratea. Nam & argumentum uiolatarum legum, quòd reum agitur, habet: & aliud asciticium continet, de Chersoneso. Dicit autem possit, ratione similitudinis habita, præsentem orationem

illi de Corona esse aduersariā. Ibi enim Demosthenem dignum esse præmio cõtendit Ctesiphon: hic Eutycles Aristocratem accusat uiolatarum legum, & indignum esse præmio ait Charidemum. Constitutionem constat esse negocialem scriptam, & in eo positam controuersiam, utrum confirmandum sit senatusconsultum, nec ne? Orationis capita tria sunt: iustum, legitimum, & utile. Quorum, iustum, & legitimum, ex materia negotiorum propriè incidunt: utile

Ne decepti.) Nam quæ, inquit, bellum nõ eripit, ea orator iste omnia donat hostibus. Rursus.) Commonefacit Cotyis insultuũ, cum is Cherronesum rapuit.

Merito autem Athenienses.) Valde moratum est hoc exordium ex persona dicentis, quod is, homo priuatus, magistratus & imperatorem oppugnaturus erat. Sensus huiusmodi est: Iure mihi potius aures prebebitis, quod cum potentatum neq; ab administratione rerum communium, neq; a dicendi habeã artificio, me tantum malum repressurũ polliceat.

Neq; uenit in mentẽ considerare.) Cum aliquo modo obiurgasset, obijciabatur, Cur igitur dicis & prodis in publicum, cum sis, ut profiteris, homo quietus? hac de causa opus ei fuit iureiurando uehementiore.

Equidem non ignoro.) Necessariõ hinc refutatur obiectio, a populi qualitate et dignitate. quamobrem etiam uerbum, opinantur, positum, perstringit aduersariorum errorem. Item, bene meritum de republica. Graue, inquit, & non ferendum est, tantæ & reuera gloriosæ ciuitatis, hominem ad eõ uilem uocare benefactorem, quæ dijs etiam ferẽ benefecisse, & hospitio exceptis, & in iudicium adductis.

Potero apud uos explicare.) ut, si non persuaserit, sua imbellicitas, non rerum infirmitas; in causa fuisse uideatur.

Arbitror ostensurum.) Arbitror, consentaneum est priuata & indoctæ uitæ. sed ostensurum, & quæ sequuntur, fiducia causa conueniunt.

Quod si Athenienses.) Hoc quidã, figura contentus decepti, quartũ esse putarunt exordium: sed est congeries quedam argumentosa, talem causam habens. Cum Charidemũ in propositione exordij perstrinxerit, & Charidemi defensoribus licuerit statim poscere demonstrari, quomodo fuerit male uolus: differt eius rei probationem, et se ad Cherronesum pperare simulat: & id quod maius est, minori suffuratur. Quamobrem etiam dixit: *Primum autem omnium dicere necesse est & ostendere, &c.* ut cogente necessitate dicere uideat, non ex simultate. Hic uerõ sensus, Dicere et ostendere: uiam aperit et munus. hoc enim usus postulat. Nam et in constitutione per partes est confligendum, & demonstrandum.

Est igitur Athenienses.) Hic incipit constitutio, a ratiocinatione utilitatis,

Id igitur Athenienses, cum quidã oppressum uelint.) Non solum Aristocratem, sed & alios quosdam, innuit. sed propter offensionem uitandam, cæteros reticet. * Id nimirum, inquit, efficere uolũt, ne respub. colatur a regibus.

Comprehendendi ius.) Alij sunt interpretati, ad iudicium. sed orator obscuritatis occasione deflexit quod uoluit: ad necem, inquit. Querĩ autem possit, qua gratia cum constitutio siapte natura sit simplicissima, nec cõfirmationẽ requirat, orator hanc ad pugna compararit? Respondemus, ideõ factum, quod futuris de reb. dicit. Diximus enim, id ex loco utilitatis esse factum. Futurorum autem natura in obscuro est. Quæ quia in firma sunt, & latent, ea demonstratione conatur ostendere, & uerum inuenire.

Neq; uerõ hinc solum perspicitur.) Demonstratio eorum quæ dicta sunt. ac constitutionẽ quidẽ argumenti absoluit, hanc autẽ demonstratione ab ipso decreto.

Et præterijt, quod nã ob facinus.) Obscurũ per partes indagat, & referit ad utile. obscuritas enim damnũ parit, quod est ppium utilis.

Quibus igitur de causis factum sit decretum.) Cõclusio constitutionis. Si quis autem querat, cur capitum ordinem immutarit, cum natura ordine iustum utili antecedit, & illud præteritorum, hoc futurorum sit? cur igitur prætermisit natura primũ? Respondemus: Iustum quod natura primum est, quo uita rei continebatur, ad finem reseruasse, ut auditor cognitis factis eius, cum indignatione ferret suffragium. Legitimum autẽ præpositum est, quod eo multum ualet. Est enim artificiosum eius præceptum, firma in prima acie collocare, et nõ sequi ordinem. sed ut bene habet, aut * contra hos hostes.

Pollicitum tria me ostensurum.) Cum nihil sit pollicitus, quo pacto dicit Pollicitum? Respondemus, eum in accusatione dixisse: Accusamus decretũ, ut pugnans cũ legibus, ut iniustum, ut inutile. Hæc igitur, inquit, eadem in accusatione posita occurrunt. ut autẽ capita habet oratio, sic exposita sunt, non ut ordo postulat, ob eam rationem quam diximus.

Optionem uobis dare.) Quia enim abibat ex constitutione edoctus auditor, de utilitate: sed id eis primum narrare accusator, ut diximus, ppter dispositionẽ noluit, dat eis optionem: & deliberatione proposita, iudiciũ surrexit, ut eos sequi uideatur, et hoc facere necessariõ, & desiderium eorum persequi.

Tertio, indignum esse.) Hic iusti locus est. Indignitas enim ad iniusticiam refertur.

Sed sic auscultet.) In uno quoque capite proprium uerbum habet: in legibus, dico: simplex enim res est lex. In iusto & iniurijs, arguo: In utili, inquiram. ratiocinatione etenim futurum inuenitur.

Breues erunt de omnibus orationes.) Cum enim tria essent capita, prolixas & longas subindicabat orationes: propterea consolatur eos dicendo, Breuis erit oratio.

Vulneris consulto influcti.) Hic incipit indagatio legitimi, & collatio, cum & leges & decretum ponantur.

Si consideretis, quo ordine.) Preparatio. Cum enim mentio faciēda esset earum legum quae de ciuibus differunt, atque iste hospes esset, ne sibi obijceretur, At iste hospes est, cum leges de ciuibus loquantur: hoc in primis constituit, & ciuem eum facit, ut ita in eum inquirat.

Populi enim donū.) Assentatur populo, & si mul ostendit, se ei non esse inimicum, ut & in exordio dixit: nulla priuata similitudine. Nam si inimicus essem, non ciuem, inquit, eum fecissem. Nihil autem prohibet, cum usus postulat, etiam hostem laudare, ut aliud consequamur quod uolumus.

Quae uero nec uobis genere ciuibus.) Bene, contra leges, ne quis diceret, Si maxima beneficia dedit, maioribus etiam honoribus est afficiendus: ideo subiicit, contra leges. Eas enim uiolare non est honestum.

Et eius generis omnia.) Recusat enumerare maleficiorum genera, siue quod ominosum, siue ne eo uideatur scire, quod ipse agat.

Enim uero dum comprehendendi dat potestatem.) Verbo comprehendendi perpetuo cauillat.

Cum incertum sit, quae unumquemque fortuna maneat.) Comiserationem his uerbis mouet, ut illius ostendat iniquitatem.

Ne uero putetis stultam interrogationem.) Quia postulat ab eo, ut futuris de rebus respondeat. Quo autem absurdiorē facit orationem, eo magis perstringit Aristocratem.

Aut aliquo alio modo moriturus.) uidelicet naturali morte.

Quem enim scripto tuo limitem posuisti.) uidelicet, decreto. Perstringit autem decretum, scriptum appellando.

Atqui cum ei adieceris.) quasi dicat, absurditati.

In omnibus, non in capitalibus duntaxat.) Moris est Demosthenici, confirmare non ex ijs duntaxat quae dicit, ne uideatur suae utilitatis cau-

sa ex calliditate facere: sed ex uerbis aliorum, ut rei natura talis esse uideatur.

Age uero, si tale quippiam acciderit.) Obiectionis refutatio a qualitate Charidemii. Quia enim priuatorum hominum magis est, quam imperatorum, adulterare: ideo eum etiam priuatum facit.

Iam & alij cuidam.) Ne quis dicat, Sed non amittet imperium. at hic, id (inquit) quod iam & alteri duci accidit, ut eo quod commune est, firmet priuatum.

Et non graue est, o dii immortales.) Opportuna quiritatio. pulchrum enim est, in ingenti atrocitate inuocare potiores, id est deos.

Quas ascripsimus.) asignauimus. forma enim comprehensiuā est. Nam cum pluribus destituimur, hanc figuram usurpamus.

Mandata legibus.) a legibus constituta. Infer tur tandem conclusio legis, quae quidem conclusio constat exaggeratione eorum quae dicta sunt. Quae autem potest, quo pacto in examinando legitimo capite, non coniunctim id tractet, sed bipertito, & inserat alia, nusquam id facere solitus: sed perpetuo, omnia quae ceperit, capita eodem usque tractet, donec perfecta sint. Respondeamus, eum, cum decretum non coniunctim examinarit, sed per partes, examinatae parti leges quas uiolarit opposuisse: contra eam quae sequitur, rursus afferre leges, & merito nihil aliud attulisse in medium extra id caput * sed & morum. In duo enim secatur legitimum, in scriptum, & non scriptum, ut totum unum esse uideatur.

Nos Athenienses Charidemum fecimus.) Praefatus in primis est de consuetudine, ut sic de exordio ordine obijciatur: At haec instituta ad ciues pertinent. Vnde statim subiicit.

Nos Athenienses Charidemum fecimus ciuem.) Prima igitur totius legitimi refutatio est, Hospes est Charidemus. altera, ex consuetudine in legitimo: Fecimus ipsum Charidemum ciuem. sed nec arcana, nec sacra, nec sancta ei imperitiuimus, quae peculiaria sunt indigenarum.

Siue heroes, siue dii.) Non enim affirmat, quis sit * ut orationi probabilitas, id quod etiam alibi obseruatum est, concilietur.

Inuentum & donum deorum.) * horum qui sunt in iudicijs.

Aliud tertium.) Notandum est τριτον, subiectum tertio. Non est autem bene dictum. Nam τριτον de duobus duntaxat est usurpandum, de tribus ελλο. hoc igitur quod dixit, rarum est: et cum sit affectatum, non est imitandum.

Nunquid adhuc nobis reliquus est.) Ad scribam dicit, ne

Cit, ne uideatur dolo malo, et praemeditatus agere: ea de causa ignorationem simulat, ut quæ subijcit, in legibus ex tempore reperire uideatur.

Volo autem uobis unum atq; alterum.) Absoluta parte legitima, rursus subijcit aliud institutum, principale id quoq;

Vt comprehendendum.) Mos enim, legitimi capitis pars ab artificibus esse creditur, per quod fides fit, omnes secutos esse, pro eo more, uoluntatem legum in dandis muneribus. Mos ab hoc loco incipit: Volo igitur unum atq; alterum decretum recitare, &c. sed absoluto more quoq;, per quem legitimum confirmauit, iam ponit obiectiones ortas à legitimo. primùm à scripto. Scripsit enim Aristocrates: Si quis occiderit Charidemum, eum comprehendere licere. Accusat autem Demosthenes, siue Euthycles, eum imperfectè & obscure scripsisse, q; nō adiecerit, ubi, & quod nam ob facinus eum comprehendere liceat.

Aduersus hoc, obiectionem à sententia contra infert Aristocrates, dicens, se scripsisse ad causam dicendam comprehendendum esse homicidam ex consequenti. Id uerò Demosthenes nō recipit ex sententia tanq; consequens, asserens, eum nō scripsisse aperte, in iudicium adducendū esse homicidam comprehensum, & examinat leges magis pro defensione homicidarum. Queritur aut decretum esse imperfectū, bifariā, tum quod scripserit licere comprehendere: tum quod adiecerit, Si qua ciuitas, aut si quis homo priuatus eum asseruerit, hostis esto. Rursus, non ascripsit, cur esse debeat hostis, cum adscribendū fuisset, nisi dediderit ad dicendam causam. Deinde posuit obiectionē: Irritū, inquit, est decretū. Est enim senatusconsultū. Lex autem annua esse iubet senatusconsulta. Sciendum autē est, eorū decretorū quæ iuebantur & confirmabantur à senatu, alia in ipso restitisse senatu, alia relata esse ad populum. Quæ igitur priuatim à senatu fiebant, ea erāt annua: & unā cum senatu, cui anno finito successores dabantur, & ipsa tollebantur. Quæ uerò à senatu ad populum referenda erant, & à populo confirmanda, ea non erant annua. Iam scriptum ab Aristocrate decretum, confirmatū à senatu, confirmandum erat etiam à populo: sed accusatione ad prætorem relata, suspensum manebat. Orator autem callidè ait irritum id esse, quod senatusconsultum sit. Id igitur senatusconsultum esse, uerum est: non uerò esse irritū, non est uerum,

ἀκυρον, irritum.) Vox hæc bifariam accipitur, aut pro eo quod est omnino sublatū & abrogatum, aut pro eo, quod, cum confirmandum sit, nondum est confirmatum. hæc homonymia arrepta ad cauillationis occasionē dicere ausus est, irritū esse decretū. De inde peculiarē propositionē aut uniuersalē positam confirmare nititur, his uerbis: Lex annua esse iubet senatusconsulta. Vniuersalis igitur propositio uera est. Nam senatusconsulta uera sunt annua: sed, irritum esse decretum, per homonymiam dici ostēdimus. Senatusconsultum enim æquè est homonymum, ut omnia decreta quæ ad senatum referuntur.

Neque uerò ignoro, Athenienses.) Obiectio à legitimo, ex sententia oratoris. Nam cum ipse pro cōfesso acceperit, eum licere comprehendere ad necem: Aristocrates autem dicat, ad causam dicendam: soluit obiectionem, & ei occurrit ex altera decreti parte, iubere eum, inquit, si quis homicidam asseruerit, eum quoque hostem iudicandum, non ad causam dicendam, sed tamen si iuste asseruerit. Quod cum à sententia Aristocratis soluere non posset, & eius uoluntatem indagare: ab altero scripto, cum idem sit autor, soluit.

Irritum esse decretum, cum sit senatusconsultum.) Alia obiectio, sumpta à persona Aristocratis, sed ab oratore conficta: tanquam nemo sponte confiteatur, se esse iniuriū, ut sua lingua condemnetur pro uictō, eo quod principio confitetur irritum esse decretum. Sic callidè abrogare decretū studet. Nec enim omnes eius partes laudat, sed quæ senatus confirmabat sine populo, ea dum in magistratu erant senatores ualebant, & reuera erant annua: quæ uerò à populo fiūt, diutius etiam durant, quia consulta ipsius senatus ad populum non referebantur, sed rata erant etiam sine autoritate populi.

Erant annua.) Id est, annum durabant. Respectu autem senatus sic ait, id non esse ratum, & ne quo modo ad populum referretur.

Esse annua.) In hoc quod ad plebiscita attinet, mentitus est. Irritum enim eo est, quod à populo nondum confirmatum: non tamen prorsus irritum, tanquam annum. Sepe enim longo durant tempore.

Iam nec illud me.) Rursus obiectio à consuetudine. Ius enim bipertitū est: scriptum, & non scriptum. Ac ubi ius non scriptum etiam reperitur, omnino ius scriptū in uniuersum

uersum praeferetur. Vt autem ubiq; solet facere orator, ita hic in thesi obiectionē criminatur, ut eam ostendat infirmam esse aduersario.

Simplicem.) sine dolo, puram, iustam.

παρρηγοῦσ, ambages.) fraudes, eo quòd animum à ueritate abducant.

Non ne religiosi sunt.) Mitigat offensionem iudicum. postquam enim ostendit, quædã esse confirmata contra leges, idẽ à iudicibus: diluit crimen, ignorationi ueniam turbuendo.

Animi aut opinio.) Persuasio, & quòd ita uti dixerunt, putarunt esse iustũ. Ad perspicuitatem autẽ orationis, definit quid sit peritium, ut dociliorem reddat auditorem.

Si quid enim ignorauit.) Ignoracionem enim ueniam partem fecerunt ueteres.

Neq; ut alij ea dicta sententia.) Decepti enim sunt.

Neq; enim, si quid unquam contra leges.) Est in more positum ueteribus omnibus, in iisdẽ sententijs ut iisdem uerbis utantur, ne mutatione eius quod natura fert, inepti uideatur. Itaq; & in Androtioniana idem dixit.

Iam uerò uidi quendam, Athenienses.) Hic utilitas refutatur: Ne conducit quidem, inquit, ne propter utilitatem confirmetis.

Ne uerò miretur omnino.) Obiectionem soluit. Dixerit enim aliquis, Sed nõ perdurat ea quæ in decreto scripta sunt. non enim ita ualet. Sed exemplis ipse probat, multum ualere decreta.

Quod si uobis dixerint.) Quoniam confidentior est oratio, alij eam personæ tribuit, ne ipse à semetipso ea dicere uideat, sed alius sit qui loquatur.

Audio autẽ eos.) Obiectio. At nõ uolet noxia, sed utilia. Confirmat autem obiectionẽ ab animo Cersobleptæ, & à magnitudine redituũ. Proinde animũ refutare poterit, perstringẽdis animis tyrannorũ, et exagitandis Charidemi moribus, ut Barbaris: magnitudinem autem, ab innata tyrannis auaricia.

Quem prius etiam aliquando Charidemum.) Vt quidam cum Philippo, sic iste cum Thracibus faciebat. Obiectionem autem iam confirmatam qualitate Aristomachi, imbecilliolem facit. Cum enim non facile refutari potest obiectio, per speciem eius confirmandæ, refutationis occasionẽ quærimus.

Ego uerò tametsi possem dicere.) Hic incipit refutatio, non consentanea obiectioni. Quia

uerò illi dixerunt eum nosse: rationibus quibusdam ostendit eum uelle, tum natura tyrannorum perstringenda, tum barbaricis Charidemi moribus ostendendis. Magnitudinem autem refutat ab auaricia tyrannorum animis insita, adductis exẽplis, & per comparationem.

Præcipui.) Cum per partes confirmarit ab exemplis, iam per uniuersalia concludit orationem. Felicitas autẽ princeps est, quia diuinitus obtingit.

Et quid de Philippo dico?) Cum Philippi exẽplo ostenderit, felicitatem cum prudentia non dari: ne quis dicat, Sed Macedo est, & unã cum his prudentia in causa est: propterea è propinquo confirmat à Coty. Maxime enim ad eum hæc sententia pertinet. Quendam enim captiuum in eo loco introduxit, & ei per contumeliam Poliadis Mineruæ + quædam contraria legibus imposuit, in quo manifestè cõtumeliam fecit Atheniensibus.

In semetipsum contumeliosus.) Sobrie dictum, qui enim in semetipsum delinquit, semetipsum lædit.

Deniq; nõ sanorum prorsus esse hominum.) Ratiocinatio utilitatis. Nam ignominiosum & gloriosum huc referuntur. Bifariam enim cõsideratur utilitas: partim è rebus, partim ab existimatione. hoc igitur est ab existimatione sumptum: præterquàm quòd rebus incommodet, existimationi etiam nocere.

Atqui & aureis coronis.) Obiectio coniecturalis est: At nolet iniuriam ijs facere, qui eũ honorarunt, et aurea corona ornarunt. Sed ut ponamus, Charidemum declarasse suum studium erga nos, & declarare, & declaraturum, & nunquam alio esse animo futurũ, quàm quo nunc est: nihilo magis decuerit ei hæc decerni.

Sed hæctenus opinor & amat.) Explicatis partibus, uniuersale subiicit: & exemplis fide facta, argumentatione uniuersali orationẽ confirmat. Sed quia rerum antiquarum mētionem fecerat, quarum propter uetustatẽ, abolita erat memoria: per Philippũ & res recentiores fidem eis facit.

καρὸς.) mensuram, modum. *μετὰ γὰρ τὴν καρὸς,* post modũ, uel, post tempus enim, saepe dicimus.

Sed ne in posterum quidem.) Futura coniecturis firmantur. Quia enim utilitas in futuro continetur, futurum autem obscurum est: ideo è rebus factis fidem petit,

Nam illud

Nam illud existimo.) Ratiocinatio ex utilitate.

Est enim uerorum amicorum.) Argumento uniuersali orationem obliquit.

Tametsi Barbarus sit, & perfidus.) Obiectionem soluit: At non lædet Charidemum, tametsi barbarus est: soluit autem per exemplum.

Verum si & natura parum fidus est Cersobleptes.) Eorum quæ dicta sunt, collectio. Differt autem *συμλογίη* ab *ἀνακεφαλαίωσι*, quod *ἀνακεφαλαίωσι* omnia quæ ponderis & momenti aliquid habent, in memoriã reuocat: *συμλογίη* autem ea duntaxat quæ modò dicta sunt.

Iam præterquam.) Duplex est utilitas, una rerum, existimationis altera.

Omnes peregrini militis duces.) qui exercitus ducunt conducticios. Eò autem uniuersali exemplo est usus, ne tanquã inimicus eum calumniari uideatur.

Imperare student.) ut terreat imperantes: illos alijs eripere principatum studere.

An non enim turpe est.) Argumentum à minori. Nam si eos, inquit, accusas, qui pauciora delinquant: tu ob grauiora peccata non eris reprehendus?

Et factum quandam rem.) Hoc ex similis collocatione sumptum est.

Volo autem iam.) Nunc simile examinat. Cur id autem in fine posuit? respondemus eo factum, quod cum bene uelle reipublicæ uideretur, eam opinionem refutare uoluit, ut auditor surgens non obliuisceretur eorum quæ modò audiuiisset. Quod si principio factum esset, non pariter auditum esset à iudicibus, id quod eorum sententiæ aduersaretur, qui putarent talem esse, qualis perhiberetur. Sed postquam eis celsit, & fidem in primis facit, id consequitur, ut minus molestè ferant, hoc examinari. Auspicatur igitur ab exordio, & statim ponit anthyphoram ante caput, animaduersa eius absurditate: At si talis esset, ciuem eum non fecissemus, neque ante corona donassemus. Est autem moris Demosthenici, post ingressum capitum ponere obiectiones, sicut & hic fecit, ut quod sequebatur promissionem, se ostensurum eum improbum esse, obijceretur: Qui factum igitur est, ut eum talè esse ignoraretur in coronando, & laudando, & ciuitate adipiscenda? Refutatio translatiua est, propter uestros oratores. Cum autem narratiunculæ supinæ esse soleat, quia de olim factis iniurijs dicitur, ne orationem historicam faceret, figu-

ris, & sectionibus, & enumerationibus, & regressionibus, & præteritionibus, supinam tati medetur, & passim admiscet personas, tum Charidemi, tum Cersobleptis, ut calumniam fidem inueniat, & altera alteram probet: Charidemi Cersobleptes, Charidemus Cersobleptæ personam: Charidemus, quod ut ciuis Atheniensis illi familiaris sit, & bene uelit, & amentia Cersobleptis additamētum: Cersobleptes, quod improbus & barbarus, & in uniuersum auarus & tyrannus.

Si tantis in rebus decepti estis.) Dicendum fuisse: Ostendam eum uobis non bene uelle, sed uos deceptos eum talem putasse. Sed quia asperum erat dicere, Decepti estis: ipse id quod dicebatur, confirmans, Non mirum, inquit, est, uos deceptos esse. & post inculpationem crimen refellit, imposturæ causa recitanda * præmunitionem autem iusti.

Quæ igitur miles.) Principium iusti.

Quem satis norat.) Ne fortè contradiceret, Sed ad amicū me cōtuli: etiam ad hostem apposuit.

Multis alijs in locis suã locare operã.) Ne obijceretur, iure se isti locauit. neque enim potuit alibi, & dux pecunia egebat: propterea dixit, Licuit alijs suam operã locare, sed ei non libuit.

Imò non erga uos.) Ut uideatur ex tempore loqui, non malitiosè, ignorantiam simulat. Cum enim dicendum esset, misit ad illum, ipse dixit, ad uos, ut eos apprehenderet. Reuera enim non ad eos, sed ad Cephisodotum literas miserat. Is uerò dux erat Atheniensium, inimicus Cotys & Iphicratis.

Ut uos ab initio tractarit.) Quia sæpe aliqui temporibus adducti, ijs etiam aduersantur, quibus nollent: id quæ uenia quodammodo dignum habetur: ideo dicit eum ab initio huc usque esse maleuolum.

Neglecto iureiurando.) Percellit Athenienses, dicendo, dijs neglectis. Nam si deos contempsit, quanto magis uos amicos contemnet?

Sive ipse animaduertit.) Eo facto quod uoluit, assentitur, ne contendendo uideatur id ex stultitia facere, sed tacet, ne asperior uideatur.

Primū iniuriã Cephisodoto faciebat.) Collectio eorum quæ dicta sunt, sursum & deorsum, per duo enim principia etiã medium complectitur.

Loco Eubœæ.) E regione Bœotiae est insula, & prodest ad obtinendam Bœotiam ei qui eam subigere uelit. Sunt enim e regione inter se oppositæ, illa insula, hæc terra continens. Sic etiam Chersonesum occupaturo, Cardianorum urbs prodest. per eam enim à Thracia ire licet in Chersonesum. Elocutio pendet ex comparatione similis, & à noto loco ad ignotum.

Est autem eis talis oratio.) Obiectio ab utili. Transit enim rursus ad aliam obiectioem, & rursus hic personas copulat. Multum enim ad suas rationes probandas ei confert, crebra personarum productio. Sic enim altera altera coarguit. Obiectio autem rationem habet additam, ut ex ratione refutationem petat. Nam de auxilio & societate agit ratio. * Oratio autem eius est contradictio.

Ego uero arbitror eam orationem.) Refutatio ex differentia per contentioem. Ait enim, si periclitaretur Charidemus & Cersobleptes hostibus ingruentibus, & uos eis auxilia decerneretis, atque ego prohiberem, ratiocinas, & in medium afferens, quot uos affecisset iniurijs: non alienum esset in defensione dicere, non esse recordandum offensarum. Cum uero nullum tale periculum adsit, sed reddere maiores, & opes eorum augere studeant, id agunt, ut eius ducibus securitatem, & quiduis agendi licentiam impetrent.

Illius duces.) Pluraliter dicendo, cum unus esset Charidemus, exasperauit suspicionem.

Is ad inferendum malum.) Iam definit quid sit *μνηστικὸν κῆρ*, et ait: Qui sciscitatur alicuius iniurias, ut ei noceat & ulciscatur, is *μνηστικὸν κῆρ*: qui uero meminit, non lædendi causa, sed ad cauendum simile periculum, prudenter facit.

Fortassis & huiusmodi quandam.) Alia obiectio ab utili, cum priore obiectioem coniuncta. Est autem adducta in hunc modum: Quum supra dixerit, non esse recordandum offensarum, etsi aliquam fecerit iniuriam: nunc adijcit, eum nunc aliter paratum esse ad benefaciendum Atheniensibus. Ne uero auditores beneficentiae uocabulis inescarentur, uide ut ea perstrinxerit: primum, fortasse dicendo, & dubitandum faciendo. Deinde suspicionem adiungendo, rem non esse fide dignam, quia & uerbum incitatum, brutum & mutabilem animum indicat. Qui enim citra iudicium & impræmeditati aliquid instituunt, illi facillime mutantur, Quin etiam si uellet aliquod conferre

beneficium: contraxit spem. non enim dixit multa beneficia, sed aliquod beneficium.

Ego uero, Athenienses, spectate.) Bene eos in communem adducit ratiocinationem, & non ipse solus seorsim suam sententiam declarat. Nam hoc contentiosius, illud efficacius est.

Postquam autem & decipiendo.) Iam est contrarium. Nam tametsi magna esset beneficia daturus, ne sic quidem esset peierandum: quanto minus ei auscultandum est decipienti, & nihil ueri uel agentis, uel dicenti: Nam eius condemnatio proderit. Aut enim facere in posturam desinet, ubi intellexerit, se non posse latere: aut reuera uobis amicus erit.

Operæ precium igitur est, Athenienses.) Valde coniuncta est cum causa hæc digressio, quæ maiorum exemplis utitur. Docet enim non tot danda esse munera, siue qui ciues sint, siue hospites: ut utrinque ostendat, non dare esse pulchrum. In utra enim parte eum collocaris, peccabis.

Primum igitur illud.) Themistoclem necessarium præposuit, quia pars & ordo ciuium est potior.

Ergo benemeritis nihil.) Ne quis existimaret, eum dicere ingratos fuisse maiores, fidenter occurrit. Deinde confirmat ratione id quod dictum est, & quia metuit diffidentes, eos in sententiam suam trahit, his uerbis: Modestis hominibus, & reuera melioribus hæc placent magis, quam ærea statua, & reliqua dona.

Hospitum autem quomodo.) Absoluta ciuium parte, & ostenso, quantum inter presentia & uetera sit discrimen: subiicit hospites.

Ariobazanem illum.) Fidem eorum quæ dicta sunt, exemplis ostendit. Ariobazani Persæ honore habito, non in eo grati esse destiterunt, sed & Agauum & Philiscum honorarunt. Et quia nihil de eis dicere absurdè potuit, ab animo eos perstringit, Atheniensium inimicissimos appellando.

Rursus Timotheo.) Altera exempli demonstratio, ob eum honos habitus est Phrasiacridi & Polysthene, quos perstringit à fortuna, ne ingenuos quidem: à moribus, pestilentes.

Sed & hoc egressum est urbem.) Valde significanter dixit: quasi dicat, peregrè abiit, reliquit urbem.

Delin-

Delinquentes, inquam.) Iterum hic quoque col-
lationem maiorum addit. ut supra & in ho-
noribus fecit.

At quanta suspiria ducerent.) Hic incipit cau-
sæ propria peroratio, cum grauitate & uehe-
mentia, forma commiserationis.

An non enim turpe est, cum Aeginetæ.) Argu-
mentum à re ditibus, & ignominiosum.

Cur tandem? quas cepit naues?) Personæ Cha-
ridemi criminatio.

Quas cepit naues?) Tertia pars enumera-
tionis tractata est instar perorationis: atque
in ea eorum quæ de legitimo capite dicta
sunt, breuiter commonet iudices, ut sta-
tim, antequam obliuiscantur, suffragia
ferant.

TIMOCRATEAE DEMOSTHENIS ORA-

TIONIS ENARRATIO, HIERO-
nymo Vuolfio interprete.



Presentis huius discriminis, in
quo uersatur, causam, nec ip-
sum Timocratem arbitror in-
uenquam alium transferre,
quàm in semetipsum.) A ca-
lumnia personæ ducitur
exordium, cuius propo-
sitiō est: Ipse sibi causā est presentis accusationis. Ap-
probatio propositiōnis: Dum enim rempublicam
pecunia nō parua fraudare studet, ut ipse pecuniam ac-
cipiat, hæc scribere ausus est. Huius autem appro-
bationis pars, ad finem est exordij colloca-
ta: Quare is quidem ab illis pecuniam accepit. Sequi-
tur redditio: Ego uerò de mille drachmis propter uos
periclitor. Itaque propositio hæc est: Ipse Timocra-
tes huius sibi causā est discriminis. postea confirma-
tio: cum pecunia fraudare ciuitatem uelit. Approba-
tionis autem causā disita longius, obscuri-
tatem parit: ut argentum acciperet, hanc legem obro-
gauit. Interiecta sunt quæ amplificent, neque ido-
neam, neque æquam, Athenienses. Deinde quia uere
batur, ne iam à se amplificantium harū pro-
positiōnum demonstratio, quæ in causa hac
difficilior est, postularetur: pollicitationib.
ei rei medetur, & rursus aliam exaggeratio-
nem affert: eum iudicium suffragium, quod iurati fe-
rant, soluere, & omni autoritate priuare. & obiecti-
onem quæ hinc emergit, soluit: Non ut reipubli-
cæ commodaret (neque enim differri poterāt hu-
ius obiectiōnis probatiōes) & rursus aliam
solutionem affert, cum principij confirma-
tione coniunctā, atque exordij propositiō-
ni consentaneam: Ipse sibi presentis discriminis
causa est Timocrates, dum uos priuare uoluit etiam a-
lijs pecunijs, quibus iam longo tempore quidam, hoc est
legati fruuntur. Subijcitur postrema causa: Qua-
re iste pecuniam ab eis acceptam habet: cōsentiens
cum propositiōne, Quare ipse sibi Timocrates
presentis discriminis causa fuerit. Nam accepta pecu-
nia, legem contra omnes leges obrogauit, neque ido-
neam, neque iustam. Postremo autem loco po-
suit sordium causam, neque statim cum pro-

positiōne coniunxit, quòd improbabilis fu-
tura fuisset citra exaggerationem hanc, con-
tra omnes leges. Nemo enim simpliciter credi-
disset, legislatorem accepisse pecuniam. sed
exposito reipublicæ damno, facile creditu-
rus erat auditor, non gratis ista scripsisse le-
gislatores. Ita longo interuallo coniuncti-
onem subiungit. Est autem exordij senten-
tia ex personæ sumpta calumniā, quæ con-
firmatur per legis subiectiōnem in capiti-
bus dicendam, esse eam cōtrariam legibus,
& inuilem, & iniustam.

Ipse sibi causā est Timocrates.) Hoc & ira-
cundiam prouocat, & enumerationem cau-
sarum continet: primū, eum duplici rem
publicam uelle fraudare pecunia, tum qua
uincti multati sint, tum ea quam legati de-
beant. Deinde, decretum legibus esse con-
trarium & iniustum. Tertio, eò factum, ut
acciperet pecuniam. Sed quia, si perspi-
cuitatem & enumerationem causarum in-
stituisset, in causis explicandis, supina eius
& historica facta esset oratio, aut etiam re-
missa, non exordio congruens (debet e-
nim ualde contortum, & tanquam in spi-
ritu circulum quendam esse, exordium) co-
actus est seruire magis arti exordij, quàm
perspicuitati rerum. Cum autem munerum
corruptelam nominet, eam non ad legum
uiolationem ostēdendam adhibuit, sed cor-
ruptelam, legum uiolatione probauit, ne ac-
cessio, ipsa re fieret difficilior. Sciebat enim
ostensa in cōfirmatione uiolatione legum,
corruptelam munerū protinus, & sine lon-
ga demonstratione fore credibilem. Quia
uerò condemnatus erat Androtion debite
pecuniæ, atque eum oportebat aut soluere:
aut, si cunctaretur, præter solutionem in car-
cerem etiam conijci: propterea subiecit hæc
uerba, eum infligendæ multæ autoritatem eripere iu-
dicij: hoc est, non sinere suffragium de uinculis
esseratum.

Præter

Præter semetipsum.) Tali enim de se crimini locum dedit, improbam legem abrogando. Et hic absoluitur exordij propositio, mox confirmatio propositionis sequitur: Dum enim pecunia non parua, ne quis dicat: Quid ergo si paruum, non magnum est, detrimentum reipublicæ? ne res contemnenda uideatur.

Neq; aptam.) pro, nō cōducibilem. Addendo autem, neq; iustam: innuit tria capita, legitimum, utile & iustum.

Singulatim fortasse.) τρέχῃ significat & paulo post, & celeriter.

Et expeditissimum apud uos.) Concitat sic iudices, dicendo: uestrum suffragium soluit. Quem enim uos uincitis, lege soluit.

Expediissimum.) Ne uideatur malitiose fecisse, sed ut res nota omnibus diceretur.

Non ut communiter aliquid inuaret rempublicam.) Ne obijceret, Quid uerò si profuerit reipublicæ? refutat, dicendo: non huius rei gratia, sed

illius. Sed ut eorum qui longo tempore.) Obscurū hoc est, sed significat, se accusare legatos de duplo, & usufructu pecuniæ. Nam sortem reddiderant, sed usufructū pecuniæ, quam totum animum tenuerant, debebant. Sed repetenda est oratio.

Præsentis discriminis.) Quia exordia gaudēt cōiunctionibus, perorationes cōtrā. propterea μὲν præposuit, ob solā exordij sententiā: quod cum superuacaneum sit, alteram ponere coniunctionem non necesse fuit.

Causa est.) Nam rei cæteri omnes, accusatori discriminis causam acceptam ferūt. Huius autem præsentis discriminis, non causa est accusator, sed reus.

Nam pecunia.) Confirmatio, ex qua intelligitur etiam conclusio in inductione. *

Facilius.) pro, tutius.

Mille drachmis.) Hoc dicit, Si succubero, ut calumniator, mille drachmas soluam. Timocrates autem et si multabitur, parum curabit, cum pecuniæ copiam habeat ab Androtione & collegatis eius, quorū causam agit, acceptam. Diodorus autē, si succubuerit, non habet rempub. pro se numerantem, quam defendit.

Et tanto tutius est.) Secundum exordium.

Ego uerò si cui.) Isocratem obscure innuit. Nam is quoq; sic ratiocinatus est in orationis de Pace principio. Deinde quia is magister eius fuerat, adiecit, rectē ab illo esse dictum.

Bonorum enim ciuitatis.) Ratio exordij. Con-

firmat enim, quamobrem attentionem sua hæc mereatur oratio, & ipse à iudicibus sit audiendus.

Magis in causa.) Bene, ut per comparationē. Sunt enim & aliæ duæ causæ cūr popularis status & libertas cōseruetur: ueluti, prudentia & propugnatio patriæ. sed plus momenti est in obseruatione legum.

ὡς ἐν κεφαλῇ, tanquam in capite.) id est, summatim & breuiter.

Solent pleriq;.) Alterū exordiū attentionē captat. Exaggerat enim causam, dicendo, euerit à Timocrate rempublicam. Nam si quæ omnia tuentur, leges, hac una lege abrogantur: non ne debet ut hæc abrogari, & sic ea quæ salutis causa sunt, cōseruari? Quidam uolunt, secundi exordij conclusionem esse sequēs exordium: alij dicunt, ipsum habere separatā à sequēte, in semetipso implicatam conclusionem.

Acres quidem.) Isocratica est sententia, huc trāslata ex Archidamo, & cautius usurpata, q̄; apud Isocratē. Illic enim orator penē se iactat, hic uerò castigat rem hac appendice, ut mihi persuadeo. Qui enim ad se ipsum duntaxat iudiciū refert, & dubitat, idēq; tanta cū æquitate & modestia, effugit apud auditores arrogantiæ crimē. Qui uerò effuse de omnib. suo testimonio utitur, sine castigatione orationis: is, fieri nō potest, quin auditorib. arrogans esse uideat. Veruntamē & pro Isocrate causæ afferri probabiles possunt: quod is qui uerba facit, regius adolescens est, & paulo post rex futurus: & dum adhortatur ad bellum, non ab re fremit. Tribus autem in hac oratione usus est exordijs: uno, quod à reo: altero, quod à re: tertio, quod ab accusatore ducitur.

Vt mihi quidem persuadeo.) Morata simul, & æqua est oratio. Neq; enim hic ad se duntaxat refert iudiciū, sed etiam dubitando arrogantiæ uitat opinionem.

Ego enim, Athenienses, suscepi inimicitias cum homine.) Narratio extra causam. Obiter em exponit, quamobrem ad hoc iudiciū uenerit: estq; præparatio, qua mouet auditores, ut uicem suam affecti iniuria doleant. & ueniam impetrat, si quid ulciscendi studio contra Androtionem dixerit.

πρὸς ἑσέα.) id est, in eum incidi, inimicus eius sum factus, cum eo conflixi. Sed quia obijciebatur: Quid ergo, si tibi est infestus, cum à te læsus sit? & respublica, inquit, ei infensa est: hoc est, eū odit, & oppugnare cepit:

cœpit, nec ego propter meipsum: sed ingenium eius excitat omnium inimicitias.

Eum igitur qui me eò redegit.) Adiectū est, per iniuriam, ne quis diceret: Quid si meritò te inuasit: eoq̄ dicit etiam, quantū in illo fuit, perij, sed per uos sum conseruatus: & propterea, data occasione, iurè illum ulciscor. Priore autem confirmatione absoluta, adiungit etiam alteram, qua controuersæ causæ ea quæ accessit, coniungitur. Controuersia enim facit, et principalis est causa legis: illa de legatis, additamētī uice accedit. Duplex igitur est præparatio, cum & causa sit duplex. Deinde adiungit * aliquid præconstitutionis, in quo promittit, se constitutionem positurum.

Iniuriam ab eo factā toti ciuitati.) Quia reipub. pendebatur duplum. Mineruæ autem decima, Eponymis (quasi cognominatores dicas) quinquagesima. Eponymī autem uocabantur statuæ quædam heroum, à quibus decem tribus cognominabantur: eaq̄ pecunia decem tribus ad priuata quædam sacra uocabantur. Heroum autem, qui, Aiaçe Salaminiō excepto, omnes Athenienses fuerūt, nomina sunt hæc: Pandiō, Erechtheus, Cecrops, Aegeus, Oeneus, Leo, Aiax, Acmas, Antiochus, Hippothoon.

Cum autem res non amplius controuersa esset.) Hæc est prænarratio. disponit enim futurā ipsius rei narrationem, hoc est, de pecunia accipiendā à republica. Duplex autem est causa. una pars spectat ad ea quæ ad calumniandū Androtionem dicentur. altera ad ipsam asciticiam causam, quæ bipertita est: & partim cōmunis contra legatos, partim priuata contra Androtionem. Quamobrē etiam præparatio est bipertita, partim contra Androtionem, ob imminentia maledicta, partim contra legatos.

Duorum iudiciorum.) In magnis & grauibus negocijs, conueniebant è duobus iudicijs, complentes numerum millenūm & unius: qui unus ideo semper addi iudicibus solebat, ne calculis adæquatis, ex æquo abiret aduersarij: sed ut ille uinceret, cui unius illius suffragium accessisset.

Denuò igitur breui.) Sentētia principij præparatrix. prædicit enim & proclamat totū argumentum, quod est constitutionis principium.

Decretum fecit apud uos.) Hic ingreditur ad ipsam narrationem. Aliter: Principium cōstitutionis hoc est.

Inquisitores.) Nouemusros dicit, qui inquirebant & peruestigabant, quis pecuniam reipublicæ deberet, aut sacris.

Archebium & Lysithidem.) Hi præfecti triremium erant, eos detulit ut habentes pecuniam. ad occultandas inimicitias, quæ ei cū legatis intercedebant.

Naucratiticam.) Naucratis urbs est Aegyptia, quæ etiam hodie sic nominatur. habet autem constitutio in fine aliquid confirmationis. Ne enim absurda fieret narratio, si diceret, eum propter negocia legatorum tulisse legem: statim etiam demonstrationem subiicit, his uerbis: Hæc sic ab eo esse acta, res ipsa testatur. Neq̄ enim, nudā, ut aiunt, narrationem esse oportet, & demonstratio nibus destitutam, si auditor eam non recipit: aut, etsi recipit, non tamen credit. Quidam autem quærunt, cur, cum hic negocialis sit status, narrationem cōtineat? semper enim negocialis status rerum futurarum habet considerationem. narratio autem rerū præteritarum est expositio. Respondemus, cum in consilio negocialis sit status, iurè de esse narrationem. scit enim auditor, qua de re cōuentus agatur. Sed in iudiciali oratione iudices rem ignorāt. Nihil igitur absurdi est, cum hæc iudicialis sit oratio, ponere narrationem.

Capit.) id est, spoliauit. Differt autem triremis à nauigio, quòd illa bellica est, hoc onerarium, & mercatorium.

ἀπεχεσθὲν τῶν νόμων.) id est, condemnastis.

Profluit Androtion.) Perstringit eius mores, ut tyrannicis propiores.

Indignabatur & uociferabatur.) Hæc uerba eadem suspicionem mouent.

δικαδικαία.) Iudicij nomē est, de pecunijs, aut possessionibus.

40 Neesse autem est primum.) Examinatio legis perfecta hic continetur, eaq̄ bipertita. Nā examinatio perfecta & personæ rationem habet, & * temporis. Inquit igitur & in latorem legis, et * legem latam.

Volo igitur paucis cōmemoratis.) Quemadmodum ante constitutionem solemus auditoribus prædicere sententiam, quæ uim constitutionis significat: sic etiam ante confirmationem, quemadmodum & exordia totam causam antecedunt.

50 Est ò Athenienses.) Absoluta narratione, iā ad legitimū caput accedit, & in eo primum ad legis uiolationem: cui ordine id subiicit, quod est legi contrarium.

aa Sed iubet

Sed iubet primum.) Circumstantias hic primum explicat: personam, modum, locum, tempus: tempus, tertiam concionem: personam, Androtionem: locum, ante statuas heroum: modum, hoc pacto ea fieri oportere.

Legem eum contra omnes tulisse leges.) Personæ hæc est examinatio.

ἡ δὲ διερωτήσασθαι.) Disquisitio est, quid de legibus sit statuendum.

Primo senatus conuentu.) primo mense. Scindum enim est, eos singulis mensibus ternas habuisse conciones, de publicis negocijs deliberantes, nisi qua belli necessitas incidisset: ut de eo etiã, præter statas illas, alia concio esset indicenda. habebatur igitur prima undecimo die mēsis, altera circa uigesimali, tertia circa trigesimali.

πεντήκοντα.) Quinquaginta, quos diximus semper deligi solitos pro sua tribu, & munere fungi senatorio pro sua parte anni.

De senatorijs.) De senatu quingentorum: ornandum enim esse corona, si fecerit trimes.

De communibus.) de publicis negocijs.

Novemuiris.) Nouem principes uocabantur, sex Thesmothetæ, qui uiolatarum legum actiones dabant. Deinde unus rex, de quo in Androtioniana disseruimus, quod nam eius munus fuerit. Deinde bellidux, cui curæ erat, ut è publico alerent liberi eorū, qui fortiter in acie occubissent. Deinde prætor annuus, qui uiduas & pupillos, & alia quedam curabat.

ἀπιπροβήτως.) improbatiss.

οἱ δὲ πρῶτοι.) Primores quingentorum.

Quicumq; fuerint.) Hoc dixit propter incertum sortis euentum.

In ea concione.) scilicet tertia, ut etiam infra.

Ante concionem.) scilicet tertiam.

ἡ δὲ διερωτήσασθαι.) referre. Cognouimus enim concionem à curionibus indictam: à præsidibus relatum esse, qua de re indicta esset concio.

ἰσχυρὰ.) Victimis dicit.

Qui Heliastrum iusiurandum dedissent.) Eorū qui iusiurandum Heliastrū iam iurassent: quasi diceret, ut sint ex ijs qui iam fuerunt iudices. Sciendum autem est, Helieam dici locum ipsum magni iudicij, & conuentum eorum qui ius ibidem dicebant. Dicta est autem Heliea locus, ab eo quod ibi conueniret & congregaretur multitudo iudicum. Nam in

uerbo ἀπισθῆσαι, α in η mutatum est, quod etiam aliàs sæpe fit. Quidam ex eo dicunt appellari, quod sub dio esset locus ille, & sol immitteret radios.

Vt scripta priora iubent.) hoc est, receptis legibus.

Mille drachmas.) Querere est operæ precium, cur ad eò in equalē multā leges ordinarent in curiones & præsidēs? Respondemus, eò factum, quod grauius sit nō conuocasse populum in concionem, quàm non retulisse, ut curionibus populum non conuocantibus, pœna maior statueretur.

In album.) in tabulam.

Donec concio.) scilicet tertia.

Eligere.) Pendet à uerbo iubet, & significat creare.

Aduocatos.) Defensores abrogandarum legum, quas probabile est fuisse meliores, quàm eam quæ roganda erat. sed quia destituebantur patronorum uoce, malæ putabantur.

Undecimo.) * Is erat primus mēsis, quia primus curionum conuentus agebatur die undecimo: hoc est, concione prima. Præparabant enim eos à prima concione, qui defensuri erant probandas leges in ipsa prima concione: cumq; in hac prima cognouissent, quot leges essent improbatæ, pro earū numero patronos etiam deligebant. Quinos autem singulis legibus defensores attribuebant.

ἀπιπροβήτως.) iubenda, preferenda.

Interea.) Inter primam & tertiam concionem.

Quod uicerit.) Cum emphasi, per ironiam.

Ex composito.) Conspiratione contra uos inita.

40 Nihil fortuito.) Non temerè, sed magna cum improbitate.

Idq; Saturnalibus.) Tunc omnes ad festum dimissi erant, & nemo senator ueniebat in concionem.

Cape decretum.) Decretum ait ab Iphicrate scriptum, Timocratis amico: Cum, inquit, instant Panathenæa, conueniamus ad delibendum de eis. ut autem conuenerunt, rogauit Timocrates legē, ne res deprehenderetur. Nam si utrumq; fecisset Timocrates, suspectus fuisset.

λαβί.) Attica consuetudine acuitur.

In Pandionia.) Subdistinctio ponenda post primam: ut, undecima, per se intelligamus, ne talis

talís sensus sit: In Pandionia prima, conuentu senatus undecimo eius, quod est, undecimo ipsius mensis. Quod si esset, ne hic quidem rectè appossuisset tribum Pandioniam: quòd fors ita tulerat, ut ea tum forte prima curionum munus obiret. Suprà in iursione legum recitanda, meritò non adiecit, qua prima curionum obeunte munus: cum incertum esset, ut diximus, cui nam fortitò obueniret quoq; tempore, ut mensè primo curionum munus obiret.

Per ocium.) Id quod suprà dixit, senatu in celebritate occupato.

Quam legitimum.) Leges enim tertiam expectare concionem iubebant, sed decretum Epicratis duodecimo die mensis indici concionem iubebat,

Gnarum legum.) Ne denuò ad ignorantiam confugeret, quasi diceret, ipsum leges intelligere.

Ipsam uerò non fuisse.) urbem.

In ipso festo.) Vide acrimoniam oratoris, ut quòd ratione temporis crimen simplex uidebatur, conduplicarit: & ostēderit, eum non modò statum neglexisse tempus, sed etiam cum festum ageretur, tulisse legem: ut ob utrumque Timocrates delinquere uideatur, tam ob ea quæ non fecit (quia non obseruauit primæ concionis tempus) quàm ob ea quæ fecit, quia id Saturnalibus ausus est.

Cape hanc, & lege.) Quæritur, quamobrem legem Timocratis non primam legerit, postea ueteres: Respondemus, quòd humana uideretur: eò ueteres prius esse recitatas, ut deinde calumniâ locum haberet. Cum autem personæ legitimum examinasset, examinat & legis legitimum.

Etsi autem multæ præclaræ leges extant.) Non uerba duntaxat legum ponenda sunt, sed laudanda etiam, ad maiorem commendationem.

Non è contrario lecta.) non abrogata, non optione data, utrum hæc mallent, an illam, Elegans autem est figura negatiua: non è contrario lecta, non abrogata, & cætera. Est autem hæc figura uehementiæ, & ad urgendum comparata magis: crimina autem frequentia adduxit, densa usus negatiua enumeratione, & prolixiore.

Religiosè.) Primùm religionem iudicium assumit, ut pertinere ad iudices eam legem ostenderet: atque ita eis persuaderet,

ut tanquam suam defenderent. Sic enim est natura comparatum, ut omnes nostra tueamur.

Nec utrisq;.) Nam si ex hac lege pronunciantes, seruasse iusiurandum: idem quòd ex altera lege non pronunciaueritis, uiolasse uidebimini, siquidem duæ istæ leges ratæ erunt.

Cognitio euenit.) pro, iudicium: hoc est, fit, ut uestrum iudicium unam legem uiollet, eamq; ratam.

Quod & ego nunc.) Vide quanta grauitate in unam è custodijs semetipsum collocarit orator.

In singulas ab ea.) Rectè dixit, ab ea, tanquam ab impedimento aliquo & scopulo, quare insistens translationi, ire subiecit.

Quantum in isto fuit.) Quare uera non sustulit, neque aboleuit, adiecit, quantum in isto fuit.

Ut autem sciatis.) Ab ipsa Timocrateæ legis recitatione accusationem auspicatus, immoratur confirmationi & demonstrationibus legis, quæ liberum facit, & iubet accusare eos, qui legem rogent contrariam. Fretus enim est hac parte, & præ se fert, se magno robore pollere. Eam enim commotione hac apud auditores opinionem excitat, se tot uerbis usurum non fuisse, nisi firmis posset rationibus ostendere, legem Timocrateam receptis legibus esse contrariam.

ἀνομινας.) Hic intelligendi sunt, non qui emunt, sed qui cōducunt. Nemo enim uectigalia publica emebat.

Qui colligunt.) quidam, quibus mandatum erat ut à publicanis pecuniam exigèrent. Sciendum autem est, ipsos publicanos statim constituere sponsores solitos, ut nisi nono senatus conuentu soluissent duplum, necesse haberent uel hi uel illi numerare. Idq; debitores omnes necessariò faciebant, cum primùm debere ciuitati cœpissent, ut prædes darent, se ad nonum senatus conuentum soluturos: & manebant ignominiosi, donec soluissent. quòd si nono curionum conuentu præterito non soluissent, tum & in uincula conijciebantur, & duplum numerabant, neq; iam eis integrum erat sponsores dupli constituere. Hoc nunc abrogare uult Timocrates, qui ab initio sponsores cōstitui uetet, sed nono demum conuentu curionum id fieri iubeat: ut in ip

so toto mense numerare possint, idēq; non duplum, sed simplum. Si uerò, inquit, non soluerint, nec nono conuentu curionum, tum demum uinciuntor.

Diocles retulit.) Nomen cuiusdam legislatoris. Ante Euclidem, Euclides prætor fuit Athenis, paulo post triginta tyrannos. Consideratu autem dignum est, quare dixerit, leges ante Euclidem & post eum aspiciendas & ratas esse oportere. Respondemus, quòd, ut diximus, illo exiguo tempore populare fuit Athenis imperium, & post eum rursus perpetuò. Ideo dixit, leges ante & post eum.

Nisi si cui tempus est adscriptum.) Hoc reprehendunt quidam, eum, quod in lege Timocrate culpet, id ipsum nunc in uetere lege probare. Respondemus, Demosthenem hoc de futuro dixisse dumtaxat, Timocratem etiam de præteritis: & laudari causam ab oratore, ob quam tempus quidam ascribant suis legibus, causa apposita.

Ob hæc legis huius lator.) propter has res, quæ de ferendis agunt legibus.

Neq; de ignominiosis.) Contrarius ignominioso est, dignitatis compos. uerba hæc, iubet lex, utroq; referuntur.

De dimissione.) Aliud uocat dimissionem, aliud uocat ordinem. dimissionem, ueluti si quis debitor inopiam causetur, & supplicare uelit populo non de totius debiti condonatione, sed partis: ut partem soluat, pars sibi condonetur. Qui igitur, inquit, eam rem petunt, de ijs præsidēs non referant, id est, non proponant populo.

Occultè.) Non de iudicibus loquitur, sed de plebeijs quibusdā iudices incitantibus. quare etiam addit proprium iudicium, uerbum occultè.

Ascito nemine.) non indicta concione à factione Androtioniana.

ὀπαραβύσις.) id est, clandestinè. translatum à ruderibus, quibus ædificia intrinsecus implentur, & ita occultè, ne appareant. * obturare os oratorum.

Temporibus expectatis.) uidelicet, tertia concione.

Per errorem.) per obliuionem id fecisse, & opinionis errorem.

Inijcere legem.) Vim habet hoc uerbum, tanquam latro quispiam uoluerit clam iniijcere, & se in pedes conijcere. Inseruit igitur

tur & Timocrates suam legem, quæ lex nõ erat, è receptis legibus.

Sed statim dicam.) Dicere differt, uolens ne an inuitus id fecerit. hoc enim post legitimum est collocandum. Nunc enim in uniuersum est ei propositum, ostendere sine legitima lex eius.

Lege sequentem legem.) Sciendum, hanc legem non esse ab antè dicta diuersam, sed partem eius. Cum autem uellet orator ostendere, Timocratem quodammodo multas uiolasse leges, diuidit unam in duas, ut alias etiam fecit.

Difficile quidem est iudices.) ἔργον, opus. id est, difficile, eo quòd qui in opere sunt assidui, difficultatibus conflantur. Argumentum autem hoc loco est captiosum. Lex enim Timocratis iubet ærarios sponsores constituere, donec soluerint. * Hæc uerò iubet non uincire, ut soluant debitores. alia uerò uetat supplicare de remissione æris alieni. Est autem adhibita tractatio à mente legislatoris aliena. Nam cum lex ambigua & obscura est ob nominis similitudinem aut defectum, aut distinctionem non additam, tum legis sententia inquiritur. Cum uerò lex perspicua illa quidem est, sed alioqui præter opinionem, aut propter humanitatem intempestiua uideatur, aut propter insignem crudelitatem: tum artificiose inquiritur sententia scriptoris, id quod hoc loco facit Demosthenes. Quia enim omnino inhumanum uidebatur non licere supplicare, causam adijcit, cur sit interdictum.

Norat humanitatem.) Quia lex continet, ne quis supplicet, ne lex inhumana uideatur, pluribus uerbis probat: ne quid res publica detrimenti caperet, sublatam esse nimiam humanitatem.

Leges quidem.) De Timocrate mandatum dixit, quod est tyranni: De legibus, aliquid leuius, præceptum, ut ille quasi tyrannus esse uideatur, cum duo plebei sint utrinque, altero accusante, altero reo.

De quibus iudicium.) δίκην uocat, quod est de criminibus, ueluti de adulterio. ἐύδουξ, defensio eorum quæ aliquis sibi publice credita administravit, ueluti legationem, aut sacerdotium. De ratione δὲ δύνως iam diximus, id uocabulum antepenultimam acuere,

ἰώντων.)

ἰώντας.) pro ἰάτωρα, sin unto: Attica phrasis est.

Is uerò scripsit praesidibus.) Praesides enim apud populum introducebant. Ex nouem uiris autem, sex uiri in iudicijs.

Iudicia & arbitria.) Sciendum, eum per abusionem hic uocare, δίκασ, ea quæ disceptata sunt in iudicio, siue publica, siue priuata.

Arbitria.) Ea quæ ab arbitris disceptata sunt.

Define.) Ad scribam dicit: siste lectionem. Neque enim opus est totam recitari legem, sed quantum ex ea ad causam praesentem pertinet. Sunt autem hae oratoriae simulationes. Etenim saepe, tametsi nihil amplius in lege restet, simulat se prohibere scribam, ut uideatur gratificari iudicibus uitanda orationis prolixitate.

Vtrum iudicia.) Interrogatiue hic utitur figura duplicis conclusionis.

χέρους.) Hic non significat peius, sed, minus.

Exceptis publicanis.) Timocrates rursus et hic bene scripsit, cum dicat: his non licere sponsores constituere, sed statim ab eis repeti, cum illi uectigalia exigerent, & quæ exigebant, exhiberent. Sed orator, rursus ut accusator, argutatur. Aliter. Argutatur in uinculi uocabulo, & ait: Male separauit mancipis tanquam praecipue iniurios, cum alios uinculis liberet, maioribus peccatis constrictos. Neque uerò ita erat. Timocrates enim dixit, eos qui ob multas uincti sint, sponsoibus datis esse liberandos. At orator argutatur uinculi uocabulo & similitudine, dicendo, Vinculos in uniuersum omnes iuberi solui. Nam cum necesse esset, ut mancipis numerarent, aut uincerentur eum annum quo uectigalia redemerant: ideo adiecit, Publicanis exceptis, quia non sua numerant, sed ea quæ publicè acceperunt. Sed ut ij qui ex multis debebant, remissius tractarentur: cum numeraturi essent, non quæ acceperant, sed quæ de suo debebant.

Aut qui manus puras habent.) Homicidæ, quibus intrare templa nefas erat. Confirmat hoc etiam ex contrario. Nam si eos qui manus puras non habent, semper insectatur: Consentaneum non est, eum qui ita sit affectus animo, patrem oc-

cidisse. Sed & aduersus Androtionem ait, patrem ab eo malè tractatum, quem multa iustra in carcere neglexerit.

Quibus uniuersis latae leges.) Argutatur & hic. Neque enim proditores solui iubet Timocratea lex, neque homicidas, neque eos qui parentes malè tractarunt, sed ob multam uinctos. Sed cauillatio ex nominis similitudine oritur. Vincula enim in omnes constituta sunt. Non tamen, si rarijs ad tempus uincula relaxat, iam etiam quemlibet uinctum soluit.

Ego uerò tacebo.) Pro, non amplius me accusatore est opus. Nam ibi Timocrates ipse se accusat, & mea uice fungitur.

ἑσαγγελία.) Crimen laesae maiestatis, iudicij nomen est in eos, qui statum popularem abrogant, quacunque tandem ratione id fiat.

Recita eis id ipsum denno.) Hoc quia firmum est, saepe recitat, Vinciatur, donec soluerit. Videntur igitur reuera inter se pugnare leges. Fortassis autem non pugnant, si quis res ipsas consideret. Iubet enim prior, in uinculis esse donec soluerint. Iubet & posterior, perinde in uinculis esse, donec soluerint: * deinde autem non remittit, & est non nihil mutata, per exiguam continens prioris correctionem. Nam illa superior, continenter in uinculis esse iubet: hæc uerò, in uinculis esse, & ipsa quidem iubet nihilominus, sed ad tempus: per quod eis relaxationem ambit, & sub sponsoibus eos per id tempus esse iubet. Quare non pugnat. Pugnat enim id, quo tollitur alterum. Quod si ueterem de uinculis legem non tollit, quod & ipsa uincula mandat, non est contraria.

Quo autem uobis abstinere.) Hic auspicatur conclusionem legitimi, sumptam a sententia. Cum enim post argumentationem cognoscere studeat auditor causam, qua impulsus, talem scripsisset legem: ueritus ne ad utilitatem se conferret, adiunxit turpitudinem, sumptam ab opera mercenaria, ut auditoris odio ei concitato, nec rationes eius de utilitate cum beneuolentia acciperet.

Qui contraria.) Quod dicere uult, est huiusmodi: Si ob lucrum non dubitauit leges sibi ferre contrarias, cum uerent le-

ges, ne uel alijs contrariae scribantur: quid eum facturum putaretis, si à legibus contraria scribere non uetaretur?

Alijs.) qui iam leges tulerunt.

Quemadmodum igitur Athenienses.) Perinde enim est maleficos in ipso facinore deprehendere, & Timocratem aperte secum pugnantia scribentem. sed deinceps in loco utilitatis utitur exordio.

Confitentis.) Non uoce, sed ipsis rebus. Capitum autem enumeratio è medio petitur.

ἐξ ἀπορίας ἀναίτιον.

Eum igitur etiam contra has.) Eas quæ sunt de re scilicet. Deinde causarum reiectionibus utitur, dicendo: eum non aufurum dicere, legem non esse contrariam, se esse imperitum rerum, & indoctum, aut aliqua dignum uenia. Decet autem reiectione illa in uentura orationi, & loco sententiæ & uoluntatis.

Miror autem eum.) Hinc auspicatur reiectionem. Solent autem reiectiones in solo capite legitimo collocari, ipsæ usus est ut abducat eos à sententiâ utilitatis. Quare exaggerando peccato à magnitudine: Non fuit, inquit, imperitus legum, non fuit indoctus Timocrates, non satisfieri sibi patitur loco utilitatis, ab eo qui sit ausus leges uiolare, lege sua scribenda, tametsi sexcentas recenseret utilitates.

Nec pro cognatis.) Rursus urbanitas est.

Idoneam & utilem.) Geminato uerbo idem dicit.

Arbitror igitur omnes uos.) ἀπλῶς pro aperte ponitur, & non callidè. Quia uerò diuerse legem interpretantur ipse & Timocrates, & sustinere potest singula Timocrates quæ ab oratore ingeruntur: refutando ab eo quod deest, & soluendo id quod sequitur sententiam, de lege differit, dicendo, Non unam esse legis sententiam, sed multas & diuersas: & hoc esse inutile. Id uerò dicit, ut innuat, multa esse dicta non satis explicatè. sed eam obiectionem Timocrates ita refutabit; ea omisi ut confessâ, * occupans diuersas esse sententias. Quare ob hoc fuerit inutilis. Reliquum autem est considerare, quibus capitibus fretus sit Timocrates, quibus Demosthenes. Constat igitur, confidere Demosthenem legitimo & utili: Timocratem humanitate, quæ refertur ad iustum,

Cum igitur Demosthenes nitetur legibus, necesse habebit respondere Timocrates, se consentanea scripsisse legibus. Est enim, inquit, lex, Atheniensium uinciam neminem. Cum autem utilitatem profert Demosthenes, & iterum ostendit, quæ re publica detrimenta captura sit, dicat Timocrates, & necessariò respondebit, eos si sua lex ualeat, multas magis soluturos. Comparabunt, inquit, pecuniam, & sponsores eos urgebunt, & de suo iuuabunt: sic Timocrates sursum ac deorsum iactabit iustum, se humanam tulisse legem, cum eam ob inopes tulerit, in commodum tenuiorum. Vnam igitur Timocrate legis agnoscimus primam partem * sed omiſſa lectione, oppugnat scriptum, quod est: *Si quis ararius damnatus est uinculis, lege aut decreto aut posthac damnabitur.* Cum igitur oppugnandum esset legitimum, illic legem cum legibus comparauit. Cum uerò in legem esset inquirendum, esset ne utilis an non: tum ipsam legem solam per se legit. Sic non omnis oppugnatio scripti alicuius, quæstionem legitimam facit, id quod Metrophanes & Hermogenes docent: siquidem & hic scriptum oppugnatur, sed argumenta referuntur ad utilitatem. Accusat igitur captiosè, de præteritis & futuris differuisse legislatorem. Nam Timocrates concedit iudicibus ferre sententiam de controuersis, & damnare uinculis. postea de uinculo differit. At Demosthenes dicit, eum iudicijs superiorem esse uelle. Sed quia fit, ut etiam indemnati uinciantur, & ad undecimuiros abducantur, uel ob prodicionem, uel aliam quampiam maximam iniuriam: propterea ex ambiguitate uinculorum captiorem petijt. Sed dicet Timocrates, liberandos uinculis, eos qui post iudicium uincti sint. Demosthenes autem eos accipit, qui causam non dixerunt. Vt igitur captionis causam à lege petere uideretur, legis obscuritatem culpauit: & locus argumenti est obscuritas, propter rationem non satis explicatam. Non iustam, inquit, legem tulit de rebus præteritis & futuris. Loco autem hoc uti non potuisset, non prius accusata scripti obscuritate.

Nam si quis, etc. hæc firma est obiectio Timocratis, qui quæ ea polleat, Demosthenes obiectionis

iectio
qui li
addit
Quon
pars.
negat
sic dic
dicis.
terum
ter se c
terutra
A pr
est. No
lum, se
Myri
ur, Tim
piamus
Ac de
dit hoc
bus præ
idem &
concessi
magis ei
Perinde
furdum
re malum
Si uinc
furdum
aliquid se
pali odium
Ne quis
ne quis o
conficere
Nisi enim
cetera pe
nenda est
Neque op
uos aliqui
tam dem
dos.
Et uerò
enim est p
ter interro
plus ualere
qualitate u
dices. ita
dentia Tim
enim, si q
ite per p
uit.
Alter. In
ca. Cur au
gressuri iud
dicium futu

iectionis uice eam ponit atq; extenuat, ijs qui sint adducendi in iudicium, non ijs qui adducti sint, eam præstari humanitatem. Quoniam autem etiam translatiua est hæc pars. Nam se omnino tollere clementiam negat, postquam, id ei uisum est asperius, sic dicendum, inquit, fuit: Sed non ita ut tu dicis, sed translatio hæc, primum reijcit, alterum statuit. Cum autem hæ duæ leges inter se contrariæ sint, necesse omnino est alterutram esse iniquam, & repudiandam.

A' prima syllaba.) Per superlationem dictū est. Non enim dixit uerba sententiam uel solum, sed singulas etiam syllabas.

Myrrhinusius.) Hic subdistinguentū est: ut, Timocrates censuit, absolute per se accipiamus.

Ac de futuris quidem.) Per concessionem dedit hoc artificiose, ut per hæc ostendat, de rebus præteritis ferre leges quàm sit absurdū. Idem & in Aristocratea fecit. Cum enim concessisset Charidemum esse ciuem, ea re magis ei nocuit.

Perinde ac si quis omisis.) Reductione ad absurdum per fictionem ostendit, infinitum fore malum.

Si uinciri graue est.) Cum nihil uideretur absurdū, si uades dedisset de uinculis: odiosum aliquid subiicit, ad concitandum in eum populi odium.

Ne quis mulctetur.) Scribendum, inquit, fuit, ne quis omnino in uincula, datis uadibus, conijceretur.

Nisi anticipasset.) A' uerbo Oportuit rursus cætera pendent. sed prepositio πὲ transponenda est ad κατεγνωκότας, ut hic sit sensus: Neque oportuit eum, cum deprehendisset uos aliquem iam antè damnasse uinculis, tum demùm dicere, uades ab eo esse dandos.

Et iuratorum.) Non dixit, iudices. Fortior enim est populus iudicibus. Sed ne uideatur interrogare, utrum populum oporteat plus ualere legibus, qui sunt ij qui ius dicunt, qualitate uti maluit. Iuratos enim uocat iudices, iniuratos populum, ut etiam imprudentia Timocratis conspiceretur. Iudices enim, ij q; iurati, uincula pronunciarunt: at iste per populum uincula sponsione soluit.

Aliter. Iniuratis.) Sic præsentis iudices uocat. Cur autem eos uocat iniuratos: quia ingressuri iudices, ea de re iurabant, de qua iudicium futurum erat, non aut de rebus iam

iudicatis. Hoc igitur dicere uult: hortatur ea uos abrogare, quæ dudum facta sunt: de quibus neq; cõuenistis, neq; iudicatis, cum alij iudices illis de rebus iusurandum dederunt.

Quare pro uobis.) Alius locus ab affectu cuiusque, quem de semetipso quisq; nostrum habet. Quisque enim uult suam sententiam ratam esse. Hic locus iram concitat, cum is qui præcessit, comparatiuus fuerit per contentionem, utrum ratum esse oporteat suffragium iuratorum, an iniuratorum.

Sed nec ea quæ iusta esse statuit.) Demosthenicæ uiolentiæ est inuentum, aduersarij firmamentum euertere. Nam Timocrates legem ut humanam celebrat, ac uinculorum laxationem iactat, si uades dederint. At orator uiolenter hoc evertit, dicens, eum reuera ne uades quidē uelle constituere, sed decipere populum.

Vndecimuiros.) custodes carceris. Suffuratus igitur, inquit, est uincula, quia non iubet uinciri apud undecimuiros, & custodiri, donec uades populo dati fuerint, ut ararijs interea fugere liceat.

Loco aestimationis.) Aestimationem uocat ipsam multam inflictam à tempore noni curionum conuentus, quo duplum esset numerandum.

Argentum.) Ipsam summam & fortem sic uocat.

ὄταν θοῖ.) ἐνταῦθα & ἐντανθοῖ dicitur, id est hic, non ἐντανθοῖ.

Id quod scriptum est.) ipsam fortem.

Viles homines.) Contemptæ conditionis & fortunæ.

Quos.) Id est, quos sponsores si reieceritis, hoc est, improbaueritis, & non repperitis: aut, si fide indignos sponsores ablegaueritis.

Non enim uniuerse uinciri.) Conatur euertere legis opinionem humanitatis apud ciues excitatam. estq; ueluti refutatio obiectionis, ne quis dicat, Ecce & ipse uincula manere iubet: subiicit, solum nomen poenæ uinculorum uobis relinquit, cum dicit, uinciendos esse: sed reuera & ipso facto tollit, fugæ occasionem suppeditando ijs, qui pecuniam numerare nolūt, ut supra dixit.

Sed tempus suffuratus.) Repetendum, putauit oportere.

Etiam ab inuitis.) hoc est, etiam nolentibus uobis uinculorum laxationem dedit.

Eius

Eius uerò qui non constituit, non potest utiq;.) Quì enim sponsores habere potest, qui non constituit? ubi etiam ait: In eum qui uades non dedit, nihil scripsit.

Collocant.) constituunt.

Enimvero quo pacto minus utilis.) Hic incipit conclusio. Perorat autem repetendis præcipuis argumentis, & concludit conducibile caput. Secundò, tanquam capita enumerat eorum quæ dicta sunt. Quòd si quis quæritur in media oratione collocarit capitum enumerationem, cum ea propria sit perorationis: respondemus, hanc esse enumerationem partis, hoc est, uniuscuiusq; capitum, nõ perfectè ipsius orationis & confirmationis.

Eum igitur totam confundere.) Et hæc ad utilitatē uerba pertinent. Sed non id facio quod conuenit, statim pecuniam enumerans.

At hercule dicemus Græcis.) Gratia, iracundia mista. Talis est enim hic orator, qui malitiosas calumnias & effugia dissoluere queat.

* Facere posse aliquid quod oportet?

Nono Curionum conuentu.) Nonum mensẽ dicit.

E uectigalibus.) τὴν propriè portoria dicuntur, sed per abusionem etiam reditus agrorum.

Adiectiones mulctarum.) Mulctam irrogatã ærarijs, soluere nolentibus.

Ius non dicent iudicia.) Non modò iudices mercedem accipiebãt, sed & senatus & populus. unde infert: sed gratis ea faciemus?

At mediusfidius gratis hæc.) Obiectio. Sed etsi pecunia defuerit, nihilominus exercebunt iudicia, etiam sine mercede. Verùm hæc nõ est naturalis obiectio. Nemo enim contra ipsos iudices dixerit: sed hoc ita affert, tanq; Timocrates id postulet, et est comparatiuũ. Nam uerbo ἢ δὴ orator ubique utitur perstringendi gratia. * At uerò paterna & auita.

Nunc undiq; fugitans.) κὺκλω, pro undiq;.

Vectigales.) Propterea non adscripsit hoc, quòd uincula minitabatur publicana lex.

Equites.) Nam & equites stipendium accipiebant in pace ad equos alendos.

Sed etiam iniurijs.) Non quia pro ijs tulit, sed de uinculis: & quia hi sepe pecunia mulctabantur, cauillari potuit. & quia cauillationis plena uidebatur oratio, subiicit:

Cum enim leges edicant.) Labefactat hoc, tanquam sit legitimi: sed non est, sed ait, Solonem hoc & hoc dicere utilitatis ratione habita, quem Timocrates non imitetur, sed le-

gem inutilem rogarit. Defendit & ipsum Diodorum: quia dum uult firmas esse parricidiales leges, ex eo apparet propositum ei esse parentes colere. Frustra igitur eum calumniatus est Androtion, ut patris interfectorem.

Vt apud inferos lemurius.) ueluti Tantalò, Tityo, Ixioni. Quia uerò sentit talia commenta poeticæ audaciæ esse magis, quàm rhetoricæ artis, quasi ueniã petijt, his uerbis: Etsi onerosius est, hoc est stolidum: ut inquit Athanasius.

In idipsum.) Maximè debet propter hoc interfici, ut illis lege ista rogata, maleficos supplicio liberet: nos uerò ita sinat uiuere, ut rempub. gerimus.

ποδνάλην.) Instrumentum quoddam est tortorium, in quo torquetur aliquis ligatis manibus & pedibus, quod uocatur & ποδνάλην, illud ab affligendis, hoc à diuarcandis pedibus appellatum.

De multa.) id est supplicio.

Quòd si conuictus fuerit.) Dixerit aliquis, quomodo ait, cum prius dixerit, Introducunt eum in Helicam? quì uerò potuerunt eum introducere, non deprehensum? Respondemus, eum hic dicere, si conuictus fuerit: non, si comprehensus fuerit, sed si iudicio dånatus fuerit, idq; fecerit ob quod est comprehensus.

Luere, aut soluere.) Luere corpore, soluere pecuniam.

Nunquid similis, Athenienses, Solon est legislator.) Per contentionem & differentiam, quæ est inter Timocratem & Solonem, ut ab autoritate personæ tanto grauius leges ostendat ab eo esse uiolatas. Obiectionem uerò hic nullam contra utilitatem posuit: quia non expediebat ei, sui capitis uim labefactare.

Cum uerò à qualitate Timocratis ratiocinabitur, tum mouebit obiectionem, dicendo, quàm absurdum sit futurum, cum ipse scripserit ne quis Atheniensium uinciatur, si ipse mali aliquid tulerit.

Meliores reddit.) Non dixit, punit, quanquã in superioribus pœnam cõmemorarit: sed, meliores facit, pœnã castigationis nomine appellans. Proinde species Timocrateæ humanitatis noxia est: Solonis uindicta, non pœna, sed utilitas.

Volo igitur.) Repetitio duorum capitum, utilis & legitimi. Si quis autem quæret, quare iustum omiserit? dicemus, non omisisse. Sed quia non fuit omnino firmum, etsi aperte nusquam ponit, ubiq; tamẽ immiscet.

Primum

Primum contra leges.) hoc est legitimæ personæ: secundum, legis ipsius.

Tertio.) Sciendum, eum hic non dicere de tertio capite, quod est iustum, sed de utili. Tertium uerò hic uocat utile, non ordine, sed diuisione capitum. Legitimum enim caput in duo diuisit, in id quod est præter legem, & in id quod est contrarium legibus. Proinde ut in bipertita ratione, tertium hoc dixit: quoniam ad ipsam naturam legitimi capitis, rursus alterum dicit utile.

Neq; enim uel inuitus.) Si data opera tulisset, si per imprudentiam aliquid boni fortè fortuna scripserit. Quia uerò meditatio, nihil bene habet. Nam illud, *ne inuitus quidem*, est ueniē sublatio, et tecta iusti refutatio, quod afferre potest Timocrates: Id uerò non aperte ponit, quia aduersarius ea re pollebat.

Miror autem Athenienses.) Hic incipit iustum caput, quod purè definit in exagitationem Androtionis: quam dixit Menander secundum esse argumentum.

Si quis ædilis.) A' comparatione orditur, per contentionem. Qui nam magis lædunt rempublicam, municipes qui præfecti urbis & iudices fiunt, qui ex inopia & inscitia & imperitia rerum in referendis rationibus peculatus esse rei uisi sunt: an legati delecti à populo, diuites, qui sacra & publicam pecuniam surripuerunt, & usum fructum eius pecuniam diu tenuerunt? Operæ precium autem est in hoc loco querere, id quod ob stare uideatur. Ait enim, legatos iuari legitimo: Eos uerò qui præfecti urbis & iudices in municipijs facti sint, non iuari. Atqui si lex uincula remittit, ex æquo remittit omnibus. Qui potest igitur fieri, ut ea iuuet alios, alios non iuuet? nisi quis dicat, eam non auferre decuplum à præfectis urbis. sed & hoc infirmum est. In quo igitur est captio? quia non de uinculis differit, sed de eo, utros sit æquius soluere? legatos, qui surripuerint, an præfectos urbis & ædiles, decuplum ob peculatum? Non enim de lege differit, sed iustum ipsum per se exquirat: quos sit æquius multam numerare? eos ne qui sunt ob inopiam furati, an qui delecti legati & homines locupletes, postea surripuerint? Quod uerò in hac tractatione admiror, exponam: Quia metuebat inhumanitatem iusto adherentem (acerbi enim est, pronunciare iniurijs pœnas luendas esse) non à sua persona caput illud profert, sed Solonem sursum & deorsum inculcat, Eum enim qui autoritate su-

apte legem eam tulisset, qui uis crudelem existimasset. Quapropter à qualitate Solonis hunc locum tractat. Autoritate præditus enim est Solon, & illustrior. Est autem ἀγοράνομος, inspector rerum uenalium in foro. ἀσύννομος, qui in eo occupatur, ut urbs munda sit, qui apud nos * πραιτωρ appellatur.

Aut iudex municipalis.) Fiebant enim è singulis municipijs, ut è Paraniensi & alijs, iudices. Deuilles igitur, inquit, antea, siquidem studiū humanitatis habebas, & de his ferre legem. Hæc autem omnia dicit ad euertendum aduersarij præsidium, & iustum, ut ostendat eum non ex humanitate tulisse legem, sed propter legatos. Aliter. Non simpliciter hoc dicit, sed significare uult non uenatus conuentum, ut ostendat per hoc eos debere dupla.

Atqui Solon.) Alia sublatio humanitatis. Ecce enim Solon qui est eo humanior, puniit iniurios: iste uerò dimittit, ut demonstrabimus. Est autem locus hic comparationis à minore, cum is qui antecedit, sit à maiore. Proprius autem est uterq; locus. Quia enim de legatis peculatoribus uerba facit, necessariò etiā proprijs exemplis est usus. hic enim uides, furta minora grauissimis pœnis sanxisse Solonem.

Et non satis ei fuit de futuris.) Tertius hic locus est ex contrario.

Si quis autem noctu.) μετ' ἡμέραν dicit, pro interdium. Nocturnum autem maiorem esse pœnam ostendit, quia nocturnum crimen est grauius. Interdium enim adiutores licet accersere, nocturnum non item.

Quorū sunt abductiones.) id est, quos licet abducere in carcerem, ut significet illam de quinquaginta drachmis legem. Qui enim infra quinquaginta drachmas furabantur, lenius puniebantur.

È Lyceo.) Tria fuerunt hæc gymnasia apud Athenienses, Lyceum, Cynosarges, Academia. fuerunt & templa ibidem: ad Lyceum, Lupicidæ Apollinis: ad Cynosarges, Herculis: ad Academiam, ipsius Academi herois, à quo etiam locus nomen accepit. Sic autem uocata sunt tali de causa. Academia, ab heroe quodam Academio, ædificatore loci illius ubi docebat Plato. sed tenor Academicus in recto casu est in antepenultima, ἀκαδημία, quoniam & rectus Academi ἀκαδημίας, à quo nominata est, acutum habet in antepenultima. Cynosarges ex eo, quod cum aliquando sacra fierent Herculi, canis albus

coxas rapuit, & in eo loco deposuit, in quo est gymnasiū. Rectus *κυνδοραγας* & ipse antepenultimā acuit. Nam compositio in tergū reiecit accentum. Lyceū, Lupicidā Apollinis, siue quia pastoralis is deus habetur, ex eo quod Admeto seruijt, & ei necesse fuit ut pastori, occidere lupos hostes gregum. seu quod, cum aliquando lupi urbē Atheniensium inuassent, & multos Athenienses occiderent: respondit deus ille, ut in eo loco maximē sacrificarent: post ex nido perierunt lupi. Ex eo Atheniēses grati Apollini, illic eius aedem extruxerūt, Lupicidā Apollinis.

Atqui ego putabam.) Tertius hic locus ex contrario. Vides enim eum de modo disputare, quo pacto eum oportuisset ferre legem.

Atqui ō Timocrates.) Locus à pari. hic enim de paritate & poena pro cuiusque merito, uerba facit.

Non enim profectò dicet.) Obiectionis refutatio. Dixi enim saepe, non ita uehementer esse puniendum, sed clementius. Soluit autem eam, sed non prorsus illud ipsum dixit, sed ut ipse uult, ita introducit. Nota in ijs qui deserunt ordines, negare ueteres *λεπτοτάτης* composita uoce dici, quod alioqui Demosthenes sic dixisset.

Interest autem.) excellit. grauius enim esse ostendit. Quidā pro differre exponunt. Atqui nec furtum, nec sacrilegium commiserunt. sed definitiuē hoc facit. Ipse enim sacrilegium hoc uocat, non dare pecuniam sacram. Illud enim à principio, hoc à fine fit. Qui igitur è templo surripit, à fine: qui uero prorsus non amittit, à principio facit sacrilegium.

Non casu.) Dixerit aliquis: Non igitur est reprehendendus Androtion cum suis, siquidem ipsi in causa non sunt, sed dea. Respondemus: primūm Homerum, deinde Platonem hoc nos docuisse: Deos, si quē uideant improbum, iniicere ei talem aliquam cupiditatem, ut per eam det poenas eorum quæ clam admisit. Quemadmodū Pandaro periuro illi persuasit Minerua, ut foedus uiolaret, unde etiam in lingua est uulneratus.

ἀκρωτήρια premia.) quasi alas. sic enim pingitur Victoria. Quidam exponunt, Victricis Mineruæ simulacrum in arce esse: Eius alas, quæ essent aureæ, instituisse quosdam improbos auferre, & ipsos suis manibus

perijisse. Dissidentibus enim inter se, quis plus è sacrilegio caperet, iniecto eis illo furore à Minerua, semetipsos prodidisse. Alij dicunt, quemq; maleficorum contendisse, ut plus acciperet: atque alios dixisse, sibi plus esse dandum, quod alios gestassent ad templi aditum: alios, se ingressos, maiore in periculo uersatos esse. Magis enim fuisse metuendum, ne ipsi intus caperentur, quàm illi qui mansissent foris.

Volo autem uobis.) Tanquā per exordium significat, ipsum in id periculum se coniecisse. Amplificationes autem æquē ex eodem loco petuntur. Sed fingit se extempore dicere, ne meditatus esse uideatur. * Præmittenti autem melior est scriptura: quod à me prætermisum est, ut uideatur ob magnitudinem dicere, & non præmittere tantam rem.

At si minora.) Obiectio * ut in causa. At minus delinquant. Igitur & insanire se fatebitur.

Operæ precium igitur.) Est & hic locus similiter contra Androtionem, in memoriam ea reuocans quæ in exactione tributorum fuit ausus.

Si quis fuerit bifariam.) Ex duabus artibus, aut ex duobus iudicijs. Accidebat enim ut bina fierent eodem die. Ne igitur esset tanquam questus, prohibet hoc. Ducas artes tractare rursus uetat, quod neutram bene exerceat animus, in duas partes ueluti distractus.

Concioni interest.) Ingreditur pauper aliquis ignominia notatus in concionem, ob accipiendam pecuniam, ut concionis particeps.

Vt autem isti.) hoc est, oratores, patroni Timocratis. Obserua ut hic significet, indotum esse Diodorum. Quare hic oratores perstringit. Neq; enim Demosthenes hæc dixisset.

At hercule.) Per interrogationem, estq; obiectio ab indecoro.

Non tamen si per multa possit de peculatu dicere.) Figura præteritionis est usus. Vbi enim nihil habemus, tantū significandū aliquid est.

Multa lustra.) Nō simpliciter hoc dicit, sed quia quinto quoq; anno Panathenæa solebant celebrari. Tum uerò licebat uinctis exire uinculis propter celebritatem ludorū, ut in Androtioniana cognouimus. Cum autem dicendum fuisset, lustrum, pluraliter extulit, ut atrociorē orationem redderet.

Florente

Florente aetate.) in adolescentia, ut rursus eius molliciem derideat.

Cum Deceleam profugisset.) Videtur captus esse ab ijs qui Deceleam tenebant. Nam si transfuga fuisset, uita ei concessa non esset ab Atheniensibus. Sed orator quod fortuito factum est, ad consilium refert.

Harmostes, id est praefectus.) Nunc eum significat, qui praesidio Decelico praefuit. Est autem Declea oppidum Atticae, quod Lacedaemonij ad oppugnandos Athenienses munerunt. Multi igitur transfugerunt, qui cum illis sentiebant. Ferunt autem istum omnino fuisse senem. Circa Peloponnesiaci enim belli finem hoc est factum. Vnus igitur is fuit illorum qui eò transfugerunt. Sciendum autem est, eum ad orationem reddendam uehementiorem hoc dixisse. * In confesso enim erat, uxores & liberos eorum fuisse olim, sed ut rapinam eius indicaret, hoc dixit. A uerbo, non est, cetera pendunt omnia.

ἀγρονομός.) Laconico principii, qui fuit illic, quia Decelici praefecti concedebant suis militibus, ut quae Atheniensibus furati essent, eorum ipsi nouem partes tenerent, decimam duntaxat eis, quod est, reipublicae Lacedaemoniorum, numerarent, ut hac ratione multos incitarent, ad Athenienses strenue uerendos & spoliandos horum accuratè) eorum quae ex praeda uestra coeperat.

Et fellam.) huic infederat Xerxes in Angaleo monte Atticae, spectans pugnam naualem Salaminiam.

ἀκνίσιος.) Nomen ensis Persici.

Darius.) Nomen nomismatis Persici.

Ego sane nihil puto.) Cum rursus hic *μὲν* usurpari, non subiecit &c. quia in confesso erat id quod subiecturus erat. id autem erat huiusmodi: Arbitror et uobis idem uideri. Nam, ego quidem arbitror, nihil, ad superiora refertur, nempe ad illud, Proh diuum fidem, quid uetat omnes esse improbos.

Neque enim peregrinitatis.) Si quem apud Athenienses constabat sibi uendicasse ius ciuitatis, cum Atheniensis reuera non esset, et eadem tamen quae ciues faceret, ante iudicium in carcere habitabat: iudicio uictus postea uendebatur.

E Piraeo.) id est, E popularium, eorum qui urbe sub triginta tyrannis exularunt, et Phylem occuparunt, numero. Argyrium autem & Philepsium, ut suos inimicos, in Pluto deri-

det Aristophanes. Callistratus autem orator fuit, quem admiratus est Demosthenes: quem cum digitis monstrari uideret Demosthenes, eloquentiae cupiditate, ut in uita eius diximus, est inflammatus.

Et quaestores.) Sciendum, pecuniam tum quae alijs diuis sacra erat, tum quae Mineruae, repositam fuisse in conclauis quodam post arcem, quod uocaretur *ὁμοδόσιμος*, quasi dicas, domus posterior. & quosdam fuisse quaestores constitutos ad eam pecuniam custodiendam. Quodam autem tempore, cum magna pecunia illuc relata esset, uisum est quaestoribus, clam Republica eam mutuare argentarijs, ut ipsi quaestum inde facerent. Ut uero id fecerunt, accidit postea ut argentariae mensae euerterentur. Visum igitur eis est, incendere opisthodomum, ut pecunia igne, non ab ipsis, consumpta uideretur.

Et qui in frumento.) Exponunt hoc de mercatoribus quibusdam Atheniensibus, qui conuicti sint, uexisse frumentum in alium portum, contra legem Atheniensium. Lege autem poena sancita erat nauiculario Atheniensi, aliò quopiam quam Athenas uerenti frumentum, quod tenue solum erat agrum Attici.

Sed recordamini uos Eudemum.) Coniungit locum contra legislatorem, per exemplum: & est uehementior oratio post iustum.

Cogitate quid nam.) Sententia fictione proponitur. Vult enim ob ea quae iam facta sunt, poenam ob eo exigere.

Contra aestimante.) Iam cognouimus in ratione uindictae multam irrogasse iudicem. Deinde eo fuisse liberum, contra aestimare litem: se hoc esse meritum. Postea penes iudicem erat, eam aestimationem uel admittere, uel repudiare.

Vt autem & de illa dicam lege.) ut quae superuacanea sit, & obiter citata. Destruit enim, & ponit promissionis specie: Nam firma capita si in lege essent posita, magnam ei pugnam concitassent. Hic multas reperit refutationes ab exemplis, ad iustum pertinentibus. * Neque enim datur dicendi locus, cum lex extaret, quae diceret: Neminem Atheniensium uinciam, tot duces & oratores fuisse uinctos.

Imparati.) Non habentes, cum uincti tenerentur, aduocatum. Est autem a scripti sententia. Hoc producit Timocrates, quasi

bb 2 lex uictus

Hac uita ab Vlpiano descripta, non extat:

lex uetus ei quam ipse scripsit consentiat. Non est autem lex, sed senatorum iusiurandum. Lex enim, inquit, praecepta continet uniuersalia, ueluti, Hoc faciendum est, hoc non est faciendum. Sed, Neminem Atheniensem uinciam: nō est simile uoci legis, sed est hominis ea loquentis. Quasiuerunt quidam, cur hanc obiectionem in legitimo capite non posuerit, cum illic collocari debeat. Respondemus, si esset illic posita, fuisse ponendam à Timocrate. Firma enim erat obiectio. Hic autem post confirmationem & demonstrationes, quibus ostensum est noxiam esse legem Timocratis, facta est imbecillior in peroratione collocata. Et sic nec eam fugere uisus est ut inexplicabilem & irrefutabilem: & rursus per conclusionem, eam infirmam esse ostendit.

Idem tributum pendentes.) tribus sponsoribus pares facultates habentibus, qui pro illo spondent, ut fide digni sint tres illi qui pro eo spondeant.

Nam iste, Athenienses.) Per instantiam & ἀντιπαράστασιν hic soluit. Sciendum autem, eum ἀντιπαράστασιν primo loco posuisse, instantiam secundo * ob impudentiam magis. Calculi autem aliàs perforati, aliàs integri, aliàs nigri, aliàs albi fuerunt. ac perforati & nigri, damnatoriij (dicunt quidam interpretes eos ē suillis ossibus fieri solitos) albi autem & integri, absolutoriij.

Neque enim Athenienses honorare.) ἐνδεξίς iudicium est in ignominiosos, ἀπαγωγὴ in fures.

Deinde Athenienses hoc scriptum.) Hic est instantia. quasi diceret: ex ipsa uoce conijcere licet, non esse legem.

Iusiurandum Heliastarum.) Sciendum, eum etiam hoc iusiurandum Heliastarum in peroratione posuisse, tanquam ad perorationem potius pertinens, quam ad ipsius causae & confirmationis partem.

Et decreta.) Decreta hic dicit uetera illa quae bona habita sunt.

Nouas tabulas.) nec ferendam esse legem de priuata pecunia, ne homines priuati aë alienum recipiant, quod mutuarunt. Id enim tyrannicum est.

ἑρομνήμωνας.) Sic dicebatur is, qui ad consilium Amphictyonicum mittebatur à re publica.

Partitionem.) Hoc enim fieri solet in per-

turbationibus popularium imperiorum. Pauperes enim saepe secessione facta, seditionem mouent contra diuites, negantes esse æquum, illos multos, se nullos habere agros: æquum esse, ut ager pro numero aedium ex æquo distribuatur.

Neque eos qui manent.) scilicet in urbe, qui que nihil deliquerunt, eos non eijciam urbe contra leges.

Nec alium quenquam.) Fieri enim poterat, ut aliquis ipse non peccaret, sed ad alterius peccata conuieret. quod est uerius uiolare ius, ut ait Thucydides.

Ut magistratum gerat rationibus non relatis.)

Lex erat, ne quis bis magistratus esset eodem anno, non relatis rationibus primi magistratus. Ne idem eodem magistratu fungeretur, ob hanc causam: ne qui accusaturi eum erant, expectantes fore magistratum, silere cogerentur. Rursus, * si saepe essent eiusdem ministri magistratus, eum possent accusare, conscij facinorum eius.

κναμύοισαι.) sortiuntur. κνάμοις enim uocabant sortem ipsam, & suffragium ad capiendum magistratum. Erant autem calculi aliàs solidi aut perforati, aliàs nigri aut albi, ut diximus.

Et caduceatoris & legati.) id est, ita uisum, id que comparatione ad alios maiores magistratus. Sciendum, alium fuisse preconem popularem, alium bellicum, qui legatos antecedebat ad faciendam pacem cum hostibus, ferens signum caduceum.

Nec alius mihi.) Saepè fit enim, ut aliquis ipse qui iusiurandum dedit, non capiat: sed subornet uel hominem aliquem, uel uxorem suo nomine capturos, aut alia arte & machina.

Sed nec semen oportet.) Mansit in tropo feminis. quasi diceret, ne spargamus tale semen improbitatis, tametsi nunquam germinaturum sit, & augendum.

Eum autem dolo malo instituisse.) Post infectionem rei, transit ad personam. Locus autem est à sententia scriptoris, eum non fortuito nocuisse reipublicae, sed callidè & meditatam.

Timocrati gratificari.) Reiectio patronorum eius.

ἰφ' ὑμᾶς.) contra uos talia, contraria legibus scribere uoluit.

Reperit

Reperit igitur hoc.) Habetur enim legislator uir melior.

Eum defendent.) Hic reiicere uult aduocatos. Cur autem non accuratè reiiciantur, id iam in Androtioniana diximus.

Per ocium meditatum esse omnia.) hoc est: Cum ocium ageret ab alijs rebus, & uacaret, ut hæc meditaretur. Vide ut inuidiam per hæc ei confleret?

Istius si uocarit.) Timocratis.

Illorum si acceperint.) Androtionis.

Tamen & de illius.) Rursus digreditur in acta Androtionis.

Ac primum id quòd maximè sibi laudi ducit.) Absoluit inuectiuam eodem modo, quo & in Androtioniana. Quæsitum est, cur eadem sit obiecturus, quæ in Androtioniana dixit? Alij respondent, non eosdem fuisse iudices, & nihil fuisse absurdi propter eos qui illa non audierant, rursus eadem hic dici: alij dicunt, ostendere uoluisse Diodorum, se indoctum esse, & non aliter potuisse meditari eadem. Præstat autem eam asserre causam, quam diximus in Philippicis.

περὸς γωγῆ.) delatori: ab adducendo & subiiciendo aliquos, ut per iniuriam ab eis rationes reposcantur.

ἀρξὶ δὲ ξίλας.) censores, eos qui pecuniam accipiunt.

Neq; si multum temporis intercessit.) Scit orator se antiquas res obijcere, tributorum, & eorum quæ antè dixit. Quia uerò ei emergebat prescriptio tēporis, ideo cogitur eam refutare.

ἄρξας.) Priorè acuit, quia negationis est Non igitur.

Cum dixisset defluere folia coronarum.) Iudit. Cū enim essent aureæ coronæ, uerbo usus est quod ad flores pertinet.

σπέρης.) Veteres σπέρης, putrefactas.

Et cuius nefaria pollutum libidine corpus.) Definitiuè & captiose hoc facit. Nam si corpus arcetur, multo magis nomen.

At assidet, neque specum subit pudore facinorum.) Nunc de Androtione id dicit, quod in Androtioniana de Timocrate.

Scio autem eum, inutilem uobis esse legem.) Positurus obiectiōnem, repetijt firmamenta, illegitimum, legibus contrarium, iniustum, ut ostenderet hæc uersari in iudicio, & de

his ferendum suffragium, non de legatis.

Quia uerò mouent rationem illam de legatis, eosque soluisse pecuniam dicunt: ostendit se ex superuacaneo ea ratione contra legatos uti. ideoq; postremam hanc obiectiōnem posuit, ut etiam situ eius ostenderet, eam nihil ad causam pertinere. & ad causam non pertinere obiectiōnem, docuit ipse orator his uerbis: Sed cum de his suffragia non laturi sitis. Et alibi: Ne dic de solutione. nihil enim hæc coniunctiōnis cum lege habent, sed aptam esse, & rectam legem, id doce. Vnde cunq; igitur constat, argumentum de legatis, esse calumniæ causa adhibitum. Quòd si actione ad prætorem relata, pecuniam interea numerarūt, id causæ nihil in commodat, cum calumniæ causa sit, ut diximus, ascita.

Si uerò quæ soluerunt.) Sortem, & hoc oppugnandum est, eos obnoxios esse, ob duplū soluendum. Superuacaneum autem est forsatis interrogare, utrum debeant, an omnino sint debito liberati. Neq; enim hoc uenit in iudicium, neq; propter hoc facta est accusatio. Et quia in capite iusti nō inopes uinctos, sed potentissimos uinciri solitos, imperatores & oratores & magistratus dixit: non ab re ausus est adijcere confirmatiōnem obiectiōni, ut Timocratis oratio argueretur. Nam si Timocrates dicet pro inopibus latam esse legē, & non inopes sæpe uinctos esse constat, sed omnium potentissimos: nō ne ipse auditor huic orationi aduersa bitur? Scitè autem post refutationes collocat obiectiōnes.

Audio autem eum.) Quidam uolunt hic incipere perorationem, quoniam in superiore membro conclusit tria capita, quæ introducta sunt, perstringendi gratia.

Audio igitur eum dicere, solutam esse pecuniam.) quasi dicat: Absurdam orationē, & ineptā, & nullo modo cum quæstionibus coniunctam. Atq; ideo defensionem in eum retorquet. Introducit enim eum confitentem, se propter legatos tulisse legē. & subiicit, eum conuinci uiolatarum legum, cum non propter uniuersos, sed in paucorum gratiam rogationē tulerit. Vnde ad iudices se conuertit, & eos iurisiurandi cōmonet, quo obstricti ad iudicandum sint ingressi. Abrogat, inquit, leges, & cum legibus iudicia. Ali ter in idem. Quidam dicunt, ex hoc putari orationem hanc non habere statum. Nam si soluta est pecunia, id que Demosthe-

nes etiam hic confitetur: ex superuacaneo certe accusat. Respondemus, primum: ipsum etiam oratorē hoc ostēdere, non hoc nunc agi: sed illud, an Timocratea lex sit scripta legitimē, an contra leges.

ἔδ' ἡ καὶ δεῖ.) id est, nulla ratione prorsus.

Nam si pro his.) Rursus hic figura est duplicis conclusionis.

Et sine de hoc dubitem.) Vide ut refutationē à tribus petierit, à causa, & ratione, & controuersia.

Fore autem arbitror, ut nec illis abstineat.) Eius impudentiam ostendit. Sumpta est autem ab utili obiectio, quam in capite idē non posuit, ne firmata ea esset acrius oppugnanda: sed in peroratione ea usus est, & eam prior loco posuit, quæ reuera nihil ad causam pertinet, illam de legatis, ut complexione infirmam efficeret. Vbi enim cognorit auditor, eum propter factionem Androtionianam tulisse legem, nō amplius eum ut humanum laudabit: sed mendacium purabit, si dicat, eō se tulisse, ne quis Atheniensium uinciretur, cum sit ostensum, propter legatos eum uincula sustulisse.

Leges quā humanissimas.) Et hanc partem orator antē disposuit, cum demonstrauit, non pauperes, sed duces & magistrarus & oratores in uincula conijci. Illis igitur legis seruire humanitatē: non enim rationē eum habere tenuium, sed eorum qui propter laesam Rempublicam in uincula conijciantur. Est autem captiosa ratio. nihil enim prohibet, etiam priuatos aliquos ob aliqua delicta in uincula coniectos, legis humanitatem experiri. Confidit autem hac oratione, quod ostendit in magistratibus, qui Thrasibuli fuere tempore, locum habere uincula.

Clementia & moderata.) Verba quæ facit Timocrates. Ciuitatum autem res bifariam diuiduntur, in publicas & priuatas.

In summa autem uobis dicam quod memineritis.) Breuiter qualitatem legis perstringit, improbitatis esse maximæ asserens, duorum temporum coniunctionem. quod & facile est, & expeditum ad memoriam, propter compendium. Postea uenit ad personæ qualitatem, examen in hunc modum subiungens:

Neque alius patronorum eius.) Item, Considerate

cum animis uestris.) Quod paulo antē diximus, ad remouendam commiserationem positam esse causam, id nunc ostenditur. Cum enim reiectione causarum sit usus, & dixerit, *Neque enim cognatus, neque necessarius tibi quisquam illorum fuit:* subiicit remotionem misericordiæ, dum ostendit eum, multis in rebus crudeliter tractasse populum in tributorum Androtione exigendo, ut memores offensarum nihil misericordiæ tribuant homini improbo. Quis enim misereatur eius, qui ciues improbē crudeliterque tractarit in tributis exigendis?

Res horum.) Pecunias ciuium, quas ciuitas ab Androtione duplas accipere debebat.

Facere enim est.) pro, Numerare post tantum tempus: obijciunt, acerbum esse si uinciantur.

Neque alioqui clemens & humanus.) Ne uideatur propter insignem mansuetudinem, etiā iniuriorum misereri, qualia sæpe usu ueniunt: id quoque tollit malitiose, post concitatum odium. Non enim, inquit, uincis populum humanitate. Num ad misericordiā propensior es omnibus Atheniensibus? Solus tu propter ceteros istorum misereri decreuisti.

Sed ianuas eripere, & stragula.) Distinctione ob oculos ponit sauitiam.

ἄπο αὐτῶν.) Non modō est auellere, sed clam & callidē capere, ut ijs qui amiserunt, nec accepta ferat.

διὰ νόμον.) Meretricem, eo quod ministret uoluptatibus, ut innuat Sinopam & Phanostatam, quarum in Androtioniana meminit.

πρὸς ἴσον.) exigunt.

Et iustum.) Nomen reperit, quod quadret utroque, tum ad ministerium æris alieni, tum admisionis, decenter omnino: & Sinopā fortassis innuat, & Phanostatam, ut in alia oratione apertē dixit, ut socias eas uocet Androtionis prostituti.

Rationem inscribere.) Ipsas rationes, quæ ab eo reposcendæ erant, quid nam exegisset, & à quo.

Hæc uerò quid sunt?) ueluti in quid expendit.

Gratis.) Nullo suo cum fructu: ueluti confirmatio est eius quod supra dictum fuit, cur scripserit: Gratis enim, inquit, & nullo cum suo fructu uoluit uendere uobis, & pugnare

pugnare cum omnibus legibus, & cum sua priore.

Quod igitur mihi uidetur.) Fine imposito misericordiae reiectioni, insectatur personae qualitatem, qua nihilominus misericordiam repudiat. Quid igitur per illa efficit: odium ei concitat, & suspicionis absurdæ complet auditores. quos eò adducit, ut sordium condemnent Timocratem, utq; per hæc etiam misericordiam remoueat.

Hæredem fore ignominiae.) Lex enim erat, si quis erarius antequam soluisset, obiret, ut liberi multa solueret: sin minus, ut ipsi ignominiosi essent, quoad soluisent.

Ac patris quidem neq; misereris.) Satis à patre mores perstrinxit. Nam si patris non miseretur, quis credat eum humanitate in alios, scripsisse leges? Deinde ne quis putaret eum ex inopia id facere, celeriter subiicit varias lucrorum rationes à tributis, à decretis, à legibus quas scribis, inquit. Atque iterum ne quis putet, multum esse æris alieni, eumq; id non posse soluere, adiicit: propter exiguum argentum carere iure ciuitatis, misericordia patri mota.

Aliorum quorundam te miserer' dicis.) Quos natura tecum non copulauit, sed simpliciter alienos, & non cognatos. & ne quis existimet, fortasse propter sæuitiam patris talem in eum extitisse: sororem adiicit, à qua propter sexus imbecillitatē mali nihil pati potuit.

Vendit enim eam, non elocauit.) Sed uerisimile est sororem siue persuasam, siue amore captam, ultrò secutam esse hospitem. Subindicat enim orator quandam talem suspicionem, cum dicit, qui eam ducere uoluit.

At hercule sororem.) Non simpliciter in his omnibus externam eius uitam perstringit, sed potius plerumq; in totis orationib. hoc facit orator semper. Sed postquam nouit quosdam reos, et si iudicio uincantur, sæpe tamen prædicatione antea actæ suæ uitæ incolumes euadere: meritò reperit orator hoc, ut in peroratione reliquam eius uitam perstringeret, ut ne ad hanc confugeret.

Non elocauit.) Non nuptum dedit ut ingenuam, sed ut ancillam uendidit. Postea subiicit, quomodo eam uendiderit, & cui.

Et nūc est Corcyra.) Quasi quiritetur, quòd peregrè sit elocata mulier ciuis, lege id uentante.

ἰπ' ἱσαγογῆ.) ut uenderetur extra urbem.

Qui igitur sororem.) Collectio eorum quæ relicta sunt omnium, ad morum calumniam.

Atqui decere.) Comparatio à minori. Minus enim & fur & grassator nocet eo, qui perniciosam legem rogat. Vnum atq; alterum spoliat, deinde suā existimationē duntaxat probris afficit. At qui legem, inquit, scribit improbam, is & omnibus nocet, & probro totam urbem perfundit, quia decretum omnium esse uidetur, lex confirmata.

Idq; sic magis intelligitur.) Alius locus à maiori. Probat enim eum tyrannorum mores esse amulatum. Quemadmodum enim illi soluunt uinctos; ut cupiditatum suarum habeant adiutores: ad eundem & iste modum, uinculis abrogandis mores tyrannorum est imitatus.

Qui popularem statum abrogant.) Qui uolunt, inquit, abrogare democratiā, uinctos soluunt, ut eos habeant socios euertendi leges & rempublicam, per quam uincti fuerunt.

Atqui statim adeò.) Hæc reliqua est ex pari comparatio. Explicata est autem pluribus, ut esset probabilior.

Multos Græcorum.) Ratiocinatio à glorioso. Honorificum enim est, multos Græcorū imitari instituta Atheniensium. Cum igitur quidam leges improbas rogant, honorem abrogant, imitationem Reipublicæ reseruant.

Atqui si Solonem & Draconem.) Argumentum à contrario. Si enim qui leges optimas tulerunt, honorandi sunt, ex contrario necesse est eos inuisos esse qui noxias abrogarunt. In idem. Sciendum, Solonē Athenis fuisse tyrannorum tēporibus, ante Persica tempora. Dracon autem quadraginta septem annis ante eum, ut ait Diodorus.

Iam illud etiam uolo.) Ad finem utiliter omnino armat Solonem, contra Timocratem. Quia enim ipse de uinculis differens, offendere uidebatur, adiungit sibi Solonis auctoritatem auxilio: cui refragari non poterunt, cum eum esse popularem, antiquitus persuasum habeant.

φῆμι.) Assensuros bonam esse legem de moneta. uerbum λέγειν refertur ad omnia.

Argentum.) Rursus argumentum sumitur à minori.

Nomisina hoc corrūpit.) Puniendus is est qui id nomisma corrūpit, quod est ciuitatis. sed

non is

non eis, qui corrumpit nomisma priuatorum. Sunt enim & priuatæ leges: ueluti, non accipiendas magnas usuras, & huius generis aliæ. Sed eæ nõ fatis habent uirium ad euertendam urbem, ut publicæ.

Sive paruum, sive magnam.) Paruam, si abrogentur: magnam, si conferuentur.

Utilitas fuerit.) si non conferuentur leges.

Qui iniuriam facere conantibus.) Per eam legem quam scripsit Timocrates, nullæ pœnæ sunt, uidelicet ijs qui eas seruare uolunt, & non faciunt, quod uetere: leges iubent.

ENARRATIONVM VLPIANI, HIERONYMO VVOL.
 sio Oetingensi interprete, Finis.

[Faint, mostly illegible text from the main body of the page, appearing as bleed-through or very faded print.]

AI
loar
quit
tiam
dem
rem
turu
supe
omn
ille in
leger
tilsin
de, n
re pl
hito
preh
græc
n pu
paru
dum
opor
plus
simif
q ob
ris in
cõtra
bind
rit, ni
idem
cõme
perti
mili
medi
mon
Ac m
Liba

AD DOMINVM IOANNEM IACOBVM FVG-

GERVM, ETC. IN GNOMOLOGIAE ET ANNOTA-

tionum specimen, Hieronymi Vuolsij Praefatio.



VVM sententias ex Isocrate collectas, praeter expectatio-
nem meam, eruditis non ingratas accidisse intellexissem:
statueram eandem in toto Demosthene explicando ra-
tionem sequi: neque latinas duntaxat afferre, sed graecas e-
tiam, ubi res facultatem haberet, ascribere. Quod quum
per ocium in praesentia praestare non liceat: ea solum in
hoc tempore uisum est edere, quae ex prima Olynthiaca
deprompsi atque annotaui. Quae si acerrimo iudicio tuo,
Ioannes Iacobe, uir praestantis, non improbabuntur, et si quando his erumnis,
quibus iamdiu conflictatus sum, liberabor: ea quae restant, in adolescentiae gra-
tiam pari diligentia persequar. Quanquam, si studium non desit, facile quiuus
demonstratam a me uiam, aut si qua est (ut fortassis est) breuiorem & melio-
rem suo Marte ingredietur: quod genus sit, si quis ad certa quaedam capita uir-
tutum & uitiorum (quod ut laboriosius, ita etiam artificiosius, & ad uitandam
superuacaneam earundem rerum repetitionem & confusionem, aptius fuerit)
omnia reuocarit, & locos communes, quos uocant, instruxerit. Nam simplex
ille insignium sententiarum delectus, qualem olim, quum Demosthenem primum
legerem, ad eas inter deambulandum meditandas, & ediscendas mea causa po-
tissimum confectum habeo: diligentiae cuiusdam potius est, eiusque nec iniucun-
dae, nec inutilis, quam alicuius artificij singularis, aut ingenij. In hoc autem ope-
re plus fuisse cogitationis suscipiendum, sepe ad ueterum, sepe ad nostrorum temporum
historias respiciendum, sepe ὑπόθεσις ad θέσις transferenda: attentus lector facile de-
prehendet. Quo facilius aut quiuus meum hoc institutum, si placuisset, imitaretur: ea
graeca uerba, quae mihi sententias pepererunt, apposui: neque alienum huic ope-
ri putassem, addere alicubi αἰτιολογίας, exempla, & similes aliorum sententias, quod
paruo sane labore mihi constitisset: nisi modus uideretur adhibendus, & cauend-
um lectoris fastidium, cum alioqui minutissima quaeque scrupulosius etiam quam
oportuerit fortasse, sim persecutus. Quanquam, qui cogitabit, Demosthenem
plus habere in recessu, quam prima fronte promittat: is negligentem diligentis-
simi scriptoris lectionem uitiosissimam esse putabit. & si plura praetermississe nos,
et obseruasse credet, id uoluntate mea non esse commissum sciat: liquidem huius ope-
ris initio, μικρολογίας et ἀμελείας nomine malui reprehendi: praesertim, cum hic,
contra quae alibi fieri solet, in progressu minuatur labor, isdem & uerbis & sententijs su-
binde recurreret. ac uelut in orbem redeuntibus: quae repetere superuacaneum fue-
rit, nisi uel elegancia dictionis, uel alia quaepra causa ita faciendum esse suadeat. Quod
idem & de Annotationibus intelligendum est: quarum initio quaedam inserui propter
comonendos & excitandos rudiores: quae nec ad eruditos ullo modo uolui
pertinere, nec in caeteris eandem sequi rationem constitui. Nec enim eos docendos
mihi sumo, qui alios docere possunt: neque ijs inculcandis, quae cuius in promptu
mediocriter erudito esse possunt, ocio abuti uolui: sed eos in primo limine ad-
monere uisum est, qui cum discendi cupidi sint, neminem habent a quo erudiantur.
Ac magna quidem ipse quoque laboris parte leuatus uideri possim ab Vlpiano &
Libanio: quorum hic argumenta omnium, ille quarundam orationum, earumque

Quaedam
annotata
propter ru-
diores.

P R A E F A T I O.

ferè principum inter ceteras, enarrationes scripsit: autor uterq; nõ parui nomi-
nis. Iam Vilhelmi Budei, doctissimi uiri, Græcæ linguæ cõmentarij in hoc uelut
ex professo cõscripti uident, ut sine ullo cõmentario, suo Marte quilibet in Græ-
cis autorib. libere uersari posset, hoc præsertim literatissimo seculo, quo Græcæ
literæ passim docent. Verum si speciosis titulis sepositis, & præsumptis opinio-
nibus repudiatis, res ipsa spectetur: sudandũ ei nihilominus esse apparebit, qui
Demosthenẽ uelit nedũ explicare diligẽter, sed uerè dũtaxat intelligere. Nã Li-
banius breuitati, ut suscepti operis ratio postulabat, dum studet, causarũq; tan-
tũ summam attingit: neq; partes orationis, neq; seriẽ argumentorũ, neq; ferè
quicq; aliud, quod intelligẽdis orationib. seruiret, exposuit. Vlpianus, siue tem-
porum uitio, siue incuria & petulãtia librariorũ, & mutilatus, & uehemẽter de-
prauatus ad nos peruenit. Qui tametsi haud dubiè de nostro Demosthene est
bene meritus, multaq; illustrauit, quæ sine eo tenebris essent obruta: sæpe tamẽ
(si uerũ fateri libeat) plus habet inaniũ uerborũ (id qd nescio q̃modo quasi pe-
culiare uitium est Græcorũ interpretũ) q̃ utiliũ rerũ: & in artificio explicando
ita non rarò scrupulosus, ita intricatus, ita obscurus est, ut nõ ipse Demosthe-
nes magis commentarium requirere uideatur. Quæ quum ita essent, atq; ego
reputarem, quibus mihi laboribus, quibus uigilijs post lectos non modò Bu-
dæi commentarios, sed post Harpocracionem etiam, & Hesychium, & Pollu-
cem, & Suidam, & Phauorinum, & alios eius generis autores euolutos, Demo-
sthenis interpretatio constitisset: cum quorundam conuersiones in publicum
editas inspexissem: cum, quo pacto diuersis in locis quosdam græca docẽtes au-
diuissem, recordarer: operæ precium facturum me putabam, si pro tenuitate in-
genij mei, & quantulocunq; in Græcis literis usu, lucis aliquid afferre locis ob-
scurioribus, & studiosæ iuuentutis siue laborem leuare, siue diligentiam excita-
re, & occupati lectoris commodis consulere, nec Demosthenẽ solum, sed Liba-
nium etiã & Vlpianũ eãdem opera declarare, & mendas codicum uel indicare,
uel tollere, sicubi & fieri à me posse, & opus esse uideret, studuisẽ. Neq; eĩm cui
uis statim in promptu ea fore putabam, quæ me diligenter cogitantẽ, aliquãdiu
torsissent. Itaq; in animo erat, hortante præsertim quodam doctissimo uiro,
quamprimum hoc Opus absoluere, ut cum editione latini Demosthenis & V-
lpiani cõmentarijs cõiungeretur. Sed quũ animaduertẽ plus in eo esse difficul-
tatis, q̃ ut sine multa lectione optimorũ utriusq; linguæ scriptorũ (ad quos per
annos iam complures, in hunc usq; diẽ docendi scribẽdiq; molestijs occupato,
uix respicere mihi, nedum incredibilem legendi & relegẽdi ardorẽ restinguere
licuit) quicq; aliquo nomine dignum conscribi posset, ocium autem & tempus
ad eam rem deesset: unã cum perficiendi spe, abieci etiã faciendi uoluntatẽ. Spe-
cimen tamẽ hoc qualẽcunq; nunc libuit emittere, quod si tuum, uir præstantis.
suffragium tulisse, & non ingratum esse studiosis intellexero, fortassẽ posthac
aliquid amplius & eruditius conabor, nisi fortuna & ualetudo studium me-
um interruperit: atq; operam dabo, ut & controuersa uel rationibus, uel auto-
ritate, uel exemplis confirmem: & neq; necessaria transsiluisse, neq; superua-
cana inseruisse uidear. Sed iam præfationum satis, μή τὸ πῶς

σαγμὰ μείζον ἡμῖν γίνοιτο το
βυλάνα.

GNOMO

GNOMOLOGIA SIVE SENTENTIAE,

COLLECTAE EX ARGUMENTO LIBANII

Primæ Olynthiacæ.



Λωδοι.) Nomina sæpe temerè, sæpe ab euentu facta tã hominib. quàm urbibus, omen habent. Sic Olynthus, cum sp̄e de se non insuauem præberet, euersa est anteq̄

ad iustam imperij maturitatem perueniret.

λω.) Clarissimæ olim urbes, nunc nihil sunt: quæ nunc maximè superbiunt, eandẽ aliquando fortunam experientur.

πόλις.) Vt homines, ita etiam urbes suo quodam fato tandem intereunt.

ὠδι θράκης.) Coloniae in barbaras prouincias potissimum deducendæ: cum ut nostræ inopiæ consulatur, tum ut illæ ad uerã religionem & humanitatem perducantur.

ἑλληκός.) O' duram paupertatis conditionem, quæ patria, legibus, institutis relictis, confidere cogat inter Barbaros.

ἑλληκόν.) Magna uis institutionis & naturæ, laudata patriæ instituta in medijs etiam Barbaris retinentis.

Ἀθωαίων.) Prudens fuit Atheniensium institutum, inopem suæ ciuitatis multitudinem mittendi in colonias.

ἄποιος.) Athenæ, quæ olim passim colonias dimiserunt: nunc præter nomen, & paucas piscatorum casas nihil habent.

πολλοὶ & πόλεμοι.) Raræ felicitatis est, multa bella, eadem que prosperè & cum laude gerere.

Ἀθωαίοις π̄ καὶ λακεδαιμονίοις.) Potentes & celebres aduersarios superasse, ea demum magna laus est.

Ἀθωαίοις.) Spacio temporis exolefcit coniunctio familiarum & urbium: & hostes fiunt, qui olim fuerant inter se coniunctissimi.

Ἀθωαίοις.) Metropolis & colonia bellum, quid aliud est quàm pugna matris & filiarum?

Ἀθωαίοις.) Quos nobis defensores paramus, ij hostilia sæpè faciunt.

ἄρχουσι.) Imperia pleraq; uiolenta sunt, & magis armis quàm iure constituuntur: potentior imbecillioem opprimit.

τῶν ἑλλήνων.) Natio Græcorum etsi libertatis amantissima, non tamen dominatum aliorum euitare potuit: aliàs Athe-

nienfium, aliàs Lacedæmoniorum, aliàs Macedonum, aliàs Romanorum: at nunc acerbissimo tyranni Turcici oppressa imperio.

τὸ παλαιός.) Nullus dominatus est perpetuus: ab alijs ad alios imperia transferuntur.

ἐπὶ λέμῃσι, καὶ αὐθις.) Pax diutius retineri non potest, quàm finitimi patiuntur.

ἐπὶ πόλεμῃσι.) Rebus, bello potissimum, bene gestis, augetur urbium celebritas & potentia.

χρόνῳ π̄.) Nemo repente magnus fieri potest: magnitudo quidem subito se non nunquam conspiciendam præbet.

εἰς δ' ὠάμιν πρὸ ἡλίου.) Industria & diligentia & assiduitate (numinis tamen fauorem in primis exorari atque accedere necesse est) tam priuatae opes, quàm publicæ cresunt.

πρὸ ἡλίου.) Qualis est fors mortalium? Urbis florentis. opes, multis annis auctæ, uno die subito perierunt.

τῶν συγγενέων.) Nulla æqualitas fortunarum, potentie, dignitatis, diuturna esse potest. Natura ita fert, ut aliqui tandem emineant, cæterisq; dominantur.

πολύ πλῆθος.) Vt coniugiorum, ita etiam urbium dispar est fecunditas.

χαλκιδικόν.) Ad fodinas metallicas multi confluunt: ac tandem crescente hominũ multitudine magis quàm pecunia, ob locorum angustias, aliàs quærere sedes coguntur.

Βασιλεῖ συμμάχων.) Fœdera & societates, ciuitatum præsertim cum principibus coniunctiones, quibus miseri mortales res suas in tuto collocare student, multis perniciem attulerunt.

τῶν μακεδόνων.) Finitimorum societas plerumq; expetitur.

μετ' αὐτῶν πρὸς.) Quanta est miseria mortalium, qui nonnunquam eorum quos oppugnarunt, opem implorare coguntur?

ἐληφόρος.) Dona principum sunt autamenta seruitutis.

ἐληφόρος.) Muneribus initio nihil est iucundius: sed tristem aliquando sui memoriam relinquunt.

ἐμφισβητισμόν.) Homines callidi, &

εε 2 de suo

de suo iure concedere, & liberalitate uti nō dubitant in eos, quos suis rebus opportunos fore putant.

ἐκπλορηκίαις.) Tyrannorum liberalitas ferè non aliud est, quàm translatio pecuniarum à iustis dominis ad alienos.

ὑσθρον.) Rerum progressiones ostendūt multa, quæ in initio præuideri haud facile poterunt.

ὑποπίθειν.) Tyrannorum est in initio tanta simulandi dexteritas, ut dolus eorum nullus metuat.

ὑποπίθειν.) Sæpe quodam animi præfugio diuinamus, à quibus nobis uel bona uel mala impendeant.

Quorum principum subita & magna incrementa cernuntur, fides autem dubia: ij terrori & suspecti esse solēt socijs infirmioribus. ὑποπίθονται οἱ βασιλεῖς, ὡν ὄρωσις οἱ σύμμαχοι τα χεῖρα καὶ πολλὴ τὴν αἰχμήν, ἔπιστω δὲ τὴν γνώμην.

τα χεῖρα.) Raræ felicitatis est, celeritas & magnitudo incrementorum: rarior diuturnitas, et constantia.

ἔπιστω δὲ.) Difficile est sanctam societatem & fidem esse regni.

καὶ τὴν ἄγασιν.) Fatales calamitates nullo humano consilio possunt uitari.

ἀφρημοῦτα.) Per absentiam principum, si qui nouis rebus studēt, aliquid moliri solent.

ὑπερφαντοῦ.) Mira inconstantia humani ingenij, societatem hostium, sociorum inimicitias, quasi permutatione quadam, pro re nata, expetentis.

παρὰ τὰς σωθήκας.) Perfidiam non excusat iniuriæ metus, sed infelici conatuum euentu plerunque Deus ulciscitur.

κοινῆ.) Ea societatis ratio est, ut communi consilio bella & suscipiantur, & deponantur.

καὶ ἄλλο τὴν δόξην.) Amicitia & inimicitia mortalium non sunt immortales: humana consilia reguntur temporibus, mutantur ratione utilitatis.

πεφάσθως.) Tyrannis ad opprimendos imbecilliores, nihil deest præter honestam speciem & occasionem. πεφάσθως δέονται μόνοις οἱ τύραννοι, ἕδρ' ἔδρ' ἀσθενεσφόροις.

πεφάσθως δέονται πῶ τῶ λαβόν.) Cupide arripiuntur diu quæsitæ, ac oblate tandem occasiones.

πρὸς τὸν ἐχθρὸν.) Ad reprimendum communem & potentiorē hostem, etiā hostium societas expetitur.

τὰς σωθήκας.) Turpissimum est perfidiæ crimen.

παρὰ τὴν ἰσχυρίαν.) Dictorum conuentorum que uiolatione, rumpuntur fœdera, beliorum non iniustæ causæ suppeditari uidentur.

ἔρ' ἀθλιώτα.) Insignis Athenarum humanitas, ad quas in rebus afflictis omnes penè Græci confugiebant.

οἱ δὲ δημοσθένεις.) Qui à principibus aut ciuitatibus aliquid impetrare student, consiliarios & oratores in primis sibi conciliant.

σωαγορβί.) Qui adducti muneribus, alijs patrocinantur: honestam defensionis speciem quærunt.

Pannoniarum incolumitas est Germaniæ propugnaculum. ἡ τῆν παλιόνων ὠπεία, τῆν γερμανῶν ἀσφάλεια ἔστιν.

κελεύων.) Orator in bona causa imperandi autoritate præditus est.

δαρσύνων.) Nostris animum addere nō melius possumus, quàm aduersariorum uiribus extenuandis.

Publica pecunia ad defensionem Reipublicæ conferenda potius, quàm in spectaculis consumenda est. τὰ δημοσία χημάτα δὲ ἐπιήκει στρατιωτικὰ μᾶλλον, ἢ ἐν ταῖς διαείαις διατίμεσθαι.

οὐ πρὸς δὲ κλην.) Ignotos ritus ueterum, & historias explicare, uel in primis est opus.

οὐκ ὄντ'.) Veterum in ædificijs, cultu & uictu, maior simplicitas fuit, & frugalitas: maior item prudentia, & fortitudo.

τόπον.) Angustia & incommoditates locorum, rixas pariunt.

σπουδόντων.) Ad uoluptates magis festinatur, quàm ad officium faciendum.

πληγὰ.) Magnæ stultitiæ est, propter leuem & breuem uoluptatē cum alijs digladiari.

ἔσο καλύψαι.) Magistratum munus est, prohibere ciuium dissensiones.

ὠνησθὲν ἐπιήκειν.) Pecunia in emendo & uendendo æquat summis infimos, tollitq; dissidium.

κατακλάσθαι.) In emendo, tempore quâ

qui prior est, potior quoque iure putatur.

οἱ ποίητες.) Diligenter cauendum, ne quæ leges rogari, ne qua instituta recipi in fraudem pauperum uideantur.

τῶ ἀναλώματι λυπέσθαι.) Pauperibus, imò ditissimis etiam, impensæ insolitæ molestissimæ sunt.

πρωλάθαι.) Largitiones à paruis profectè initijs in immensum crescunt, & non modò priuatorum loculos, sed ærarium etiam ex hauriunt.

ἐλαμβάνον.) Auræ popularis captatores, de alieno sunt in plebem liberales.

ἄρα καὶ πῶς τὰς.) Nulla maior pestis rerum publicarum esse queat, quàm uulgi, natura ignaui, ferocis, luxuriosi, collocupletatio.

Ciues stipendijs datis pro defensione reipublicæ militare debent. δὲ αὐτῶ πολιτῶς ὑπὲρ ὠκείας τῆς πατριδὸς στρατομύλων, μιῶν λαμβάνειν παρὰ τῆς πόλεως.

ὡ τὰς δεωείας.) Vulgus, nisi urgeret inopia, nec opus faceret, nec militaret: sed in ocio, spectaculis, lusibus, & epulis indulgeret.

δεωείας.) Aurium atq; oculorum uoluptas minimè illiberalis est.

Qui habent unde uiuant, grauatè militatum abeunt, & pericula reformidant.

οἱ τὰ ἰκανὰ ἔβιον ἔχοσιν, οὐκ ἔτι ἐθέλουσιν ἐξίεναι καὶ κινδυνώειν.

δαίμον.) Vulgus eas leges pertinacissimè defendit, per quas licet indulgere genio.

δίλαβας.) Cautè suadenda, quæ lege aliqua interdicta, aut alioquin populo ingrata sunt.

μὰ δὲ ἐνέγωγε.) Nemo nisi desperatus, ea uerba proferre uolet, quæ per iugulum autoris reditura sint.

διέλεκτῃ δ.) Nihil prætereundū est, quod ad rem pertineat.

διέλεκται.) Dialectici est, totius negocij naturam complecti animo, & proferre in medium.

Nisi ciues ipsi unà militent, mercenarij rem plerunque malè gerunt. ἢ μὴ αὐτῶ πολιτῶς αὐτῶ στρατεύεσθαι, ἀλλὰ ἄλλὰ ξείνων ποιῆσθαι τὴν βοικείαν, αἰπὸν ὄντι τὰ πλάγματα ἀπόλλυσθαι.

αἰπὸν.) Qui rem in integrum restitutam

uolunt, causam malorum inuestigare & tollere debent.

SENTENTIAE E' PRI-

MA DEMOSTHENIS

Olythiaca, & Vlpiani Enarratione.



ημοδοίος.) Nomen cum re consentit. Verè enim Demosthenes præsidio fuit populo, & patriæ libertatis acerrimus defensor.

ῥήτορ.) Magna eloquentiæ uis, ut quæ potentissimos etiam reges oppugnet.

ὡ ἀνδρὸς ἀδλωαῖοι.) ὡ, excitat minus attentos: ἀνδρὸς, commonefacit fortitudinis: ἀδλωαῖοι, felicitatis & sapientiæ.

νομίζω.) Cauenda est oratori, in rebus dubijs præsertim, affirmandi temeritas, quæ contentiosiore efficit auditorem.

ἤμαρ.) Quo animo sint auditores, probabili coniectura est è dictis & factis eorum indagandum.

ἤμαρ ἐλέσθαι.) Honorificè de auditoribus nos sentire, præ nobis ferre debemus.

χημαίων.) In arduis deliberationibus, magno emendum esset prudens & fidele consiliū.

Reipublicæ utilitas magnis priuatis opibus præferenda est. ἀπὶ πολλῶν ἐλέσθαι δὲ χημαίως, ὅ μίμολος σωσίσεις τῆ πόλει.

Utilitas pecunijs solet anteponi. πολλῶν εἰ ἀνθρώποι χημαίων ἢ συμφέρον.

πολλῶν χημαίων.) Solet Demosthenes in exordijs, spargere semina argumentorum orationis. 11, Labefactare ea quæ incommodare sibi præuidet. 111, Aduersariorum rationes ad suam utilitatem pertrahere.

φαιδρόν.) Quid expediat, latet atq; obscurum est: sed sapientis uiri cogitatione eruitur, hominis eloquentis oratione declaratur.

εἰ γένοιτο.) Optandum est, in arduis deliberationibus habere, quorum fidelibus & sapientibus utare consilijs.

τὸ μέλλον σωοίσεις.) Non tam uidentum, quid in praesentia blandiatur, quam quid deinceps sit e re futurum.

πὸ δὲ ὄντων.) In deliberationibus reipub. alijs affectibus repudiatis, bonum publicū duntaxat est spectandum.

ὅτι τοίνυν.) In arduis negocijs attentē cupideq; audiendi sunt, qui cōsiliū dare uolunt. χαλεπῶν ὄντων τῶν πραγμάτων, περὶ ἧς καὶ περὶ τῆς ἐλευθέρου τῶν βασιλευμένων συμ-
βουλεύειται.

τῆς δ' ἰσχυρίας.) Grauis est deliberatio coeundae belli societatis: cū ijs praesertim, qui statim armis defendendi sunt.

ὁ γὰρ.) Optabile est deliberantibus, uel à meditatibus afferri, uel ab impraemeditatis offerri, utile consilium.

Non temerē irruere, sed aliquid utile meditati accedere debemus ad deliberandum, aut dandū consilium. δὲ τὴν χάριστον ἐσκεμ-
μένον ἡκεῖν τὸν βασιλευμένων συμβουλεύειται.

τῆς δ' ἀκρίβειας.) Non fugienda est audiendi molestia, quae aut lucro utilis consilij doctrinaeque beat, aut certē nihil incommodat.

τῆς ὑμετέρας.) Athenienses, quanquam sapientissimi habebantur, plura tamen fortunae beneuolentia, quam consilij prudentia conficere uisi sunt.

τύχης.) Fortunae, quae omnibus in rebus dominatur, in deliberationibus etiam quaedam est habenda ratio.

τύχης.) fortuna prudentiam non raro uincit.

τύχης.) Recordatio rerum secundarum superioris temporis, addit animos uulgo: prudenti non item, rerum humanarum inconstantiam consideranti, fortunaeque temeritatem.

τύχης.) In exhortando prodest, auditoris praedicare uires & felicitatem.

πλὴν τῶν θεόντων.) Vt nō omnia prudenter dicantur, aut fiant: at in plerisque fungi officio praclarum est.

ἐκ τῆς πᾶραχρημα.) Magni est ingenij, statim in re praesenti uidere atque intelligere, quid dicto & facto sit opus. Turpe conuicium illud, περὶ μὲν δὲ μὲν τὰ πρᾶγματα: hoc est, re acta demum intelligere, quid facto fuisset opus.

ἀνοίσι.) Quorundam, non omnium, est ea ingenij celeritas, quae statim uideat quid deceat.

ἐκ τῆς πᾶραχρημα ἀνοίσι.) Quorundam sub-

tae cogitationes meditatibus aliorum consilij antecellunt.

ἀπὲρ ἐπελθῆς.) Subiti motus ingeniorū, animorumque impulsionem plerumque sunt, si pareas, magni aut boni aut mali causa: (excitantur enim aliās diuinitus, aliās ab hoste humani generis:) raro mediocritatem seruant, raro nullas significationes habent.

ἀπὲρ ἐπελθῆς.) Is demum in magnis uiris est habendus, qui quid e republica sit, intelligit, atque idem dicendo explicare potest. Quod si id quoque accesserit, ut strenue conficiat: nihil ad eius laudes accedere posse uideatur.

Multa opportuna dictu, fortunatis & ingeniosis subito ueniunt in mentem. πλὴν τῶν θεόντων ἐκ τῆς πᾶραχρημα τοῖς ἐπιτυχίσι πικρὸν δὲ φρονέσιν ἀπὲρ ἐπελθῆς ἐπέειν.

Prudentes ex omnium sententijs utilia facile deligunt. ἐξ ἀπάντων ῥαδία γίνετ' τοῖς δὲ φρονέσιν ἢ τῆς συμφέροντος αἰρέσις.

ἐξ ἀπάντων.) In deliberationibus, animus in omnes partes est uersandus: omnia persequenda sunt tam commoda quam incommoda, quae in rebus insunt.

ῥαδία.) Multitudo rationum prudentes expedit: hebetiores intricat, & inopes consilij facit.

τῆς συμφέροντος.) Multa speciem habent utilitatis, sed unum quiddam uerē expedit.

τῆς συμφέροντος.) Utilitas (Cicero dignitatem tradit) finis deliberatiui generis statuitur.

αἰρέσιν.) Non nisi rebus probe deliberatis, discernendum est.

αἰρέσιν.) Facilius est inuenta consilia comprobare, quam inuenire.

Inuentio est prudentis oratoris, delectus consiliorum, non stulti auditoris. τὰ τῶν ἀνοίσιως φρονίμου ῥήτορος, τὰ δὲ τῶν ἀνοίσιως ἐκ ἀνοίσιως ὄσιν ἀκροατοῦ.

ὁ γὰρ μόνον.) Oratori cauenda est arrogantia opinio, ne uel solus audiri uelle, uel suas rationes optimas credere uideatur.

ὁ μὲν οὖν.) Res ipsa ultrò monet, quid fieri oporteat: consiliumque attentis longè melius suppeditat, quam perplexae oratorum conciones.

ὁ παρὼν κενός.) Grauisimae sunt, & sapientissimae Occasionis conciones, eademque perspicuae, nec sine pernicie negliguntur.

μονονεχῆ.) Maior est oratorum in fingendis personis uerecundia, quam poetarum.

λίγα.)

λέγει, φωνῶ ἀφίει.) Stulti non audiunt uocem clamantis sapientiae.

φωνῶ.) Occasionis uox non aliud est q̄ diligens omnium, ut uocant, circumstātiarum consideratio.

καιρός.) Occasio, est diuinitus oblata rei bene gerendae commoditas.

Occasionis concio haec est: Rerum tuarum ipsi tibi suscipiendam esse curam, nisi perire malis. ὁ καιρός λέγει, μονονυχί φωνῶ 10 ἀφίει δ̄ π̄ σαυτοῦ τῷ π̄καμάρως συν αὐτῷ πληπίλοισ ὄσιν, εἴ πορ ὑπὸρ ὠπείασ̄ ἐκωτῆ φροντίζεις.

Oblata opportunitas non est amittenda. οὐ δ̄ εἴ δ̄ν παραπεπτακότα καιρόσ ἀφείναι. ἕως ὄσιν καιρός, αὐτῷ πληπίλοισ ὄσιν τῷ π̄καμάρως τῶσ.

ὠπείασ̄ αὐτῷ.) Hi sedulo tuendi sunt, quibus perditis & tibi sit pereundum.

αὐτῷ.) Auditor non melius excitari potest, quam si salus ipsius agi dicatur.

αὐτῷ.) Etiam summe opes negligentia dilabuntur.

φροντίζειν.) Incredibile est cuiquam tantam socordiam innatam esse, ut suam salutē negligat.

οὐκ οἶδα.) Tam perplexum & mutabile uulgi est ingenium, ut quid constanter uelit, aut nolit, non facile possit intelligi.

ἡμῶσ.) Demosthenes in reprehensionibus quoq; cōplecti, laudes in uniuersum populo transcribere solet.

τῷ πορ ἔχειν.) Artis est, citra offensionem auditorum (id quod fit tectis & mollioribus uerbis) in exordijs praesertim, uitia castigare.

ἡμῶσ δ̄ οὐκ οἶδα.) Quanto cum dolore boni uiri uident socordiam & uacordiam eorum, quibus optimē consultum uel 40 lent?

τάγ' ἐμοί.) Orator suum consiliū ita proponit, ut nemini, qui melius aliquid attulerit, inuideat.

Deliberatis rebus, citra moram instrui, & exequi negocia debemus. δ̄ εἴ φησὶ σαυτὸς καὶ π̄ αὐτῷ ἀσιν ἀσιν δ̄ τῷ τῷ χίσιω.

Cauendum ne saepius in eandem fraude nostra culpa incidamus. φυλάττειται χ̄ ἢ, μὴ π̄ αὐτῷ τῷ τῷ, ὁ πορ καὶ π̄ ὁ τῷ ἢ δ̄ ἢ πολλά 50 κ̄ π̄ ὁ τῷ αὐτῷ.

πρεσβάν.) Decretis auxilijs, apparatu celeris, legationibus facundis & promptis, trepidantes socij confirmantur.

καὶ παρίσαι.) Eorum legatorum magna est autoritas, qui non uerba duntaxat nunciant, sed rebus etiam gerendis interfunt.

ὡσ ὄσιν μάλισα.) Callidi aduersarij diligentissime sunt cauendi.

μὴ παρῶρ γ̄.) Homines callidi, & in rebus gerendis acres, amplificare solent imperia.

τὰ μὲν αἰκων.) Homines callidi aliās cedunt ijs quorum cōiunctionem ambiunt, aliās minitantur, aliās criminantur aduersarios: obsequio, minis, calumnijs pugnant.

ῥώικα.) Tempori est ubique seruiendum.

Principum minae non sunt contemnendae. οἱ τῷ βραυνοὶ ἀξίόποισ αὐτῷ ἀκότως φαίνονται ἀπειλοῦτόσ.

τῷ ἀφρυσίαν.) Qui socijs periclitantibus non succurrunt, facillimē deseruntur.

φίλητη.) Quum hostium potentia penitus destrui non potest: at opera dari debet, ut eorum incrementa impediuntur, & aliquid de summa rerum detrahatur.

π̄ αὐτῷ ἀσιν.) Sociorum alienatio est ueluti membri a corpore auulsio.

οὐ μὲν ἀμ' ἰδιεκάσ.) Omnis commoditas sua fert incommoda secum. & contra: Incommoda etiam habent aliquid comodi.

Vnius imperium ad conciliandam liberarum ciuitatum societatem, non accommodatum est. ἢ μοναρχία π̄ ὁσ τῷ καταλλαγάσ, τῷ π̄ ὁσ τῷ δημοκρατίας, οἱ αὐτῷ ἔχει.

καὶ βίλπισον.) Acuti oratoris est, etsi nonnulla concedere cogitur aduersariorū, tamen & uires eleuare, & argumenta inuertere, & ea quae auditores terrent, ad consolandum adhibere.

Regum summum praesidium, & prerogatiua est, ad bella celeriter & in tempore gerenda: quod unus homo omnia & aperta & operta moderatur: quod idem simul & dux est, & dominus, & quaestor: quod ipse ubique adest exercitui.

ἢ, οἱ αὐτῷ, αὐτῷ εἶναι κύριον, καὶ φησὶ τῷ, καὶ ἀφρῆτων, καὶ αὐτῷ στρατηγόν, καὶ δεσπότην, καὶ ταμίαν, καὶ αὐτῷ τῷ αὐτῷ παρῶρ τῷ στρατῷ ματῷ. ὄσιν δ̄ δυσμαχάτα τῷ ἐσιν τῷ βασιλέων, καὶ π̄ ὁσ τῷ τῷ κλέμα τῷ χ̄ καὶ κ̄ καιρόν π̄ ὁσ τῷ αὐτῷ, κ̄ ἄλλῷ π̄ ὁσ ἔχει.

ἀσιν π̄ ὁσ π̄ ὁσ.) Aliquid habere uirium eos necesse est, cum quibus rex in gratiam redire cupit.

π̄ ὁσ

gligunt, futura ultrò bene processura putant. οἱ ῥα ἄνθρωποι τῆν ἀνθρώπων, ἢ μὲν παρὸν ἀεὶ προΐοντες, τὰ δὲ μέλλοντα αὐτόματι οἰόνται χεῖρσιν καλῶς.

κῆξήσῃ μὲν.) Aduersariorum ignauia saepe magis, quam suis opibus, crescunt aliqui.

καὶ καπεσήσῃ μὲν.) Egregia laus est, maiorum omnium splendorem, siue industria, siue fortuna, siue uirtute superasse.

μακεδονίασ.) Mirè uicissitudines imperiorum: Macedonica gens olim contempta, summum adipiscitur imperium.

ἑδείσῃ πω.) Vnus heroicus uir totam gentem illustrat.

κῆξήσῃ μὲν.) Quorum opes ignauia nostra auxit, eisdem uigilantia destruet.

ἡλικῃσ.) Industrie & fortitudinis Philippi testis esse cogitur etiam inimicus Demosthenes.

νωὶ δὲ κειρός.) Paucis contingit amissam occasionem recuperare.

Esti multa non ita se habent, ut oportebat, tamen si quis uerè consideret, iurè Dei Opt. Max. liberalitati magnam gratiam habebit. ἔμοι γε δοκῆ τις ἀνδρῶν ἑλευθέρων τῆν παρὰ τῆν θεῶν ἡμῶν ἐπιχειρήσεων κατὰ σάσ, καὶ πῶς ἐκ ἐχόντων ὡς δὲ πολλῶν, ὅμως μεγάλῳ ἀνέχεις κῶ τοῖς χείρσιν.

ἔμοι γε δοκῆ.) Pij oratoris est, animos auditorum ad reuerentiam & cultum Dei immortalis excitare.

Iactura facta, negligentia nostrae: dilatio incommodorum & amissa recuperandi facultas, diuinae benignitati accepta ferenda est. ἢ μὲν πολλὰ ἀφελαικῶς, τῶν ἡμετέρας ἀμελείας ἀντιθέσῃ δὲ δικαίως, ἢ δὲ μῆτε πάλαι ἔσσο τὰ πονδέναι, πεφρονέναι τὲ πῶς ἡμῶν βούθησαν τῶν ἀντιθέσῃ τῶν παρὰ τῆν θεῶν θύοιόσ δὲ ὄργησ ἀνέγω γε θέλω.

Vt in paranda pecunia, sic in rebus etiā gerendis fit. Qui enim parta conseruat, magnam fortunæ gratiam habet. Qui uerò per incuriā consumpsit, is unā & accepti à fortuna beneficij memoriam consumpsit.

ἀλλ' οἶμαι πρόμοιόν ἐσῖν, ὅσῃσ καὶ πῶς τῆν χρημάτων κήσῃσ. ἀνὲν γὰρ ὅσῃσ ἀντιθέσῃ, ὅσῃσ σῶσῃ, μεγάλῳ ἐχει τῆν τύχη πῶς χείρσιν ἀνδ' ἀναλώσῃσ λάθῃ, σικανάλωσ καὶ τῶν μεμνησθῃσ τῆν τύχη πῶς χείρσιν.

Eadem est & rerum gerendarum ratio. Qui enim non rectè usi sunt occasionibus: etsi Deus eis bene fecit, tamen non meminerunt. καὶ πῶς τῆν περιγμάτων οὔτως. οἱ μὲν χροσάμνοι τοῖς καιροῖσ ὀρθῶσ, ἑδ' ἐσιωχῃσ τὶ πῶ

εὐὰ τῆν θεῶν χροσόν μνημονεύσῃσ.

Ex ultimo euentu ea quae praecesserunt, omnia solent aestimari. πῶσ δὲ πλῶσ τοῖσ ἐκβαῶν, ἐκσ τῶν πῶσ ἡξῃσ τῶσ ὡσ τὰ πολλὰ κείνῃσ.

Eo diligentius caetera curanda sunt, ut his ritè confectis, susceptum dedecus extermus. σφῶσῃ δὲ τῆν λαμπῶν ἡμῶσ φροντισῃ, ἴνα πῶσ τῶν ἐπανορθωσάμνοι, πῶσ ἰδί τοῖσ πεπεχῃσ γμοῖσ ἀσθῃσ ἀποτρίψῃσ.

ἑδ' ἐκσ πῶσ πῶσ.) Et tua res agitur, paries quum proximus ardet.

ὅσῃσ βέλεται.) Serum est hosti tum demum occurrere, quum finitimi omnes subacti sunt.

Prodest considerare incrementa Turcica, & causas incrementorum. συμφῃσ λαγίσεσ καὶ θεωρῃσ τῶν τῶσ δὲ ὀν μέγασ γέροσ, ἀσθῃσ ὡσ τῶν καταρχῃσ ὀτῃσ.

ἑδ' ἐκσ πῶσ πῶσ.) Demosthenes rerum naturam dictione imitatur: morā coniunctionibus interponendis, celeritatē ἡσῃσ dem adimendis significans.

Magnae potentiae est, omnia suo arbitratu constituere. μεγάλῃσ πικῃσ ἐσῖν ὀν νάμεωσ, πῶσ δὲ ὀν ἀντιθέσῃ βούλοσ, ὀτῃσ πῶσ τῶσ.

ὅσῃσ μὲν ἐκβαλῶν.) Etiam regum fortuna potentioribus ludibrio est.

Morbus non afferre debet socordiam, sed recuperata sanitas augere diligentiam: δὲ ὅσῃσ ἀσθῃσ τῶσ μὲ πῶσ δὲ ῥαθυμῃσ ἀπκλίνεσ, ἀλλὰ ῥαίσε τῶσ καλῶσ τῆν ἔργων ἰδιχεῃσ.

ἀρῃμῃσ.) Ambitio & auaricia nullā necessitudinis rationem habet.

τί οὔ, τίσ ἀνδ.) Generosi animi, hostium successus praedicari aequis a nimis non ferunt.

λέγῃσ νω.) Cauendum est, ne quid extra causam inutiliter atque intempestiuè commemoretur.

Quam perniciosum est, semper aliquid negligere? ἢ πῶσ καὶ καθεῃσ τῶν ἀεί τῆν περιγμάτων, ὡσ ἀλυστελέσ;

Homines acres nunquam otium agunt, semper aliquibus negocium facessunt. οἱ φιλοπερίγμοσ τῆσ φιλοπερίγμοσ πῶσ ἀπῃσ τῶσ χῶσ, κῶ σῶσ.

Alacritas homines acres nunquam rebus gestis contentos, quiescere patitur. οἱ φιλόγμοσ τῶσ φιλοπερίγμοσ ἐκῃσ ὀπῶσ ἀγῃσ τῶσ πῶσ περιγμάτων, ἡσῃσ χῶσ.

primo impetu confecturos omnia. *οἷοιο τῆν πολέμων ἐκφύρουσιν οἱ τύραννοι, ὃ κλεμῆας οἰόμενοι δέσεισιν αὐτοῦ, ἀλλὰ θεὸς δέει αὐτῆν ὡς ἐπιόντος, ἅπαντ' ἐλπίζοντες τὰ πρᾶγματ' ἀναγῆσεσθαι.*

κατα.) Etiam sapientissimos frustrantur sua consilia.

πῆλ γνώμων.) Sic parati esse debemus, ut quicquid acciderit, nihil animo sit novum.

Frustratio spei, & alius euetus quam expectaris, perturbat, ac magnopere debilitat animos. *ὃ δὲ διεψύδαται, καὶ εἰ παρὰ γνώμων γεγονός, ταράττει εὖ ἀνθρώπου, καὶ κελῶ ἀθύνει αὐτοῖς πῆλχει.*

ἄπισα.) Vnius hominis aut temporis scelus, nonnunquam toti nationi perpetuam labem & dedecus inurit.

ἄπισα.) Oratores solent aliquid dare auribus multitudinis, siue laudando, siue vituperando, dissimulata saepe veritate.

Quæ natura hominum animis ingeneravit, semper & in omnes sunt eadem, nec alia quisquæ ea experitur. *τὰ φύσει οἱ ταῖς ψυχῆς οἰόντα πᾶσιν ἀνθρώποις, ἀεὶ τοιαῦτ' ὑπάρχει, κομιδῆ δ' ὡσπερ ὕδιν, καὶ ὅτι νῦν ἐκαστῶ.*

κομιδῆ.) Nemo mirari debet, se ab improbo homine deceptum esse: non esse deceptum, id uerò magis esset mirum.

ἄπειται.) Accepti beneficij memoria non est apud homines improbos diuturna.

ἐψωμισμοί.) Beneficia eripienda sunt insidiatoribus, & abutentibus aliorum liberalitate.

μαγκήσαν.) Tyrannicæ calliditatis est, simulare, se ijs cōsultum uelle, quorum libertati struunt insidias.

πειχίζεν.) Arcium extructio in urbibus, non tam munimentum est salutis, quam firmamentum seruitutis.

ἡκσον δ' ἔγωγε.) Nihil uetat oratorem sui commodi causa quosdā rumores fingere.

Urbium sustentationi, non tyrannorum rapacitati seruire debent redditus & uectigalia. *τὰ κοινὰ τῆν πόλεων ἀπὸ τῆ πεσοδῶσ δὲ διοικῆν, ὃ εὖ τυράντης λαμβάνειν.*

Principes, si tributa eis nulla penderentur, haud facile alerent militem peregrinū. *αὐτῆν ἐκ τῆν εἰσφορῶν ἀρσὸρ κηθῶσις οἱ δωάσαι χρημάτων, εἰς σκόν κομιδῆ τὰ τῆ προφῆς τοῖς ξένοις αὐτοῖς κατὰ σέσεται.*

Existimandum est in uniuersum mortales omnes liberè, suisq; legibus malle uiuere, quam seruire. *ἅπαντ' ὡς ἀπὸ ἀνθρώπου ἡγεῖσθαι καὶ αὐτονόμους ἡδῶν αὐ καὶ ἐλευθέρους, ἢ*

δούλους εἶναι.

Qui non assueuerunt ad nutum cuiquæ parere, molestè ferunt superbi hominis imperium. *οἱ ἀήδεις τὸ κατακῆεν τινὸς ὄντος, ἀχθονται ὑπ' ἀνθρώπου ὑβείσθ' ἀρχόμενοι.*

ὡς φασί.) Tutius est famam autorem citare, quam ipsum aliquid affirmare.

Non incredibile est hominem rebus secundis insolescere. *μὰ δὲ, ὃ δὲν ἀπίστον ὡς, ἀνθρώπου δὲ πρᾶττοντα ὑβείσθ' ὑβείσθ'.*

Homini superbi & cōtumeliosi est, quid uis imperare subditis. *ἀνθρώπος ὑβείσθ' ὕδιν, ὃ ποῦ ὠδῆτᾶττον τοῖς ἀρχομένοις.*

Liuius: Si in secundis reb. bonam mentem quoq; donarent dii, non ea solum que euenissent, sed ea etiā que euenire possent, reputaremus. *ὃ δὲ πρᾶττον παρὰ τὴν ἀξίαν, ἀφορμὴ τῆ κακῆς φρονῆν τοῖς ἀνοήτοις γίνεσθαι.*

Non minor est uirtus, quam querere, parta tueri: *20 Casus inest illhic, hic erit artis opus.*

πολλάκις δοκῆ τὸ φυλάξαι τὰ γὰρ δὲ τὴ κῆσα ὡς χαλεπώτερον εἶναι.

Hostium incommoda nostra esse commoda ducere debemus. *δὲ ἡμᾶς τὴν ἀκαίειαν τὴν πολέμων καὶ τὸν ἡμέτερον νομίσει.*

Fortuna duce, comite uirtute. *δὲ εἰ τοῖς μὲς σιωαρεῖσθ τῆ τύχη τὰ πρᾶγματα.*

Legati mittendi sunt, si quod est opus, & ipsis ciuibus militandum, & ceteri omnes sunt concitandi contra Turcos. *30 καὶ πρὸς βίβεισθαι ἐφ' ἃ δὲ, καὶ στρατεύεσθαι αὐτοῦ, καὶ παροφώεισθ εὖ ἄλλοις ἅπαντας κατὰ τῆ τέρκων.*

πρὸς τῆ χώρα.) Tum commodissimè inuaduntur hostes, cum ipsorum fines instantur.

Turpe uidetur ea per occasionem non audere in hostes, quæ ipsi ab hostibus, si possent, pateremur. *εἴτ' οὐκ αἰχμανοίμεθα, εἰ μὴ δ' ἂ παρδοίμεν αὐ, εἰ δὴ αὐτοῖς οἱ ἐχθροί, ταῦτα ποιῆσαι κερὸν ἔχοντες, ὃ τολμήσειμεν;*

Illud etiam intelligere debemus, optionem dari nunc, nobis ne in Turcia, an Turcis apud nos bellum sit gerendum. *εἴτιρίνω μὴ δὲ τὸ ἡμᾶς λαμβανέτω, ὃτι νῦν αἰρεσίς ὕδιν ἡμῶν, πόττερον ἡμᾶς ὡ τῆ τῆν τέρκων καὶ κλεμῆν, ἢ πῆ ἡμῶν ἐκείνης.*

τίς αὐδ'ν.) Vigilandum est ijs qui finitimos habent partim infestos, partim imbecilles ad externam uim propulsandam.

μὴ λίαν πεκρὸν εἶπῆν ἢ.) Acerbitas orationis condienda est præfatiuncula.

ὃχι βεβλήσεται.) Nihil est ab eorum potētia periculi, qui nocēdi uoluntatem non habēt.

dd a Quæ

Quæ rex, etiam cum stultitiæ opinione, tamē eloquitur, ea quis eum, occasione data, facturum haud credat? τῆν ἀτοπωτάτων αὐτῆς εἴη, εἰ δὲ νῦν ὁ βασιλεὺς μωραῖον ὀφλισκαίων, ὅμως ἐκλαλέη, ταῦτα δεικνύει μὴ πράξει.

Qui quicquid animi fert impetus, eloquuntur, stultitiæ reprehensione non carēt. οἱ, ὅτι αὐτῶν νῦν ἐμπέση, ἐκλαλέοντες, μαρτυροῦν ὀφλισκαίωνσι.

Quātum inter sit, foris, an domi bellum gerere, nihil opus est uerbis. ἡλικία γὰρ ὅτι τὰ διάφορα ἐξῶ, ἢ οἱ τῆς οἰκίας πολέμους, ἢ δὲ λόγῳ προσδῆ.

εἰ γὰρ ἡμῶν.) Exercitus amicorum etiam nusquam, uel breui tempore esse potest, sine magna clade agricolarum. στρατοπέδῳ καὶ οὐλικῶ, καὶ βραχυῶν ἐν τῇ χώρᾳ χρόνον ὄντων, πλεῖστα ζημιῶνται οἱ γεωργῶντες.

εὐ γεωργῶντας.) Agricola & mercatores ab admittendo bello melius deterri non possunt, quā si his negociationis euersio, illis agrorum uastatio proponatur.

πλεῖστον αὐτῶν οἰκίαι.) Ad terrorem incutendum quædam ultra ueri fidem, uerecundē tamen, amplificantur.

ὅσα εἰς ἀπαντα.) Potius quā de iure nostro cedamus aduersarijs, aureo piscamur hamo, necessariò nonnunquam, rarò feliciter, sapissimè impulsu affectibus.

Hostes non contenti ex agris petere necessaria, quod superest proteruè deuantant, οἱ πολέμιοι οὐκ ἀγαπῶντες, ὅσα ἀνάγκη στρατοπέδῳ χρῶμεθα, τῆν ἐκ τῆς χώρας λαμβάνειν, τὰ λοιπὰ ὑβρίζοντες διαφθείρουσι.

Rei malæ gestæ dedecus, quouis damno grauius est, cordatis quidē hominibus. ἢ τῆν προσημασμένων ἀχαιῶν ἐδεμίας ἐλάττων ὅτι ζημίας, τοῖς γε σάφροσι.

Omnibus ἡς quæ res postulat, ob oculos positis, omnes operā dare decet, ut bellum amoliantur. πάντα τὰ δέονται δὲ σωιδόντας ἀπαντασ βοιωτῶν, καὶ ἀπωδῆν δὲ πόμενον.

Diuites paruis impensis magnas opes eueri non grauātē debent. εὐδὲν ἐμπόρῳ δεῖ ὑπὲρ τῆν πλῆθος ὧν ἔχουσιν ἀχαιοῦς μικρὰ ἀναλίσκεν, ἵνα τὰ λοιπὰ καρπῶν τῶν ἀδῶς.

καλῶς ποιῶντες.) Cauenda est oratori maleuolentiæ & inuidentiæ suspicio.

Adolescētes decet rei militaris in hostili terra parta peritiā, terribiles incolumis patriæ custodes esse. εὐδὲν ἐν ἡλικίᾳ δεῖ πλεῖστον πλεμμεῖν ἐμπειρίαν ἐν τῇ τῆν ἐχθρῶν χώρᾳ κήσοιμέ

νους, φοβεροὺς φύλακας τῆς οἰκίας ἀκέραια γινώσκειν.

οἱ ἐν ἡλικίᾳ.) Optima ætas est adolescentia, si quis ea rectē uti sciat.

Oratori danda est opera, ut actorum in Republica suorum commodē possit rationem reddere. περὶ τὸν θεὸν λέγοντι τὰς τῆν περὶ λιτῶν μὲν εὐδαιμόνως, φραδῆσιν ἐκ τῆς κήσας.

Vt cum populo agitur, sic de actis oratorum iudicare solet. ὅποια τῶν αὐτῶν πολλὰς πόλεις τὰ πράγματα, τοῖς τοῖς κειταῖς τῆν περὶ γυμνῶν τοῖς λέγουσιν ἔσονται.

τοῖς τοῖς κειταῖς.) Dura cōditio est eorum, qui in dandis cōsilijs & gerendis rebus uersantur, cum eorum fides ex euentu soleat aestimari.

κειταῖς.) Quale uerò est iudicium, euentum & fortunam, res in manu Dei sitas, homini imputare?

Enumeraciones & perorationes ē firmamentis, & ἡς quæ causam continent, sunt petendæ. δεῖ ἐκ τῆν ἰσχυρῶν αἰεὶ καὶ τῆν συνήκιστων τὰς ἀνακεφαλαίωσεις καὶ εὐδὲν ἡδὲ λόγῳ λαμβάνειν.

Optima consilij conclusio: Vitam officio suo nemo desit, & adsit Dei immortalis fauor. χριστὰ εἰν τὰ πράγματα, πάντες εἶνεκα.

Hæc hæctenus: proferamus nunc Annotationum specimē, ut Demosthenis Orator, quod ultra iustam penè magnitudinē excreuit, tandem concludatur.

ANNOTATIONES IN

LIBANII ARGV-
mentum.



Libanion.) ὁ λιβανῶν, uel ὁ λιβανῶν ἦν (utroq; enim genere dicitur) tus: λίβανος arbor turis est, & Arabiæ mons, qui cum Antilibano κείλιω συνείαν, id est, ca-

uam Syriam includit. Hinc λιβάνη, siue à monte Libano, siue à ture nomen habet: quem latinè fortasse (quod tamen in proprijs nominibus, quæ suæ lingue relinquenda sunt, fieri non debet) Turinum appellare possis. Fuit autem Antiochenus patria, sophistes celeberrimus: floruit temporibus Iuliani imperatoris. Eius orationes, declamationes, & ecphrases perelegantē extant: quas aliquando Germanis etiam communicabit, ut spero, noster Oporinus. Vitam suā copiose & ornatē, ut omnia, ipse descripsit.

psit. Quare nos hic non erimus longiores.

ὑπόθεσις.) Aliàs διέσει, hoc est consultatio-
ni, proposito seu infinitæ quæstioni oppo-
nitur, ac Ciceroni causa et controuersia di-
citur: aliàs fundamentum, & quoddã quasi
fulcrum: aliàs principium, institutum: hic
πρόλογος, id est materiam, argumentũ, sum-
mam, breuemq; negocij expositionẽ signifi-
cat. Hoc loco monitos studiosos uelim:
primũ, uarias eorundem uocabulorum
significationes, diligenter esse colligendas,
& exemplis probatissimorum autorum il-
lustrandas. Deinde, uix posse fieri, ut uoca-
bula pleraque per se, quid propriè signifi-
cent, intelligantur, nisi tota sententiã consi-
deretur. Tradunt igitur uerba & sententiã
mutuas operas: & ut ex uerbis sententiã,
sic è sententijs uerba sæpe sunt intelligen-
da. Postremò, in coniunctis uerbis ad
latini sermonis consuetudinem esse respi-
ciendum, qui Græcum non per omnia se-
quitur, sed quædã mutat & inuertit, quæ-
dam detrahit, quædam adiicit, ut alibi com-
modius ostendemus.

πῦ.) De usu & collocatione articulo-
rum, ijs magis laborandum est, qui scribere
ipsi, quàm qui legere græca instituerunt:
& in promptu sunt præcepta grammatico-
rum. quanquam in hac parte usus tam est
uarius, ut haud sciam an se certis astringi le-
gibus patiatur.

ὀλυθιακῆς.) Undecim Demosthenis o-
rationes in Philippum Macedonum Re-
gem, Græcorum libertatem oppressurum,
una in eius filiũ & successorem Alexandrũ,
extant: quanquam una atque altera falso
tribui Demostheni putantur. Hæ igitur
appellationibus distinguuntur: ac nonnul-
læ indicant, non in quem, sed qua de re
sint habitæ: ut Olynthiacæ, pro defensio-
ne Olynthiorum: Cherronesitana, de tu-
enda Cherroneso, & Diopithis exercitu
retinendo: aliã de Haloneso, aliã de ser-
uanda pace, aliã de Philippi literis, aliã de
Alexandreo fœdere uiolato. Quare non
miraberis, quum quatuor duntaxat ora-
tiones, uulgò Philippicæ inscribantur, ab
Vlpiano mentionem aliquando fieri Phi-
lippicæ sextæ, aut nonæ.

ὀλυθιακῆς.) Ab Olyntho fiunt *ὀλυθια-
κῆς* & *ὀλυθιδίῃς*, adiectiua: sed illud ferè re-
bus, hoc personis accommodatur: ut, *ὀλυθια-
κῆς καὶ λαοφίλης ὀλύνθιοι*, τῶν πατριδῶν

πρόδοται. λόγῳ, ἢ πρόλεμῳ ὀλυθιακῆς.

Obseruandum igitur, quæ adiectiua,
quibus personis aut rebus adiungi so-
leant.

πρώτα.) Tres esse Olynthiacas, nemo
ignorat: an uerò hæc prima sit Demo-
sthenica concio, nostra uel nihil, uel parum
interesse censeo.

πρώτα.) *πρῶ*, *πρότερον*, *πρότατον*, *ε-*
πίστο τ littera, *πρότατον*, & per *κράσινο* & *α* uo-
calium, *πρότερον*. ac superlatiua de pluri-
bus: de binis usitatius comparatiua dici,
notum est.

λόγος.) *λόγῳ* uerbale nomen, oratio-
nem significat, & fontem orationis ratio-
nem: cuius uerbi significatio latissimè pa-
tet, usumque apud Ciceronem & alios La-
tinos habet multiplicẽ, ut illud apud Græ-
cos: definitionem item & causam, aliãq;

plura, quæ persequi nostri instituti non
est. Illud tamen studiosos tenere uelim,
ut, si compendio ad græcæ linguæ cog-
nitionem peruenire cupiunt, primas origi-
nes uerborum studiose inquirent: primiti-
uis deriuata (libet enim artis uocabulis u-
ti) composita simplicibus subiiciant, &
ab his ad illa respiciant. Omnino enim sta-
tuendum est, uocabulorum aliã esse pri-
ma, nec aliunde oriri. Aliã uerò à pri-
mis illis quasi fontibus deriuari: ut à uir,

primitiuo fieri uidetur uirgeo, uita, & uir,
eo quòd uiribus præstet mulieri, quam
quali mollem aerem dici uolunt. Quam-
obrem etiam maiore cum ueniã mulieres
uoluptati & nugis operam dare possunt.

Quod si uerum est (ut per me quidem ue-
rum erit, nec enim his de rebus magnope-
re laboro) Græcis eodem modo erit *αἴθερ*,
δ' αἴθερ, id est, superior aer, non aquæ ter-
rae que ut muliebris, sed igni & caelo ui-
cinus. Est igitur uiri, despectis rebus ter-
renis, altè spectare, & originis suæ me-
minisse: ut sit reuera *ἀνδρωπῶν*, hoc est,
αἴθερ τρέπων ὄψα. quam Platonis etymo-
logiam, & disputationem de usu oculo-
rum, Ouidius eleganter exposuit his uer-
sibus:

Pronaq; cum spectent animalia cætera terram.
Os homini sublime dedit, cælumq; uidere
iussit, & erectos ad sidera tollere uultus.

Altera nominis *αἰθρῶν* ratio, quam af-
fert Plato, *ὅτι ἀναδραῖ ἂ ὄπασσε*, philosophan-
dũ esse monet, et ea cõsiderãda quæ uideris.

dd 3 A uiro

A uiro descendit uirtus, tum quòd in uiro potissimum reperiatur, tum quòd uirū maximè deceat: id quod & Virgilius innuere uidetur, his uerbis,

Multa uiri uirtus animo, multusq; recurvat

Gentis honos.

Sic *παῖς* primitiuum esto (neq; enim, tametsi pueri, mali praefertim, uerberib. cum primis egeant, à *παῖω* formari crediderim: neq; Graeci & Latini, siue rectè, siue arroganter, linguam suam Hebraeis acceptam ferunt) Ab eo deriuatur uerbum *παῖδω*, à quo *παῖδεία*, *παῖδωμα*, *παῖδωσις*, *παῖδωτης*, *παῖδωτικόν*, *παῖδωτης*, *παῖδωπικός*: item, *παῖδιον*, *παῖδαριον*, *παῖδαριώδης*, *παῖδοσκ*, *παῖδια*, *παῖδικος*, *παῖδω*: atque alia composita & deriuata complura, quae recensere nihil attinet. Equidem superstitionem non probò, & de multis dubitari, primà ne sint an deriuata, in multis etsi deriuata esse appareat, eorum tamen originem non ostendi posse uideo: quid tamen uetat intueri uerba, & scrutari naturam eorum subtilius & accuratius? praefertim quum diligentè, nec profus hebetè, & graecae linguae non ignaro grammatico, tales etymologiae ultrò sese offerant. Nam deriuata pleraque primas saltem syllabas primorum retinent, & ipsa cum terminatione tum multitudine syllabarum sese ferè produnt. Sylua, sus, fagus, 30 à Graecis, *ῥυλκ*, *ῥυς*, *φηγός*, *μῦς*, ueniunt. milito, à milite: miles autem fortassis à mille. nec enim pauci constituunt iustum exercitum. Lepus, quasi leuipes: cura, eo quòd cor urat. Iupiter, iuuans pater. luna, à lucendo. Sol, à solitudine (alij audacius, quòd super omnia luceat, dictum uolūt.) Mauors, quòd magna uortat. Graduius, quasi grafator diuus. Deus à *θεός*, unde Statij Capaneus: Primus, inquit, in orbe deos fecit timor. Neque sanè dij ueterum, benefaciendo magis quàm nocendo uim suam declarabant: quod utinam hominum nemo imitetur. nisi quis à *θεός* formari putet, quod uel *ἀπὸ θεῶν*, uel *ἀπὸ θεῶν*: ut & *αἰβήρα*, non *παρὰ τὸ αἰθερ*, sed *παρὰ τὸ αἰεθέρ*, dici putant. Haec & huius generis alia, si quis superuacanae diligentiae esse putat, cum eo ego non magnopere contendam: sed idem tamen meminerit uelim, Platonem 50 & Aristotelem, philosophorum principes: Euripidem & Sophoclem, sapientissimos poetas: Varronem & Ciceronem, Roma-

norum alterum doctissimum, alterum eloquentissimum (ne alios commemorem) ab hac ratione adeò non abhoruisse, ut eam laudi sibi ducerent, & in grauib. operibus ostentarent. Nam Hebraei quidem, quorum uetustissima esse lingua creditur, nullum penè uerbum habent, cuius rationem reddere non soleant. Quòd si cuius tantū uiri alicubi frigere uidentur, is primitiuum uideat, ne suam opinionem illorum iudicio arroganter anteponat. Deinde, aut calidius ipse aliquid proferat, aut nos lusu hoc nec inamæno, nec inuitili frui patiat. Denique praefertim putet, inuitari pueros ad meditationis diligentiam, quàm ad socordiae licentiam, ad quam alioqui sumus propensiores. Illae certè grammaticorum praecipuae de speciebus & figuris, nequaquam sine reprehensione negligi possunt. Nemo, qui periculum non fecit, credit, quantum haec res in speciem leuis ac puerilis, & intelligentiam ueram, & memoriam, & copiam uerborum iuuet. Quae tamen tyroni difficilior uidebitur: ipso tamè usu facilima fiet: praefertim si grammatica praecipua, quae cum alij complures, tum uerò Nicolaus Clenardus (cum quo Ioannis Varenii syntaxin coniungi uelim) magno ingenio breuiter accurateque tradiderunt. Subsidio item sunt Graecolatina Lexica, & tota Graeca, ut Hesychij, Suidae, Phauorini, Etymologicon magnum, aliaque commentaria Graecorum: quae utinam ab homine docto & diligenti in unum Opus ordine alphabetico (qui, etsi non eruditissimus, expeditissimus tamen est) conflarentur, ut & tenuitati & commodis studiosorum consuleretur. Quòd si non singula uerba duntaxat, sed loquendi etiam modi peculiare, aut obscuriores, proprijs atque elegantibus uerbis latine (quantum ullo modo fieri posset) redderentur, atque ita unum uolumen, quod quatuor fortasse iustis partibus constaret (quum nunc Lexicorum & dictionariorum, & obseruationum tanta moles sit, ut plaustro uix uehi queant) totam & Latinam & Graecam linguam complecteretur: is demum uerus esset utriusque linguae Thesaurus, hoc Cornucopiae suo nomini respondens: & tale Opus, quo nihil unquam uideretur editum, uel perfectius, uel utilius, uel

uel posteritatis memoria dignius in hoc grammatico genere studiorum, à quo cætera pendent, ac oriuntur omnia: quamuis parenti ac nutrici suæ grammaticæ, reliquarum artium magistri & doctores, uulgò parum æqui aut grati sint. Tale Opus si quisquam his temporibus ingeniose, fideliter, eruditè, addam etiam celeriter, cōficere possit, Ioannes Oporinus possit: atq; idē uellet, nisi ei rei familiaris tuēdæ necessitas, ocium & tēpus, quib. in primis ad tantū negociū opus est, inuideret. Ac principū profectō esset, ac rerum publicarum, tales uiros, qui ornandæ rei literariæ, & barbariei (pestis omnium deterrimæ) propulsandæ, tam uoluntatem, quàm etiam facultatem haberent, liberalitate sua iuuare: in quos non modò sine detrimento Reipublicæ, sed magna etiam, & immortalī cum gloriā pecuniæ non nihil conferre possent, quæ in res superuacaneas longè sæpe deterius profunditur. Sed ut ad institutū redeam: studiosus adolescens cognitione grammaticarum præceptionum instructus, & cum eorum quos dixi, Lexicis, tum uerò Pollucis etiam & Budæi commentarijs, & optimi cuiusque autoris fideli conuersione adiutus, græcæ linguæ cognitionem, sine qua manca est omnis eruditio, facile assequetur: si præsertim eam de qua diximus, compositionis & deriuationis rationem obseruarit. quam cuiusmodi esse uelim, quorectius intelligatur, ascribam nonnulla propter rudiores, quæ ipse olim in meū usum annotauī. Verba igitur, ut dixi, alia prima sunt, alia deriuata, quædam simplicia, composita quædam. Deriuatorū species (quam uel plures, uel pauciores possent) septem à Grammaticis plerisque numerantur: comparatiua, superlatiua, patronymica, diminutiua, possessiua, denominatiua, uerbalis: in quarum postrema, cum maxima sit utilitas, de ea, omīssis cæteris (quam eorum quoque terminationes, formationes & significationes diligentius collectas & indicatas esse uellē à Græcis grammaticis) ubi pauca dixerimus, et cōpositio nis rationē breuiter attigerimus, ad institutas Annotationes reuertemur. Verbalia igitur pleraque formantur, ut apud Latinos à supinis, sic apud Græcos à passiuis præteritis ijs, quos *παρρημιόω χρόνισ* uocant. (nam *παρωχημύω* generale est, & sub se complectitur *παρρημιόω*, *ὑπέρσω*,

τελικόν, *ἀόριστον* *πρώτων* καὶ *δύτ' ὀριον*, qui non significatione uariant, sed terminatione.) Atque in his à singularis numeri persona prima, secunda & tertia. Deinde à *παρρημιόω* medijs: quædam etiam à presentibus. *λόγω* igitur fit à uerbo *λέγω*, à *παρρημιόω* medio *λέλογα*, syllabico incremento *λο* abiecto, & *α* in *ος* conuerso. Sed uideamus omnes personas & tempora.

I. *λέλεγμαι*: hinc fiunt terminationes *μὸς*, *μα* & *μη*, non semper, sed aliquando. Nam ab hoc uerbo neq; *λέγμα* fit, neque *λεγμός*, neq; *λεγμα*: sed à *πεπρήμι* fit *πρήμα*, à *λελόησμαι* *λογισμός*, ab *ἔσιγμα* *σιγμα*. A cōpositis etiā adiectiua fiunt in *μων*, ut à *ῥέω*, *πλάττω*, *μεγαλορρήμωνας*, *πολυπλάτμωνας*: & hinc substantiua *μεγαλορρήμωνών*, *πολυπλάτμωνών*.

II. *λέλεξι*. hinc fit *λέξις*. Composita sæpe in *ια* mutant, ut *παίδουσις*, *ἀπειδουσία*.

III. *λέλεκη*. Hinc fiunt terminationes *ος*, *έος*, *ης*, *ηρ*, *ηλον*, *ωρ*: ut *λεκός*, *λεκέος*, *λεκπός*, *κηκός*, *κηκός*, *κηκός*, *κηκός*, *κηκός*, *κηκός*, *κηκός*.

III. *λέλογα*. Hinc fiunt in *ος* & *η*, ut *λόγος*: unde compositum *ἄλογος*, *ἀλογία*, *συλλογή*: fortassis & in *ον*, sed rara, & de quibus dubitetur.

V. A' præsentibus, præsertim uerborum in *έω*, & *έω*, *έω*, *έω*, *έω*: ut *παιδέω*, *παιδέω*, *παιδέω*, *παιδέω*.

V. Sunt etiam de quibus dubites, ipsa ne à uerbis, an ab eis uerba fiant: ut *φωή*, *φωνή*, *βελή*, *βόλουμαι*: in quibus fortasse dialectorum *ἡ κίκλω δ' ἄξις* locum habet. Sed parum refert: & Priscianum libro hac de re octauo consulas licet. Participia & ipsa uerbalia nomina sunt, cum significatione temporis, de quibus propter facilitatem nihil est dicendum.

Veniamus ad figuras, in quib. consideratur, utrū uocabulū seipso contentū sit, ut *ἴππος*, *ἄγω*: an aliud, siue unū siue plura, adsciscat, ut *φίλιππος*, *ἀντ' ἄγω*. Crebras autē fieri, ut in speciebus, sic in figuris etiā, literarum mutationes, additiones, detractiones: item multa esse composita, quorū simplicia non utraq; sint in usu: & à simplicibus adiectiuis sæpe composita substantiua: & contrā, substantiuis adiectiua nasci, & quæ sunt eius generis alia, facile docebit obseruationis diligentia. Nos, quia Grammatici in ea re minus accurati, & pueri (quorum hic rationem potissimum habemus) nisi

nisi admoneantur & excitentur, negligentiores plerunq; sunt: uideamus quæ partes oratiōis inter se iūgi soleāt. 1. Reperiemus igitur nomen componi cum nomine, ut ἀκειβόδιμον. Atq; hic obseruanda sunt, adiectiua compositionibus apta: ut, κλύς, ὀλίγος, μέγας, μικρός, ὑψηλός, ταπεινός, μακρός, βραχύς, ταχύς, βραδύς, καλός, κακός. ὀλίγος, ἄξιος & substantiua, ut μῖσος, ὠδύς, κέρτος, &c.

II. Nomen cū uerbo, aut nomine uerba li: ut, ταχυπειθής, μεγαλοβήμωνας, μνέλαος.

III. Cū aduerbijs ἔει, ἔσ, ὄν, ὄν, ἄ, ἀνώ, κατώ: quanquam hæc tria postrema inter præpositiones numerari possunt: ut εὐεργάτωρ, ἐκκέφαλος, δυσδαίμων, εὐδαίμων, ἀτυχής, κατὰχθόνος, ἀνάθημα.

IIII. Cum participio: ut, διομίδων.

V. Cum articulis & pronomine: ut, ἄπερος, id est ὁ ἑτέρος. δάτερον, id est τὸ ἑτέρον: αὐτοδίδακτος.

VI. Cum coniunctionibus: ut, καλοκαγαθός, & καλοκαγαθία.

Sed latissimum campum præpositiones obtinent, tam in nominum & uerborum, quam in reliquarum partium compositionibus: ut ἐνδύω, ἐμφύω, ἐμβάινω, ἔσοδος, εἰσέρχουμαι, ἐκθλίβω, ἐξέρω, ἐκτῆσις, ἔξοδος, πρὸβαίνω, πρὸτροπή, πρὸσβήχουμαι, πρὸσδος, σωτηρέω, συγγράφω, σύμβασις, ἀναγράφω, καταγράφω, ὑπεργράφω, ἀντιγράφω, πωδγράφω, διαγράφω, ἀμφιλαβής, μεταγράφω, ἀπγράφω, πᾶγράφω, ὑπεγράφω, ἀπγράφω, ὑπερφέω.

Hæc præpositiones, si uis earum diligenter sit cognita, & sua singulis cōpositis deriuata subiiciantur, immensam uocabulorum copiam sine ullo negotio suppeditant. Neque tamen omnes cum omnibus aut uerbis aut nominib. cōponi possunt: ut in nostro themate λέγω, dicere licet, πρὸλέγω, ἐκλέγω, συλέγω, ἀναλέγω, ὑπελέγω, καταλέγω, διαλέγομαι, ἀπλέγω, ἀντιλέγω. ἐκλέγω autem & παραλέγω (unde tamen extant ἐμλόγιμος & παραλόγος) πρὸσλέγω, πωδλέγω, ἀμφιλέγω, ὑπελέγω, ὑπερλέγω, aut in nullo, aut minus frequenti usu sunt.

Iam ut à λέγω simplicia nomina deriuant, sic etiam à cōpositis: ut à συλέγω fit σύλλεξις, συμεκός, συμεκτός, συμεκτικός, συμογή, σύμογος, & sic in cæteris, quæ quisq; Grammatice nō imperitus, ipse per se facile & intelliget, & colliget: atq; uno mētis obtutu, post nō longam exercitationem, oblato primitiuo & simplicia uocabulo, deriuata & composita

percurret, atq; ab his ad primam statim originē recurret. Quod utinam, quàm ego fructuosum esse expertus sum, tam multis imitari libeat. Sed hac de re satis, ac nimium potius. Iam igitur ad institutum redeamus.

Libanius ὑπόθεσις λόγος.) Nihil uetat binos genitiuos hoc modo coniungi, ut apud Ciceronem: L. Syllæ, & C. Cæsaris translatio pecuniarū à iustis dominis ad alienos. Significat enim prior autorem, hoc est personam, seu rem agentem: posterior personam, seu rem patientem. Quod ita comprehendens, si nomen uerbo cōmutes, hoc modo: L. Sylla transtulit pecunias à iustis dominis ad alienos. Vel, à L. Sylla pecuniæ translatae sunt à iustis dominis ad alienos. Possset etiam tertius accedere: Libanius ὑπόθεσις δημοσίου λόγος: sed apud Latinos durius uideretur, Libanij argumentū Demosthenis Olynthiacæ orationis primæ. Quare δημοσίου in adiectiuum conuertas licet, δημοσίου, Demosthenicæ, hoc modo: Libanij argumentum Demosthenicæ primæ orationis Olynthiacæ. Sed quia hic quoq; tria concurrunt adiectiua, nō magna cum suauitate: genitiuus λόγος mutari potest in accusatiuum, εἰς λόγον, sic fiet oratio dilucidior: Argumentum Libanij in primam Demosthenis Olynthiacam orationem. Possunt enim saepe iungi nominibus in utraq; lingua præpositiones, siue κατ' ἑλληνικῶς, siue alia quapiam ratione, quæ uerbis eorundem nominū iungi non possunt, ut apud Latinos, amor in te meus, rectè dicitur: amo in te, pro, amo te, non dicitur. sic apud Græcos, ὅτι ἐν ἐμῶν εἰς τὸν βαρβάρου μῖσος, dicere licet: οἱ Ἕλληνες μισοῦσιν εἰς τὸν βαρβάρου, nō item, sed μισοῦσι τὸν βαρβάρου dicen dum est. Similia per se quisque obseruabit, quæ multa sanè sunt, in quibus à curiosis alioqui grammaticis maiorem diligentiam requiras.

ἄλωθος.) Grosfi sunt Latinis, ficus, ut alij uolūt, immaturæ: ut alij, nō maturescentes. Pausanias, qui præclara monumenta & historias totius Græciæ descripsit, eaq; continet plurima quæ apud nullū aliū scriptorē reperiant: quem (ut studiosis rem lætā nunciem) ab egregiè docto iuuenē Abrahamo Læschero diligēter conuersum, Oporinus breui editurus est. Is igitur Pausanias in Messeniæ sic scribit: ὅτι δέσπον τὸ εἶναι κμοὶ τῶν ἐμῶν ἄλιουδον, ἀυτοὶ δὲ οἱ μεσσηνοὶ τράγοι καὶ λῆσι: hoc est, Caprificum arbore multi Græcorum

corum Olynthum, ipsi autē Messenij Tra- gum, hoc est, caprum uocant.

ω.) Obseruandum, una uoce tria tempo ra comprehēdi: imperfectum, perfectum, plusquamperfectum, ne semper interprete ris, eram: sed aliquando etiam, fui, & fuerā, ut hic ω, fuit. Est enim Olynthus ab Euthy crate & Lathene ciuibus prodita, capta à Philippo, & æquata solo: quam eius uictō riam cum quidam celebraret, ut qui præcla ram urbem uno die euertisset, alius respon dit, Atqui talem urbem nondum cōdidit: significans, extruere præclarius esse quàm destruere. Rectē fanē. Vt enim ulcisci ho stes, & securitati suę consulere iniustum nō fit: quæ uæsania est, urbes euertere potius, & cum saxis ac lignis bellum gerere, quàm colonos in eis collocare? Sed ædificia for tasse, commissa in eis hominū scelera luunt: & fatales omnium rerum quæ infra lunam sunt, conuersiones, nihil esse perpetuum pa tiuntur.

ωδι θράκης) in Thracia: sed nihil uetat di cere, Olynthus fuit urbs Thracię. Amplior enim & frequētiore est Græcis præpositio num usus, quàm Latinis. Diligenter igitur obseruandum, quando in genitiuos, quan do in adiectiua nomina, quando in alios ca sus sint conuertendæ.

θράκης.) θράξ pro θράξι, Ionicè θρήξ. θράσσα 30 uel θράση & θρήσσα, Thracia mulier. θράκη, Thracia regio, θράκη & θρήκη adiecti uum. Horatius: Ocium bello furiosa Thra ce, pro Thracia, græca terminatione dixit. Est autem Europæ regio amplissima, finiti ma Macedonia. Descriptiones petendæ sunt è Strabone, Mela, Plinio, Ptolemæo: situs, è tabulis geographicis. Superuacaneū enim est, in singulis locis autorum totas ar tes & historias explicare, quæ rectius è suis 40 quæq; scriptoribus sumuntur. Breuiter ad monere lectorem est satis. Quare nos in hoc genere, nisi postulare necessitas uidea tur, nusquam erimus longiores.

εμλωικόν.) εμλωα quidam Deucalionis, alij Phthij Thessali, Iouis alij filium faciūt, atq; ab eo εμλωα & εμλάα nomen accepit se dicunt: quū prius singuli populi suis quibusdam appellationibus, ut Bœoti, Thef salij, Attici, Argiui, &c. uel γραικοί (quod uo 50 cabulum & Latini retinuerūt) nominaren tur. Ab εμλω fit adiectiuū εμλωικός, ή, όν. Sed θ εμλωικόν, & τὰ εμλωικά (quod & in alijs pleriq; fit adiectiuus) substantiuè αντι τ' ελ λωών, pro ipsis Græcis ponuntur.

δ.) uerò, autem, sed, ac at, atq;. Quæ par ticula quum Græcis frequentissima sit, & toties sine molestia repeti non possit: aliàs omittenda, aliàs plures clausulæ uno ambi tu comprehendendæ uidentur.

πώτη τῶν οἰκόντων.) pro, τῶν οἰκόντων οἰ πώτη. Sic propter cōcinnio rem sonum na turalis ordo cōstructionis, sæpe nō nihil im mutatur: quæ res minus in bonis scriptori bus uersatos aliquando perturbat. πώτη da tiuus ab ἄτθ, ἄτθ, ἄτθ, sæpe aduerbialcit, & significat, hoc loco, hac de causa.

γείθ.) Genus, gens: ab inusitato uerbo γέθω. Sed Græci sæpe dicunt εἶθ, ubi La tini genus: ut, πολλά εἶθ η τ' συναλλαγῶν, mul ta genera contractuum.

ἀπὸ χελκίδθ.) A Chalcide, Chalcidicū, Chalcide profectum. χελκός, æs. χελκίδθ igitur plures fortassis urbes dictæ sunt, à fo dinis metallicis, quæ apud Germanos à montibus aut uallibus plerumq; nomen ha bēt, addito diuī alicuius nomine, ut D. An næ mons, Ioachimi uallis. Sic nostra lingua dicuntur Halæ (quod à græco ἅλα fit) op pida Salinarum: ut, Hala Sueuica, Saxoni ca, in Oeni uallibus.

τῶν εὐβοίων.) scilicet θῶν, uel γλυφίης: Eius quæ est, uel fuit, in Eubœa, Euboicę. εὐβοίος, (quod & εὐβοίθθ, ut apud Sophoclem εὐβοί θα χόρα) εὐβοίης. εὐβοία dici uidetur à boni tate boum, ut & Italiam uolunt (habet & βοιωτία nomen ἀπὸ τ' βοός) insulam eam esse maris Aegæi, Atticæ Bœotięq; uicinam, notum est.

ἀθλωαίω.) ἀθῶν & ἀθῶνα, contractè ἀ θλωα, quæ alio nomine παλλάς, à uibranda hasta, ut latinè Mīnerua à minando, in con tentione cum Neptuno uictrix, urbi, olim & belli & sapientiæ gloria florentissima, à Mahumete Turcico tyranno ante annos ferè centum funditus deletæ, nomē i fecisse perhibetur. Vnde Plato i. de Legib: ἀθλωαίω οὐ γὰρ σε ἀθῶν ἐβέλοιμι ἀπ' περσάγο ρεύειν. δοκῆς γὰρ μοι τ' δεσ ἐπ'ωνυμίας ἀξίθ εἶναι μάλλον ἐπονομάζεσθ. hoc est: O hospes Athe nienlis: neq; uerò te Atticum appellare ue lim, quum dea (id est Mīnerua) sis cogno mento dignior. Verè igitur poeta: Conue niunt (inquit) fati nomina sæpe suis.

ἀρικήθ.) colona: adiectiuè, ὁ ἀρικήθ, ή, όν, & ἀρικήθ. Item substantiuè, οἱ ἀρικοί, colo ní. Vnde uerbum ἀρικήθεν, mittere in colo nias: ἀρικήθεν, ire in colonias: ἀρικήθια, colonia. cui ἡ μητρὸς πόλις opponitur.

cc και

καὶ ἄλλοι.) scilicet εἰς, uel γεγονῶσι. Multa uerò bella Olynthi, & celebrata sunt, uel fuerunt. Verbum εἰς saepissimè à Græcis o-mittitur.

ἡ δὲ ἀλώδης.) Accōmodata captiui rudio-rum docēdi ratio est, græca uerba totidem uerbis, ijisdēq; casibus et tēporib. (tametsi nec sententiā, nec constructio sibi constet) exprimere. Sed si id solū fiat, nihil esse queat ineptius. Progrediēdum igitur paulatim est, ac primum cōstructio, pōst etiam phra-sis corrigenda, deniq; etiā elegantie & con-cinnitatis habenda ratio. Hic igitur iterum in conuertendo, compendio sum usus, ne bellum gerere, saepius esset repetendum: & rei loco personā posui, quo planior, & mi-nus molesta esset oratio. Nā hoc licere de-bet interpreti, si sententiā nec accedat, nec decedat quicquam, ut suo arbitrati uerba quædam omittat, quædam addat, alia mu-tet, alia transponat. Magis tamē (si fieri ne-queat, quin in alterā partem peccetur) pro-banda est superstitio, quàm licentiā, quæ ra-rò caret erroribus.

ἡ δὲ ἀλώδης τε.) Hæc ἀτιολογία refertur ad ἑνδοξοί. Nam Atheniensium & Lacedæmo-niorum semper summa fuit inter Græcos autoritas, usq; ad Alexātri Magni tempōra. Possunt etiam ἑνδοξοί πόλεμοι intelligi de uictorijs. πολλοί αὐτ, quia plura fortasse ges-ferunt bella, quæ nos, amissis ueteribus hi-30 storicis, ignoramus. Quanquā fieri potest, ut sepius cū ijisdē Atheniētib. & Lacedæmo-nijs sit belligeratū, ut pōst annotabimus.

ἄρχων.) ὁ ἄρχων substantiuè, princeps. sed hic accipio pro participio, ὁ τινὸς ἄρχων, qui imperarūt: uel ὅτε ἄρχων, cum imperarent.

τοπαλαιός.) ἡ παλαιότης hoc est, πάλαι. referi hoc adiectiuū, aduerbiū uice positū, 40 mea quidē sententiā, rectius ad ἄρχων parti-cipium, quàm ad uerbū ἐπέλεμψε. Meminit huius belli Demosth. Olynthiaca secunda.

καὶ αὐτὸς λακεδαιμονίσι.) scilicet ἄρχων ἡ ἐμίλων ἐπέλεμψε. Locū hunc declarāt De-mosthenes atq; Vlpianus, in oratione πρὸς παραπροσβέσις, quorū uerba superuacaneū esse duxi huc ascribere. Velim enim studio-sos in legēdis bonis autoribus, ipsos sibi cōficere cōmentarios, eodē autore à capite us-50 que ad calcē diligenter euoluendo, & cūm uerbis, tum sententijs inter se conferendis. Quam rationem qui fugit, indignus est cui scribantur cōmentarij. Quod de ijs etiā in-telligendū est, qui eisdē uoces, sententijs, hi-

storias, in priorib. orationib. expofitas, quo-ties recurrūt, iterū de integro explicari sibi uolūt. χρόνος.) σὺ τῷ χρόνῳ, cum tēpore, tan-dem. Datiui saepe degenerant in aduerbia.

ἡ δὲ ἀλώδης τε.) Loquendi modos quisq; per se facile obseruabit: ut, παρελθὼν εἰς διώαμιν, παρελθὼν πινί, facile itē uidebit, à Latinorū consuetudine quomodo differāt. nec em̄ nos dicimus, belligero tibi, 10 sed, bellū gero tecū, bellū gero cōtra te. Sic, urbs in potentiā progressa est magnam, no-lim ego dicere: sed, peruenire ad potentiā, crescere, augeri potentiā alicuius, adipisci potentiā. Neq; uerò perinde facile est, quæ intelligas, cōmodè interpretari. Summo-pe re igitur necessariū est, magnā latini sermo-nis copiā in promptu esse græcæ lingue in-terpreti, quæ sine assidua optimi cuiusque au-toris lectione, neq; parari, neq; retineri 20 potest. Quare hoc negociū non tantū eru-ditionē & diligentia, sed legēdi etiā ocium requirit. Quod quia mihi defuit, saepe mi-nus expolita dictione uti sum coactus. Sed si uita superfuerit, operam dabo, ut in hac quoq; re lectoribus æquis satisficiam.

ἡ δὲ ἀλώδης τε.) eminuit, excelluit: sicut Virgi-lius de Roma, Verūm hæc tantū alias inter caput extulit urbes, Quantum lenta so-lent inter uiburna cupressi.

πολύτιγίνος.) Multū quoddā genus: hoc est, non parua multitudo, magnus nume-rus. Vlpianus docet 32, Græcas urbes fuisse in Thracia.

ὀλίπποφθ.) Notior hic est, quàm ut quicquam de eo sit scribēdum. Atq; hic lectorē Demosthenis monitū uelim, Iustinū, Dio-dorum Siculum, Aemylum Probū, Plutar-chū, Pausaniā, saepe esse cōsulendos. Quod si Theopompū & Ephorum haberemus, multa loca Græcorū scriptorū nobis essent planiora. Sed quū testimonijs historico-rū destituimur, ipsis autorib. credamus licet, quod idē & in Ciceronis lectione faciendū est: aut boni, cōsulamus nostrā ignorantia, præsertim cum res capitis non agatur.

συμμαχίαν.) Ab unā pugnādo sit nomē, & tam inferēdi quàm propulsandī belli so-cietatē complectitur. ἡδὲ συμμαχία, propulsan-di duntaxat, ut apparet ex Thucydide.

πρὸς ἡμεῖς.) Eo nimirū, ne Macedonem hostē habere cogere, & ut ceteris hostib. facilius resisterēt. Sunt enim coactæ saepe magis, q̄ uolūtariæ societates & amicitia. 30 παρελθὼν μετ' αὐτῶ.) id est, συμμαχῶντες αὐτῶ. id est,

Sed in exēplari quodā, siue Romano, siue Florentino (est enim ἀγώνιον) paucarum Demosthenis orationum, legitur: φησὶ δὲ μὴ δυνατάχρητον εἶναι τὸν φίλιππον οὕτως, ὡς ὑπέληπι. Quibus in uerbis, tamen si οὕτως abesse potest, ferri tamē idem etiam potest, ut sententia sit: Esse quidem potentem Philippū, sed non inuictum.

ὑπέληπι.) scilicet ὁ φίλιππος, quā exīstimetur, ἀπολαμβάνομαι, ut in Busiride Isocratis: οἱ μείζωνος ἢ καὶ πλεονάζοντος ἀπολαμβάνομενοι: quorū maior est existimatio, quā merentur. Potest etiam ὑπέληπι capī impersonaliter, ut λέγεται, &c.

Ἰνα θαρσύνῃ, τῆ θαρσύνῃ.

διέλεκται.) ἀ διαλέγομαι. Obseruandum, παρακειμένους & ἀοείποις saepe uti Graecos, ubi Latini praesentibus magis delectantur. Haec pars in tertia Olynthiaca tractatur maximē. Sic uides hanc hypothesin non ad primam duntaxat, sed in uniuersum ad omnes pertinere Olynthiacas.

στρατιωτικὰ ἀντὶ θεωρικῶν.) Militares pro theatralibus: id est, quum nunc sint theatrales, efficiendum ut sint militares. θεωρία spectaculum est, in festis deorum potissimum (aliās contemplatio, quae τῆ περὶ ἴδιον ponitur) unde θεωροί, & τὸ θεωρικὸν πλοῖον apud Platonem. Spectaculares dicere nō licet: abutamur igitur theatralibus, quo uerbo Cicero est usus.

καὶ τὸ ἴδιον.) Verba sic ordines licet: καὶ ἀνάγκη σαφιώσαι τὸ ἴδιον, ὃ ἐχρῶντο, οὐ πρὸς δὴλον ὄν morem, qui non ita notus est. Potest etiam οὐ πρὸς δὴλον ὄν, pro, οὐ πρὸς δὴλον ὄν τῶ πρὸς ἴδιον, capī. οὐ πρὸς δὴλον, subobscurum.

ἀνάγκη σαφιώσαι.) Misera est conditio grammaticorum, à quibus quum infinita postuletur eruditio, & obscurissima quaeque explicandi dexteritas, ea etiam quae apud nullum scriptorem extant, requiratur: nemo tamen est, qui eos praemijs uel mediocribus dignetur.

οἱ πρὸς ἴδιον.) κατὰ συγκοπὴν τε καὶ κρᾶσιν, οἱ πρὸς ἴδιον, à uerbo πρὸς ἴδιον, praesum.

καταβάλλοντα.) καταβάλλειν non tantum deijcere & prosternere, sed etiam numerare & soluere debitam pecuniam: sicut nostra lingua dicimus, Das gelt erlegen. Vnde ἡ πρώτη, δευτέρα: πρώτη καταβολή, prima, secunda, tertia pensio (quem uulgo terminum uocant) Frist/zil/zahlung.

βίαν ἔχειν.) spectaculum habere, pro, πῶς θεᾶσθαι τόπον καὶ ἐξουσίαν, spectandi locum & facultatem.

ὁβολός.) Hoc nomine nostrate lingua abutimur pro uilissimo nummulo, cum obulus Atticis fuerit sexta drachmae pars, quarum octonae aureum Rhenensem conficiunt.

διονέμοντο.) διεδίδαν, διεμέειζον: formatio media est, significatio hoc loco actiua. Differunt tamen (non semper, sed aliquando) sic ab actiuis media, ut illa eum qui ipse facit aliquid: haec, eum qui faciendum curat, significant. ut, ἡ βουλὴ ἐπέκεισε τὰς τριήρεις: senatus curauit faciendas triremes: ὁ τέκτων ἐπέκεισε, faber fecit. ὁ καταψευδομαρτυρήσας, qui falso testimonio oppressit. ὁ καταψευδομαρτυρησάμενος, qui falsos testes subornauit. καταδικάσαι, iudicis: καταδικάσαι δὲ, accusatoris est. Germani pro κηρίσαι, Wachenlassen: interdum simpliciter Wachen, καταχρηστικῶς dicunt: curatorī id tribuentes, quod fit ab artifice.

ἐκ ἐξ ἴσου.) Alia exemplaria habent ἐκ τῶ πρὸς: sed nihil refert.

κατίσκηθεν.) κατίσκηθεν & κατισκίωαι, κατασάσ. ἀόρ. β. uerbi actiui κατίσκημι, falsiue pro κατισκίωαι, κατασάσθηαι, κατασάσθεις crebro usurpantur.

πρὸς τὰς.) circa expeditiones, in expeditionibus, uel, ad expeditiones obeundas. quanquam dubito an pro πρὸς, legendum sit ἰδί, uel πρὸς.

στρατιωτικοί.) ὅτι ἐστρατιώοντο, uel, ἀπὸ στρατιώου: addito articulo, οἱ στρατιώοντες, interpretari oporteret, ἢ qui militant, uel, militabant. Rarò enim participia praesentia eo modo usurpant Latini, quo Graeci. Actiuis quidem praeteritis Graecorum, respondent deponentia praeterita Latinorum: ut, ἀποδηήσας, ἐπαυελθὼν, διεπίστας, ἀεισάσας: profectus, reuersus, coenatus, pransus. Quòd si deponentia defuerint, circuitiōibus est utendum, ut ἐληφῶς μισθὸν συμεμάχασε, stipendium accepit, eumque in bello iuuuit: uel, quum accepisset stipendium: uel, accepto stipendio. Sed hic persona agens non exprimitur: ut si dicas, tyrannus hospitem male mulctatum interfecit: ambiguū est, ipse ne tyrannus hospitem male mulctarit, an alius. sed in Graeco est certum, τὸν ξυόν ὁ τύραννος ἀφειδῶς χησάμενος, ἀπέκτενον.

μισθόν.) mercedem, id est stipendium, pecuniam

cuniam quæ numerabatur militibus. nam cibaria etiã data esse militibus, quæ σιτηρείον appellarentur, è Philippicis, & oratione πρὸς κλυκλέα uidetur posse colligi, ut alio loco indicabimus.

ἐξιοίαι.) ἔξω τῶ χάραξ ἢ πόλεως ἔγραπνῶσται.

νόμον ἔδωκεν.) θῆναι νόμον, est legem ferre, rogare. θῆσαι νόμον, iubere, sancire, comprobare: hoc populus fecit, illud legislator Eubulus. τῶ δῆσαι, contrarium est ἀλῆσαι καὶ καταφύσασθαι, abrogare, improbare, repudiare legem.

ὅτι οὐ γράφεις.) ὅτι abundat in latino sermone. Nec enim, quod tu, sed tu'ne? Tu igitur: dicendum est.

ποικύτα μὲν.) Alia exemplaria, ταῦτα μὲν. subintelligitur ἐρέσθω. Atq; hæc de theatri pecunia, scilicet, dicta sint.

πολιτικῆς.) πολιτικῆ δώαμις opponitur τοῖς φοίσις, aut ξενικῆς ἑρατομίαις.

ἑώθει.) pro ἑώθει, ab ἔδω, ἔωθα, ἑώθειν.

ANNOTATIONES IN PRIMAM OLYNTHIACAM.



NTI πολλῶν.) Verbum uerbo, Pro multarum, ὁ uiri Athenienses, pecuniarum: uos elegisse existimo, si perspicuum factum sit futurum profore urbi, de quibus nunc speculamini. Quis hæc non derideat: sunt enim manifeste absurda. Sed sæpe occurrunt non multo aptiora: quæ mediocriter literati boni consulunt: cuiusmodi sit, si κτλὰ χρήματα multas pecunias interpretis, aut multum pecuniæ. Quæ tamen non reprehendo, malo tamen dicere, magnā pecuniā. Talia linguarū discrimina diligenter consideranda sunt interpreti, ne modos, numeros, personas, tempora, partes orationis, uocabula, loquendi modos, collocatorem uerborum, & si qua sunt huius generis alia, ubiq; superstitione consecranda: sibi putet: sed ut perpetuo meminerit, quomodo probatissimi quique autores loqui soleant.

ὁ ἀνορθὸς ἀθλωταῖοι: ὁ uiri Athenienses) Has particulas non esse ociosas, in Gnomologia ostendimus. Sed tamen, quum Cicero ubiq; ferè dicat, Quirites, iudices, C. A.

quili, Patres conscripti, pontifices: & ego particulas, ὁ uiri omitto, ut aut latinis minus usitatas, aut græcæ linguæ peculiâres. Quamquam in antiquis exemplaribus, ὁ ἀθλωταῖοι tantum reperiri, affirmat Obsorpeus. Nomen ἀνορθὸς etiam Aeschines ferè omittit.

χρημάτων.) χρήματα, pecunia, pecuniæ. Singulari numero χρῆμα rem significat, ut μέγα χρῆμα, magna res. μέγα τὶ χρῆμα θερίον, pro μέγα θερίον, elegans loquendi modus.

ἴμας.) ἐμφατικῶς accipiendum esse, docet Vlpianus.

ἀν᾽ ἐλέδαι.) ἀν᾽, quam δωνητικὸν μόδιον appellant Græci, potentialem seu potentatiuum, ut uocant, complecti modum, ac omnibus (imperatiuo duntaxat excepto) modis & participijs etiam iungi, notum est. Significat autem, posse, uelle, debere, prout sententia postulat: ut hic, ἀν᾽ ἐλέδαι, pro ἐδέλεν ἐλέδαι. Latini per omnia subiunctiui tempora hoc genus locutionis pronunciant, Linacro autore. ἀν᾽ etiam pro ἐάν ponitur, ut ἀν᾽ θεὸς ἐδέλοι. καὶ, καὶ: siue, siue. καὶ, tamen, saltem. interdum & καὶ pro ἐάν. ἐλέδαι, à uerbo αἰρέσθαι.

γέοιτο.) Vides Demosthenem menti seruire magis quàm auribus: μοχλοσσοπέπ, ὅτι. Item προσήκει, προθύμως, paulo post ἐδέλεν, ἀκέειν. atq; iterum ἐπελεδῆν ἐπέειν. item ἐπὶ ὑπὲρ. atq; adeò non multo post, quasi gustata Hesiodi lauru, poeta repente nobis existit, τὰ γὰρ δὴ (si δὴ interponas, uersus erit integer) ἢ ἴσασθαι χαλεπώτορον εἶν. Huius generis apud Demosthenem & Ciceronem permulta reperiuntur. Aequum igitur fuerit, eos etiam nobis interdū ignoscere, aut putare nos quoque dissimulandi artificij causa fecisse, quorum tantum est aurium fastidium.

κτλὰ ἀν᾽, ὁ α. α. χρημάτων.) Inter adiectiuum & substantiuum hic uerba quatuor interponuntur. Sic post, inter articulum & nomen: πλὴ τοῦ συμφέροντος ὑμῖν αἰρεσιν. Elegantes hæc traiectiones uerborum, sonoræ item circumductionum clausulæ, ut συμφρονλεύειν, γνέσθαι, sunt obseruandæ, atque in loco imitandæ.

ἐλέδαι νομίζω, ἐφ᾽ ἀνορθὸν γέοιτο.) Prælaturos arbitror, si perspicuum fiat. Hæc quia duriusculè coherent, ego interpretatus sum: rationem, qua perspicuum fiat: aut (quod tantundē est) declaretur, explicetur. Nam, ut nihil facilius, sic nec puerilius quicquam

est, & ineptius, quam uerbum uerbo annumerare, si quæ ea res uel dictionis absurditas, uel sententiarum obscuritatem pariat. Alioquin optarim me omnia totidem syllabis, atque adeo literis posse reddere. Modos loquendi insigniores per se quisque obseruabit, quod genus & hic est, ἀτὶ κλωδὶν ἐλέωζ χρηματ, aliquid magne pecunie anteferre. In eodem sensu interdum & προμερέμει ponitur.

ὁ μέλλωσι σωοίσειν.) No ta circuitio futuri per uerbum μέλλω, cum infinitiuis, non abhorrens à pleonasmō: pro, ἢ σωοίσειν, à uerbo συμφέρε. Similis est & Germanorum loquendi ratio, μέλλω ἔσομαι κριέν, Ich wird es thun. ὁ μέλλω ἔσονται, Ich wird es nit leyden werden.

πὸ δὲ ὧν.) Vtrum ἀνδράπων ἢ πραγμάτων. Item considerandum ὧν plurale, an pro οὐ singulari sit positum, καὶ ἐτόρωσιν numeri, usitatum Græcis.

πὸ δὲ ὧν ἠνωῖ σκοπέειν.) De quibus nunc de liberatis. Est & hoc propter breuitatem obscurius. Ego igitur conuerti: In hoc negotio, de quo deliberatis.

πὸ δὲ ὧν.) πὸ δὲ ἐκείνων εἶ, uel πὸ δὲ ἐκείνων πὸ δὲ ὧν. Dicitur enim utrunque, σκοπέω ἔσομαι, & σκοπέω πὸ δὲ τότε. Antecedens in huiusmodi loquendi modis omittitur, & in eius casu, qui casus ad antecedens uerbum pertinet, relationum ponitur, etiam si uerbum sequens, alium casum postulet: ut, χράμαι οἷς ἐκίστάμην βελίοις, pro χράμαι τότε βελίοις εἶ ἐκίστάμην. Nam χράμαι datiuum, ἔτωμαι accusatiuum postulat.

ὅτε.) A uerbiū temporis, quum, quando: cui nonnunquam respondet τότε, tum. Hic, pro ἐπεὶ, ut etiam latina illa sæpe, uidetur capi. Sequitur enim ἔσομαι, quod sententiam non generalem aut ἔσομαι ἀπικλῶ esse finit, sed affirmatiuam facit, & ad presens negocium astringit.

ἐκείνην ἔτι βελομένην.) Verba sensuum iungi genitiuis, notum est, interdum etiā accusatiuis, ἀπὸ κῶς.

ἰσομεμνήσθ.) ἀσκέπτομαι. Academicorū, qui σκεπτικοὶ dicebantur, uerbum: ἐπέχω περι τότε, καὶ διασκέπτομαι. id est, nondum hac de re pronuncio, sed amplius deliberandum esse censeo.

ἦκα.) Dubitari potest, an legendum sit ἦνοι, per oi, aut ἦκη, per i. Quanquam enim sæpe indicatiuis utuntur Græci, subiunctiuorū loco, aut optatiuorū: ea res tamen nō raro

librarijs accepta referri potest. Quid enim facilius (indoctis præsertim, aut parū attentis, atque petulantibus) quam uocales, diphthongos, accentus, distinctiones inter se permiscere, crucemque figere (ut Virgilius dicere solebat) grammaticis?

ἔσομαι αἶ.) Fortasse, ἔσομαι αἶ. Sæpe enim oscitantes aut scioli librarij uocales pro apostrophis, & contrā, scribunt: id quod in carminibus facile deprehenditur.

ἔσομαι ἀκῶς (ἐκείνην λάβοιτε.) λάβοιτε αἶ ἔσομαι, ἀκῶς (ἐκείνην). Nam participium hic, pro ἐπέσομαι ἀκῶς, scilicet ἔσομαι ἀκῶς χρισμόν τι ἡκούτος, Id accipere licebit, ubi eum audieritis: absolute ponitur, aut ἰμεπικῶς. Potest et ἔσομαι ad utrunque referri uerbum, λάβοιτε ἔσομαι, ἀκῶς (ἐκείνην ἔσομαι), quam figuram Græci grammatici ἀπὸ κοινῆς uocant, Latini ζεύγμα.

ἀκῶς (ἐκείνην λάβοιτε.) ἀκῶς σοί τε καὶ λάβοιτε audiatis & amplectamini: uel, audita re, accipiat, auditum sequamini.

συμβουλεύειν.) Absolutè hic ponitur. aliàs iungitur datiuo, accusatiuo, infinitiuo: ut, συμβουλεύω σοὶ ἔσομαι, uel, συμβουλεύω σοὶ κριέντα ἔσομαι.

ἔσομαι ὑμετέρας τύχης.) scilicet εἶναι: id est, πῶς ὑμετέρας τύχης εἶναι ποιάντις, ὑμᾶς οὕτως ἔσονται χεῖν. Demosthenes sæpe testatur, in Philippicis præsertim, & oratione de Corona, fortunatos esse Athenienses: multisque in locis eorum & ignauiam & temeritatē haud obscure reprehendit.

καὶ τῆν δέοντα.) Pro, καὶ τὰ δέοντα. Participiū δέον fit ab impersonali δεῖ, decet, debet, oportet, opus est, opportunum est, requiritur, ad rem facit. Vnde etiam participij significatio nota est: quod tamē sæpe absolute capitur, pro, quum oporteret: ut, δεῖον αὐτῶν ἀλγεῖν, τὰ καιδάρια ποιῆσαι: Cum serice res agēdæ essent, pueri ludunt. Pericles quum in bello Peloponnesiaco magistratus Lacedæmoniorum corrupisset, ποιῆσασθαι τὰ καιδάρια εἰς δέον ἀνηλωκέναι ἔφη: hoc est, se quinquaginta impendisse talenta dixit, quo fuisset opus.

ἐκ τῆς αἰτίας.) scilicet χρόνον, ex eo tempore, quod iuxta rem est: id est, extempore, subito, impræmeditato.

ἔσομαι ἐλθόν.) Subiisse, succurrisse: id est, ἔσομαι ἐλθόν, in mentem uenisse, uenire, uenturum esse. Licet enim nō raro præterita Græcorum, præsentibus, aut etiam futuris reddere: & contrā, præsentia præteritis aut futuris: prout sententiæ postulat, cui perpetuò seruiendum

seruendum est, & à nimia seruitute uerborum recedendum.

ἐπιλαθῆν ἐπεῖν.) Succurrisse, dixisse: id est dicturis in mentē uenisse: uel, quæ dicant. Ego, dictu opportuna conuerti, non quod διοντα ἐπ᾿ ἂν coherere necessariò putarem, sed quia sic opportunius uerba collocari, & sententiæ nihil decedere uidebatur.

ἐξ ἀπάντων.) Scilicet τῆν λεχθέντων, τῆν συμφέροντων.

αἰρεσιν.) Sicut dicimus αἰρεσιν ἐξ ἀπάντων συμφέροντων: sic αἰρεσιν τῶν συμφέροντων ἐξ ἀπάντων. Postea coniunges, γονέσθαι ὑμῖν ῥαδίαν: ἢ, ἢ συμφέροντων ὑμῖν. quanquā hoc quoque tam sententia quàm constructio patitur.

ῥαδίαν.) ῥαδίον, ῥαδίον, ῥαδίον. Ionice ῥηίδιος.

τῶν συμφέροντων.) conferentis, utilis, utilitatis. eius quod expedit.

ὁ μὲν οὖν.) sequitur in redditione, ἡμῖν δ.

ἐχθ.) Dicimus ἐ, ἐκ, ἐκ, ἐκ: prout consonans, aut uocalis, eaque uel tenuis, uel aspirata sequitur. Nam in huiusmodi uocabulis, quæ pluribus scribuntur modis, non tam discrimen significationis, quàm compositionis elegantia consideratur.

ὁ μὲν οὖν παρών καιρός.) χρόνος, tempus & mora: καιρός, pars & qualitas est ἢ χρόνος, ac sæpe pro tēporibus & qualitate negociorū, seu circūstantijs: interdū etiam pro modo & mensura capitur: ut, καιρός δ' ὕδρι πασις αἰεὶς, modus est pulcherrima uirtus. Item

μηδὲ ἀγαθὸν καιρὸν πάντα πρόσσι καλά. Suidas καιρός definit, δ' ἐφ' ἐκάστῃ πράγματι καίριον καὶ χρῆσιμώτατον, id est, opportunitatem, & commodissimum cuiusque rei gerendæ tempus, quod non aliud est quàm ἐκαιρία, occasio. sed et τὴν ἀκαιρίαν complectitur, τῆν ἐκαιρίαν contrariam, ac simpliciter sic usurpatur uariè, ut Latinis tēpus. Quare quā Cicero in Officijs nominat inscitiam temporis, græcè fuerit ἀγνοία ἢ καιρῶ: quanquā & ἀπεροκαλία dici queat. Potest igitur ὁ παρών καιρός exponi, præsens occasio, ut referatur ad Olynthiorū auxiliij petitionē. Potest etiā intelligi de cōditione præsentium rerū omnium, ut respiciat nō modò ad Atheniensem rempublicam, sed ad totius Græciæ statum, & ad Philippī grassationes atque insidias: id quod mihi magis placet. Neque tamē eum qui occasionē interpretetur, reprehendendum puto. Nam quum nec in sensu quicquam absurditatis est, & natura uocabuli multiplicem explicationē patitur:

liberum suum cuique iudicium esse debet. Is tamen maximè probandus erit, qui & Græci scriptoris sententiam acutissimè perspiciet, & uerbis maximè proprijs atque ornatissimis eloquetur. In quo tanta est difficultas, ut à paucissimis (ne nullis dicam) utrunque uideam præstari: & me cum uenia, & citra notam ignominiosam, inter ceteros posse interpretes tolerari existimem.

10 ἀφείρ.) præsens. ἀφείρ, ἀφείρ. B. ab ἀφείρμι. ὅτι.) quod, quia, eo quod. sed plerumque Latine per infinitiuū reddit. Apud philosophos, δ' ὅτι, nuda præcepta: ἢ διότι, causas præceptorum significat.

τῆν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων.) Quarum τῶν Ὀλυθίων συμμαχίας, ἢ τῶν Ἑλλήνων ἀρχῆς. Si ἐκείνων ad Olynthios refertur, respicit non ad præsentem deliberationem, sed ad futurum urbem. alioqui τῶν dicendum fuisset.

ὑμῖν αὐτοῖς.) quasi dicat: Nō sunt præsentibus occasiones negligendæ, nec sperandæ, cætera ultrò rectè habitura.

ἀντιληπτῶν.) Ab ἀντιλαμβάνειν, defendere, suscipere, iuuare, Die sachen angreifen.

ὑπὲρ ὧν τῆς ἀσ καὶ τῆς.) αὐτῶν, si tenui spiritu legatur, subintelligi potest πραγμάτων, ut referatur siue ad conseruationem principatus Græciæ, siue ad defensionē Olynthiorū. ut sit sententia: Si rei bene gerendæ occasionem non uultis amittere. sed malo αὐτῶν, cum aspiratione, ut de ipsis Atheniensibus intelligatur, ac pro ὑμῶν, αὐτῶν accipiatur.

διτινα τρόπον ἔχειν.) ἔμμεπικῶς, pro, καὶ ὅτι νὰ τρόπον, pro ὧν, quo pacto, quomodo: aut actiue, ἔχειν τρόπον, præbere se. Nescio quales nos præbeamus, quomodo simus animati, affecti erga negocia hæc. Ex his uerbis apparet, causam Olynthiorū Atheniensibus non admodum fuisse cordi.

ἔχειν.) habere, scilicet nos. Sæpe idem ualeat quod ἔχει. ἢ οὕτως ἔχει, hoc ita habet: id est, res ita est. προθύμως ἔχει, promptè habeo: id est, sum promptus. Sententiā est: Nescio quæ fiat, ut simus negligentiores quàm par est. Sed nunc ad Vlpianum ueniamus, qui, ut in præfatiōe dixi, est ipso Demosthene difficilior. Afferam igitur nunc quæ uidebuntur opus, quæque potero, cætera mandabo doctioribus.

10 πῶς τὸ τῶν ἐξ ἑσπερίων.) Vide Hermogenem libro primo, capite primo, πῶς εὐρέσιων.

ἢ δ. κόν.)

ἠθικόν.) ἦθ' καὶ πάθος, affectus significat: hoc acriores, illud leniores. ἠθικόν igitur est moratū, lene, quod suaves atq; amabiles oratoris mores significat.

παραμαπκόν.) ὀργητικόν, actuosum, acre, uehemens.

παθητικόν.) Dubito de lectione. παθητικόν, id est, ἔχον πάθος, quod habet affectū, ambigua est & distinctio. ἢ τῆ λέξε μέτριον, id est, τὸ μέτριον τῷ λέξεως, moderatio dictionis. an uero, ὅτι ἐν τῆ λέξει ἔχουσι ἠθικὸς μέτριος καὶ ὑπερβολῶς: id est, ἢ λέξις ἔχουσα ἠθικὸς μέτριον.

κεφαλαίων.) Hermogenes libro de Statibus, κεφαλαία τελικά recenset: νόμιμος, δικαίος, συμφέρον, δίκαιον, ἐνδοξον. qui consulendus est. Nolo enim prolixum in commentarium scribere commentarium.

παραμαπκόν.) Παραμαπκὴ σάσις generis deliberatiui est, ut docet Hermogenes.

Quoniam in argumento καὶ κησιφάντης, ἢ σάσις τὸ λόγος ὅτι παραμαπκὴ ἐγγραφῶς, legitur. sed hæc alterius sunt loci.

σπαραμαπκὴ ἐπαγωγὴ.) Quia hæc capita non ex professo tractantur, sed sparsim, & uelut in transcurso inseruntur: ut, cum statim in exordio hoc noema latet, utilitatem publicam præferri debere priuatis lucellis, ea est σπαραμαπκὴ ἐπαγωγὴ τὸ συμφέροντ' κεφαλαίως.

τὰ ἄφορμητα.) τὰ ἀπαντήντα, τὰ ἐναντιούμην. δέθ' ἄφορμη, metus subest, nosq; sollicitos facit. Verbum uolunt esse proprium piraticarum nauium, quæ mercatores ex insidijs studeant aggredi.

ἀκροατήν τὸ λοιπόν.) Aldus post ἀκροατήν lacunulam reliquit. Sed potest utiq; tolerari hæc lectio. cætera uitiosa, in ipsa conuersione Vlpiani uel correxi, uel notauit.

τὰ δοκῶντα.) τὰ ἀρέσκοντά μοι, αὐτῆ ἢ γνώμη μὲ ὄβη, sic cenfeo.

ψηφισάσθαι.) pro ψηφισέον εἶναι, ὅτι δέψηψισάσθαι.

ἦδ' ἢ.) ὡς ταύτη τῆ ἐκκλησίᾳ μὴδ' ἀναβαλλομένους, ἢ προφασίζομένους.

καὶ παρασκευάσασθαι.) Scilicet πῶς βοήθειαν, comparanda esse auxilia: uel ἡμᾶς, nos instrui oportere ad bellum, ut sit πῆσασθαι εἰς πόλεμον. Sententia plana est: sed ego hæc inquirō & tracto scrupulosius, tum ut appareat me in conuersione præstantis, aut toris non obiter, nec temerè uersatum esse, sed singula penè uerba ad libellam auriscum expendisse, tum ut studiosos ad similem diligentiam incitem.

πῶς ταχίστω.) καὶ πῶς ταχίστω ὁδόν. q. d. celerissima uia. sic enim exponunt grammatici. Vtq; sit, idē est quod ὡς τάχιστα, quàm primum, primo queq; tempore. Obseruabis etiam hic particulas ἦδ' ἢ, & πῶς ταχίστω: quarum prior ad decretū, posterior ad apparatus belli refertur. prudenter omnino. Rebus enim ab omni parte satis cognitis, decernere procliuē est: sed in Atheniensi re publica, multæ moræ intercedebāt, quo minus ea quæ decreta erant (ut ex oratione παρὰ σεφάντ' καὶ κατ' ἀποροτίωντ' intelligitur, at que ex alijs pluribus) maturè absoluerentur. Quare ait, πῆσασθαι εἰς πόλεμον πῶς ταχίστω, non ἦδ' ἢ.

ὡς δένδε.) ἐξ αὐτῶ τὸ πόλεμος: hinc mittendis ciuibus, nō alibi mercenario milite conscribendo.

βοηθήσασθε.) βοηθίαν πέμψετε, ἦγον πολιτικῶν δυνάμιν, καὶ ἔξενος.

καὶ μὴ πάσασθε.) Et non patiamini: id est admittatis, uobis accidat, eueniat.

ὅπου καὶ πρότερον.) Infra uerbum repetit, ὅπου ἦδ' ἢ κλάκεις πεπόνθατε.

πρότερον.) Fortasse quum amissa est Amphipolis, Pydna, Potidæa, Methone, Pagasæ: quæ loca paulo post ipse recensebit.

προσβέσασθε πέμψων.) Et legationem mittendam. Nihil uetat pro legatione, dicere legatos. Licet nomina rerum & personarū sæpe inter se commutare.

ἢ τις ταῦτ' ἐρεῖ.) Scilicet decreta esse auxilia, delectus haberi Athenis, apparari bellum.

καὶ πῆσαι τοῖς πύγμασι.) Quibus: deliberationibus Olynthiorum de propulsando Philippo: ut consilio iuuent Olynthios.

ὄσο δέθ'.) pro ὄσο φοβητέον: hic metus, pro hoc maximè metuendum.

πανουργῶ.) ὁ πάνεργον πολυῶν τε καὶ μηχανώμεντ', qui nihil non audet atq; experitur, callidus, improbus, ueterator.

ὦν.) ἐπειδὴ ὄβη, quum sit, existere non est εἶναι, sed ἀνατέλλειν, φαίνεσθαι, ἀρχεσθαι. Quare ὦν ineptè redditur, existēs, est & ens nihilo melius. sed hoc participium, ut & alia Latini sæpe dissimulant: aliquādo circuitu uerborum exprimunt, ut ἐμὲ ὑπατεύοντ', quū ego essem consul, in cōsulatu meo: ἐμὲ ὑπάτεοντ', me consule.

δειὸς παραγματοῖς χεῖσθαι.) Peritus utendi rebus, qui scit uti foro, qui nullas amittit occasiones.

εἶμων.) Cedens, id est cedendo. Nam participia

incipia Græcis etiam gerundi, ut uocant, modum continent: saepe etiam per uerba conjunctionibus additis, redduntur commodius. quod quando & quomodo fieri debeat, usum discetur melius quam præceptis.

ἐκόςως.) ἐν τῇ ἐκόςων. merito, haud iniuria, non ab re, probabile est. A Demosthene saepe in fine circumductionis collocatur ἐκόςως absolutè, & significat, neque id iniuria, idque merito.

λώικα ἀν τύχη.) Quando acciderit, alicubi fortasse, ubi res ita tulerit. Videtur impersonaliter capi, pro λώικα, ἀν συμβῆ. Potest etiam personaliter exponi: ὁ ὀλίωπος ἐκόν, ἢ ἢ ἢ ἀν τύχη, cedendo ubi & quando ei uisum fuerit, ubi putarit, se id sine suo detrimento facturum. est ἀόρ. β. subiunctiuum, ἀ τυχ χαιώ.

ἀξίόπισθ.) scilicet ἀπειλῶν, minitanti ei fides haberi potest. quasi dicat: satis perspecta est Philippi in malefaciendo benignitas.

ἡμᾶς διαβάλλον.) nos criminando, non quidem ut insidiantes aliorum libertati (nam id crimen in ipso Philippo herbat magis) sed aut ut parum potentes, aut (quod magis probò) ut ignauos, negligentes, parum fidos & acres societatis atque amicitiae cultores.

ἡμᾶς καὶ πῶ ἀπείσταν.) Declarat δὲ διαβάλλον ἡμᾶς, atque adeò uaticinatur. Nam ἢ τῇ ἀπείσταν ἀπείσταν nonnulla ex parte & ipsa causa fuit, ut Olynthus excinderetur: quum eorum quadraginta triremes uenissent ferrius, & cætera auxilia parum firma essent, ut in Midiana refert Vlpianus.

τρεψιτη.) In Vlpiano legitur τρεψιτη, actiua, non media uoce. quod si rectum esset, legendum putarem, τρεψιτη τὸ καὶ πῶ ἀπείσταν. sed parum refert, et πῶ ἀπείσταν sonum habet amplio- 40 rem.

τρεψιται.) scilicet τὶ, uel τὰς γνώμας τῶ ὀλυνθίων: uertat ac mutet aliquid, auertat animos Olynthiorum à nostra societate.

πῶ ἀπείσταν.) reuellat, conuellat, surripiat.

τὶ τῶ ὀλυνθίων πραγμάτων.) τὰ ὅλα πράγματα, totæ res, summa rerum: fortasse Græciæ principatum innuit, aut alioqui rem maximæ momenti. Sententia est: Ne Olynthios à nobis alienatos ad suam pellat amicitiam, atque ad nos oppugnandos firmior ueniat. Maxima subtilitas est huius orationis, & nonnulla etiam ex breuitate obscuritas. Sed A-

theniensibus, rerum illarum gnaris, omnia declarare copiosius, opus non fuit.

ὠδιενδς.) Alioquin est, æquè, ualde, commode: hic tantundem ualet, ac si dicas, bene cecidit, bene habet.

δυσμαχώτατον.) Expugnatum difficilimum, in gerendis cum eo bellis nobis incommodissimum, id quo tutissimum est, quo maxime nititur. Sic eius potentiam callidissime extenuat.

τῇ ὀλίωπων πραγμάτων.) quasi dicat: quod ad cætera attinet, pertenues sunt eius opes.

καὶ βέλπσον.) scilicet ὄδιν. etiam optimum est uobis. ὄδιν καὶ, id est, idem est. Nota καὶ saepe redundare, saepe per Etiam interpretandum.

ἐκεῖνον, εἷα ὄντα.) Illum, qui est unus: eum unum, quod is unus. Sententia est: unius imperium ad res gerendas opportunum, liberis ciuitatibus suspectum esse.

καὶ ῥητῶν.) κατὰ καὶ ἀπὸ ῥητῶν, sunt dicenda & tacenda, aperta & arcana. Neque reprehendendum putem, si quis fas & nefas, fanda & nefanda interpretetur. Quia honesta uulgari, flagitiosa celari solent.

καὶ ἀπὸ ῥητῶν.) Facilius tacentur & latet ea quæ unus nouit, quæ plures. Quantæ autem intersit imperatorum ignorari consilia, declarauit Cæcilius Metellus, cum diceret, se tunicam in ignem coniecturum, si arcanorum sciret esse consciam.

στρατηγὸς καὶ δεσπότης.) Atheniensium duces non erant δεσπότης καὶ ἀποικρατορες, non licebat eis suo arbitratu quiduis agere, ut dictatoribus, sed metuere iram populi cogebantur, qui decem aliquando duces, refragante Socrate, capitibus condemnauit. Sic fiebat, ut aliquando facerent, non quæ esse optima, sed quæ facillime probari posse populo credebant.

καὶ ταμίαι.) Quaestorem, qui ipse claus habet ærarij, nec expectare cogitur, dum tributa extorqueantur, ut uestri duces. uel, ταμίαι appellat administratorem, eum qui negocijs præest, ut Homerus:

Ζὸς δὲ ἀνθρώποις ταμίης κλέμιο τέτυκται, Iupiter & belli & pacis mortalibus autor. Quam sententiam et si Plutarchus suo quodam consilio reprehendit, tamen poeta sapientissimus, bella non existere tantum consilio numinis, mortalium scelera punietis, sed eorum euentus etiam regi diuinitus significat. Sic Philippus excitatus est ad puniendâ flagitia, socordiam & arrogantiam

ff Græcorum,

ταῦτ' ἐγνωκότας ἡμᾶς φημί δεῖν.) id est, ἐπεὶ δὴ ἐγνώκατε ταῦτα, φημί δεῖν ἡμᾶς, si latinè cō uersum uelis.

τὰ μὲν ἂν προσήκει.) scilicet ἡμῖς. Quæ nam illa sunt? Gloria maiorū, Graciæ principatus, oppressis opitulandi consuetudo, grassatiōes & iniuriæ Philippi, periculi magnitudo nisi ei resistatur.

φημί.) dico, affirmo, censeo.

ἐκλήθη.) scilicet αὐτὸν ἀνπλαμβάνεσθαι ἢ ὀδωθῆναι ἀπὸ πλεονασμῶν, ὅτι βουθεῖν τοῖς ὀδωθῆναι.

παροξυνθῆναι.) scilicet ἐκ τῆς ἐπιτόπου, excitari contra Philippum, siue ad iracundiam, siue ad rem strenuè gerendam. Nam utroque modo uerbum hoc exponi potest.

ὅτι κλέμω προσέχειν.) scilicet θῆναι νοῦν, bello intendere animum, toto animo incumbere in bellum.

ἐπεὶ ἤρκε καὶ νῦν.) Si unquam, & nunc, id est, si ullum unquā fuit necessarium gerendi belli tempus, nunc certè est. Sic enim rectius distingui puto, quàm si, ἐπεὶ ἤρκε καὶ νῦν χρεῖματα εἰσφέροντασ, coniungatur.

χρεῖματα εἰσφέροντασ.) Pecuniæ sunt neruὶ bellorum, non minus quàm diffidentia sapientiæ: quàm agrè autem, & minime πρόσθως Athenienses tributa contulerint, ex multis nostri auctoris orationibus appareret, Androtioniana præsertim.

εἰσφέροντασ.) conferendo, exeundo, o-mittendo.

οὔτε γὰρ λόγῳ.) Videtur λόγῳ uerā causam, rationē, defensionem, excusationem: σὺν ἡμῖς prætextum, commenticiam atq; inanem, & simulatam significare. Quod discrimen, si cui displicet, σιωπῶν μίαν & conduplicatorem esse dicat.

ἔθ' ἡμῖν.) ἐτι ἡμῖν.

ἐκπολεμῶμεν.) κλεμῖς κληῖται, hostes reddendos, ad bellū Philippo inferendū concitandos. ἐκ κλεμῖω per e, expugno: ἐκ κλεμῶω per o, aliud est. Hæc eò annoto, quòd cōpertum habeo, magnos, ut habentur, doctores, in huiusmodi minutis rebus, ex fiducia ingeniorū, doctrinæq; persuasione minus diligentes, hallucinari. Ego uerò censeo, ei qui docere uelit, accuratè intuenda esse omnia, nec suo duntaxat fidendū ingenio, sed consulendos omnes omniū eorum qui ha-beri possunt, commentarios atq; interpretationes. Alioquin se modò turpiter dabit, modò minus præclare suo fungetur officio,

Scio quid, & cur dicam. εἰς ἀνὴρ ὁ παρ' ὁρᾶ. αὐτόματον.) ὁ καὶ ἢ αὐτόματῳ, ἢ αὐτόματον, id quod ultrò et sponte fit. ἢ τύχη, καὶ ὁ αὐτόματον, quorū hoc casum, illud fortunam interpretantur, prolixas in Physicis Aristoteli disputationes pepererunt.

καὶ ταῦτα.) δὴ γινώσκω, præsertim, idq; amplificandi particula ex aliqua circumstantia, ut Cicero: Quamquam te M.F. annum iam audientem Cratippum, idq; Athenis, &c.

πειθίνεσθαι.) ἀπειθόμεναι, persuasi (quod participium in Rhetoricis ad Herennium sæpius usurpatur) adducti, impulsī: cōsilio & impulsu nostro.

ἀνελεῖσθαι.) ἀναίρεσθαι. Sed obseruandū, quæ tempora uerborum, in qua notione sint usitata. Deinde considerandum, an ἐπινοεῖσθαι (ut Libanius) & ἐξοικεῖσθαι (ut Demosthenes postea) θῆναι ὀλεμον, idē sit quod ἀνελεῖσθαι: an uerò hoc, propulsare bellum, nec reformidare: illa, inferre significant?

In secunda quidem Philippica, πῶς μὲν ἔχθραν πῶς πρὸς ἡμᾶς, αὐτὸς ἀνέηκετο. quum ait, ἔχθραν ἀναίρεσθαι πρὸς πῆνα, est suscipere alicuius, uel cum aliquo (nam utrunq; dicitur) inimicitias. Dubitationes huiusmodi nulla ratiōe melius explicari possent, quàm si omnes eiusdem uerbi loquēdi modi ex optimis quibusq; autorib. congererentur. Quale opus à me annos abhinc duodecim institutū atque inchoatum, crebræ migrationes & occupationes interruperunt.

καὶ μέχρι τῆς.) pro, μέχρι τινὸς χρόνου, ad tempus: ὁ βεβαίως, non constanter. Sub finē huius orationis, εἰς ἅπαντα θῆναι πρὸς τὸ ὀλεμον. ibi τὸ πρὸς πῆνα, sed pro τῶν τῶν ponit. Quamquam dubitari potest, an πρὸς τῶν τῶν, πρὸς τὸν, uel πρὸς τὸν ὀλεμον potius sit legendū. Nam ἢ κακοχερῶν καὶ ἀγνωσῖα, multas nobis parit (si dijs placet) elegantias, & obseruationes.

ταῦτ' αὖ ἐγνωκότας.) hæc sentirent, in hac sententia manerent. ταῦτα, hæc: ταῦτά, pro τὰ αὐτά, eadem.

ἐκ τῆς πρὸς αὐτὸν ἐγκλησῆς.) Ob crimina illata sibi à Philippo, qui eos ut perfidos, & fœdifragos criminatur, ob pacem nobiscum factam. Si non πρὸς αὐτὸν, sed πρὸς αὐτὸν legeretur: sententia esset, propter iniurias, quibus se ab eo affectos esse queruntur.

ἐπεὶ ἄν.) ἐκείνων ἂν. quæ sunt illa: ἢ ἀνάστασις καὶ ἀνίστασις καὶ ἀνίστασις τῶν παρ' ἡμῶν. Ecce iterum uaticinatus est Demosthenes. Euen-

runt enim ea quæ timere dixit Olynthios.

καὶ πεπὸν θυσίαν.) ἀπαίρω, uel antiquo uerbo παίδω. Ex hoc loco colligitur, non inani suspicione impulsos Olynthios, pacem fecisse cum Atheniensibus: sed ex aliquibus sibi factis iniurijs, perspexisse Philippi mentem grauiora cogitantis.

παραπεπλώκοιτα.) ἀπαρπίπρω, casu oblatam.

ταυ δ' ἂν ὀπδρ: λώϊκα εἰ τότε.) Obseruādē sunt tales particulae.

ὄδ'.) ὄτε.

ἠκομην βεβοηθηκότ' ὄδ'.) ueniremus auxiliati, scilicet, pulsis Thebanis. Vide in oratione Chersonesitana cōcionem Timothei. Nisi fortē intelligendum est de Macedonibus, autore Demosthene, pulsis, cuius rei Plutarchus meminit.

παρῆσαν.) aderant. Possit etiam legi παρῆσαν, prodijissent. Est enim παρῆσαι, uerbū de ijs usurpari solitum, qui surgūt, ac in medium prodeunt, ad habēdam concionem. τῆτι pro ἔδω, ut supra ταυ δ' ἂν pro ταυ δ'. non ignorari puto, illud esse Atticum: in hoc ἰφελκυστικόν, ut uocant, accedere, ad uitandā πλὴν παραλληλον τῆν φωνικόν των θέσιν, ut Dionysius Halycarnasseus loquitur.

εἰ παρῆχόμεθα.) si exhibebamus, pro, exhibuissēmus. ἀμαγλή Græcis & necessaria & frequens. & mox sequitur, εἴχετ' αὐ, ha-

beretis, habuissetis.

τότε.) quasi dicat, statim: sine ullo sumptu & labore, misso tantū instructo adhuc, & uictore exercitu.

τῆν μὲν ταυ ταυ.) scilicet γενόμεως, ἠκολονθῆκότων.

ἀπὸ μαγαλιῶν.) ab ἀπαμάθημοι.

περὶ μαγῶν.) ἀχολιῶν, λυπῶν, δαπασιῶν, πολέμων. Amphipolitanum bellum cōstitisse Atheniensibus mille ducentis talentis, docet Vlpianus: fuisse tam Philippo, quàm Atheniensibus graue, tum ex Demosthene, tum ex Isocratis etiam nostri Philippica constat.

πύδνα.) Amphipolis inter Macedoniā & Thraciam: Pydna Macedoniae, Potidæa Thraciæ, Methone Achaiae, Pagasæ Thessaliæ oppidum, sicut & Pheræ, & Magnesia.

καθ' ἑκάστα.) καθ' ἑκάστα, per singula, singularit. κλισηκόμενα ἀπὸ κλισηκόμενα.) Atticū, pro ἀπὸ κλισηκόμενα. ἐτ' ὅσους numeri, quanquā optimus quisq; scriptor perpetuò sic loqui solet, ac neutris pluralibus uerba iungere singularia.

τότων ἐνι.) scilicet τῆν χωρίων, τῶν πόλεων.

ὡς προσήκει.) maturē, ac iustis copijs. nisi quis ita malit intelligere, ὡς προσήκει βοηθῆν, ut significet, ex officio debuisse Athenienses illis ferre opem.

αὐτοὶ.) ὅτι πολιτῶν, καὶ μὴ διὰ ξένων κριτέμεοι τὰς βοηθείας.

αὐτόματα.) αὐτομάτως, ἀργύντων ὑμῶν καὶ διονυσιαζόντων, ἐν κρηανομίαις καταζώντων καὶ χοροῖς, ἐξ ἑμιμύλων πέρυ τῆν ὄραχμῶν, καὶ τῶν τριβόλων, ut Lucianus ait.

νωὶ δὲ καιρὸς ἦκει, τίς οὐτ' ὄδ'.) Alij sic distinguunt, ἦκει, τίς οὐτ' ὄδ'; ὄδ'. Alij, ἦκει τίς, οὐτ' ὄδ', quæ haud scio an rectissima sit. Nescio enim quomodo hic interrogatio mihi asperior uidetur.

αὐτόματα.) quasi dicat: Quanquā stultum atq; improbum est uotum uestrum, tamen id ipsum factum est quod expectastis. αὐτόματα χήσειν καλῶς, & καιρὸς ἦκει αὐτόματα. se mutuò respiciunt.

τῆν πέρυ τ' ὄδ'.) Etiam supra monui, articulos cum aduerbijs, degenerare in nomina adiectiua. Est igitur ὄδ' πέρυ τ' ὄδ', idē quod ὄδ' πέρυ τ' ὄδ', ἢ πέρυ τ' ὄδ', ὄδ' πέρυ τ' ὄδ'.

ἔμοιγε δοκεῖ.) Sequitur uerbum ἔχεν, non subintelligitur ὡς.

ἰππεγμένων.) ab ἰππεγμένω, cuius multi sunt, & elegantes loquendi modi: κατισάς, pro κατισάει, γλυόμενος.

ἐκόςτως.) absolute, idē meritō, nec iniuria: interdum etiam, neq; mirum.

ὄδ' ἀπὸ λωλεκίαις.) perdidisse, id est, quod perdidimus. Sic commutata ferē est Græcis & Latinis infinitiui ratio. Nam quod hi per infinitiuum efferunt, illi per ὄδ', & contra, non semper, sed sæpe.

ἀπὸ λωλεκίαις.) ab ἀπὸ λωλεκίαις, uel ἀπὸ λωλεκίαις. ἀπὸ λωλεκίαις, perijisse. hoc passiuæ, illud actiuæ significationis.

καμά.) ut Amphipolim, Potidæam, Hionefum, Paparethum, Cardiam, atq; alia.

τῆν ἡμετέρας ἀμελείας θέν.) scilicet εἰν. uerbū θένει respicit nomen λογισῆς. quasi dicat, in hac ratione ineunda calculos ponet ad concordiam nostram, ad diuinam beneficentiam, &c.

πεφηνόμαι.) ἀφαινομαι, præteritum mediū formandi rationem pete à grammaticis.

τότων.) scilicet ὡν ἀπὸ λωλεκίαις καὶ πεπὸν θυσίαν.

ἀντίτροπον.) depultricem horū, exequantem hæc, quæ sit paris ponderis & momētī, translatio à trutinis sumpta.

τῶ πρῶτῳ ἐκείνων.) id est, ἐκείνων. supra παρὰ τῶ
θεῶν, id est θεῶν, diuinitus.

οἶμαι.) Hoc uerbum, ut & δοκῆ, φαίνεται,
ὡς ἐκός, apud Græcos suum habet usum et
elegantiam, ut & γε, δε, δὲ, πῶ, atq; alia huius
generis. sed apud Latinos aliquando sine
sententiæ detrimento, ut ἑλληνοὶ ἰδιωτισμοί,
negligi, aliquando alia forma orationis pos-
se inferi uidentur.

πρόμοιον ὁπρῶ, κὴ πόδι τῶ πρᾶγματων οὕτως.)
Oferuanda est hæc ἀπόδοσις.

κίθαρος.) Non tam possessionem signifi-
cat, quam acquisitionem.

ὅσα λάβη καὶ σώση.) καὶ, etiam: si quam ac-
ceperit, eam etiam conseruarit.

ἀναλώσας λάθη.) ab ἀναλίσκω, uel ἀναλώω
& λαίθάνω λαίθάνω ἀναλίσκων, uel ἀναλίσκω
λαίθάνων, imprudens consumo, nō animad-
uerto me consumere. id quod philosophis
facilimè accidit, cūm quod pecuniæ non
multum eis dari solet: tum quod idipsum
quod datur, minus curant: tum quod fortu-
nam non tam propiciam habent, quam ani-
mum liberalem.

συναλάωσας.) Vnā absumpsit. pro, absum-
mit, ut in Isocrate annotauimus.

μνησθῆναι τῆ τύχῃ πῶ χάριν.) Memoriam
accepti à fortuna beneficij.

μὴ χροστέμνοι ὀρθῶς.) id quod fit uel socor-
dia, uel stultitia. Vnde etiam Germani di-
cunt, Multos à Deo salutari, qui eum refa-
lutare nesciant: id quod nō aliud est, quam
τοῖς κακοῖς καὶ τοῖς πρῶτῶν θεῶν ὑπεργυμνοῖς μὴ
χρῆσθαι ὀρθῶς.

δὲ ἐκβαῖ.) ab ἐκβαίνει, euenit. Sic Cicero:
Id consilium ita nobis probabatur, ut de eo
homines ex euētū iudicatueros uideremus.

ἐκαστον τῶν.) pro, ἐκαστα τὰ πρὸ ὑπαρξάντων. id
est, κακοῖς, εὐκαιρίαι.

ὡς τὰ κελύ.) plerunq; ferè, ὡς δὲ κελύ.

κρίνη.) scilicet à uulgo. Nam eruditi in
causas rerum intuentur.

ταῦτ.) τὰ ἡμελημένα, correctis ἡς quæ ne-
gleximus. nisi quis malit ταῦτα referre ad
τὰ λοιπὰ, & ἐπαγορεύσασθαι interpretari pro
καταρθεῖν, ritè administrare: in quo & ipso ni-
hil sanè est incommodū.

πῶ ἂν δι τοῖς πεπραγμένοις ἀδείαν.) scilicet
γομνήσω. apud Latinos certè, nisi dicas, su-
ceptum ob rem male gestam dedecus, hor-
ridius fuerit.

προσέμεθα.) proijciemus (nam hoc uer-
bo & Cæsar utitur) deferemus, amittemus,
negligemus, à προίμαι.

τίς κωλύον ἔσαι.) ἐμφατικῶς ὄρους, quàm si
dixisset, τί κωλύσεις τὸ κωλύον βαδίζειν, prohi-
bens, uel quod prohibeat ire, uel, quo mi-
nus eat.

ὅπρι βέλετη.) quò uult. Ergo etiam in At-
ticam ire uolet & poterit.

λαβῶν: &c. ἔτα ἐπέβη.) Cum cepisset, &c.
demum ingressus est in Thessaliam.

πανθ.) Ἰππῶνα, uel πῶτα πάντα.

ἐκβαλῶν.) ut Terem et Cersobleptem: ut
apparet ex Philippī literis.

κατασῆσας.) Fuerūt etiam aliῆ duo, ut ex
Aristocratea oratione apparet, ἀμάδιον &
βυκεισάδης: quibus, an uerò alijs, regnā con-
firmarit, ego affirmare, propter historiae ig-
norationem, non possum.

ἠοσέσασε.) ἐνόησε. Meminit & in Philippī-
cis: τέθνηκεν ὁ φίλιππος: οὐ μὰ δὲ, ἀλλ' ἀόθονε.
τί δ' ὑμῖν ἀφ' ἑσέας;

ἐκαστος.) ubi cœpit habere melius, leua-
to morbo. ἐκαστος trisyllabum fit à ἐκῶν. ἐκῶν
disyllabum, lacero. ἀνκορῆσαι κωλύει, in Eu-
ripide.

ἐκασμία.) quasi ἐκαστὸς διμῶς, facilitās a-
nimī, omisior animus, nō acer & intentus.

ἐπεχείρησε.) manus attulit, aggressus est,
Ἰλλυριῶν.) Illyris Italiā, Germaniā, & Ma-
cedoniam attingit.

παίονισ.) Pæonia Iustino Macedoniae
pars est, non multum abludiva Pannoniæ
nomine.

ἀρῦμα.) Aliῆ ἀρύβαν, ut Pausanias, non
per μ, sed per duo ββ. Scribunt nonnulli υ,
ut parum à μ distet. fuit siue patruus, siue
auunculus (nam δῆθ, nisi addatur πρὸς μη-
τρὸς, ἢ πατρὸς, ambiguum est) Olympiadis
uxoris Philippī, Epiri princeps.

ὅπῃ τις αὐτὸν εἴπη.) quò quis dicat, id est, &
quò non?

γνώτε ὡς ἀλυσίπεις, καὶ πῶ ὀλοπρασμο-
σύλω.) Eiusdem uerbi diuersa constru-
ctio.

ὀλοπρασμοσύνη.) animus alacer, inque-
tus, strenuus, qui delectatur gerēdis rebus.
πρηνέπρασμοσύνη, tamen si multas occupatio-
nes significare uideatur, tamen in uicio ple-
runq; ponitur, ut Latinis curiositas & im-
portunitas.

ἢ συζῆ.) cum quā uiuit: id est, quæ indi-
uidua eius comes est, in quā omnē suum
studium & ætatem consumpsit. συμβιῶναι
idem ualeat quod συζῆς, ut in oratione de
Corona: ἐγὼ μὲν δὲ τοιαύτη συμβεβίωκα
τύχη.

ἰφ' ἡς) Præ qua nō est, ut contētus rebus gestis, ocium agat: id est, Quæ eum quiescere non patietur. ἀγαπᾷ καὶ σὺργειν cum dātiuo, acquiescere, æqui boniq; facere: aliàs amare significant.

ἀίσει.) ab ἔχω, uel ἀίω.

τῆν ὑπαρχόντων.) τῆν ἡδὴ πεπραγμένους.

ἔρρωμένους.) ut ἀειμένους, ἐντε τιμῆως, aduerbium ē participio: comparatur ἐρρωμένους, ἐρρωμένους, ἐρρωμένους.

σκοπῶσθε εἰς τίποτε ἔλπις (scilicet ὅτι, uel εἴη) ταῦτα τελευτήσου;) In quid tandem hæc finitura esse, spes sit. Verbum τελευτῶ abso lutè ponitur, ut & apud Plutarchū in conuiujs: Ἀγαθὴν ἔστιν εἰς οἶνον τὸ συμπόσιον, εἰς ὀλίαν ἔσθ' ἔχει τὸ τελευτῶσα.

δ' ἐκείθεν.) Bellum illic gestum. ἐκείθεν, il linc, ὁ ἐκείθεν πόλεμος. Nos nullū tale adie ctium possumus fingere. ἤξοντα, pro ἤξεν. Sæpe Græci accusatiuis participiorum u tuntur, ubi Latini infinitiuis.

δ' ἀεὶ τὸν τρόπον, ὡσπερ) Possit etiam legi θι πῶρ.

οἱ δ' ἀειζόμενοι.) qui mutuū sumunt: οἱ δ' ἀειζοντες, qui dant mutuū.

ἰδί τούτοις μεγάλοις.) Varia fuisse usurarū genera, ex forētib; Demosthenis oratio nibus apparet, de quibus ibi agetur com modius.

τῆν ἀρχαίων ἀπέστησαν.) domo profugiunt. Suidas, ἀρχαίον τὰ κεφάλαια τῆν τούτων inter pretatur. Sed Vlpianum hic magis probo, qui τῆν ἀρχαίων exponit, τῆν εἰς χύτρων, pigno ribus cedunt. quod genus sunt ædes, præ dia, uestes, &c.

ἰδί πομπῶ.) ἰ. τούτων, βλάβη.

πομπῶ καὶ χειλεπῶ.) Multa difficilia. δ' &, non incommodè omittitur.

ὡν ἐκ ἡσυχίας.) ἐκείνων ἄ. genitiuus parti tiuè positus. ἡσυχίας pro ἡσυχίας, ἀθι κῶς. Verba sic ordinanda sunt, δέδοικα, &c. μὴ ἔλαθον ἡσυχίας εἰς ἀνάγκην κριεῖν πομπῶ καὶ χει λεπῶ ὡν ἐκ ἡσυχίας.

ἐν αὐτῇ τῇ χώρῃ.) id est, τῇ ἀθηνῶν. τῆν, scilicet κλημάτων.

αἰτίαι, ὑσάτης.) ὑσάτης, in Obsopœi codice oscitātia librarij omīssū puto. Nam senten tiæ non incomodat, & in ποιοιμοῖς δημογοει κῶς eodem modo usurpatur. Vulgus proxí ma quæq; meminit, cætera obliuiscitur.

ἐπὶ τῶσδε ὁ δὲ γὰρ κριεῖσθε.) id est, τοῖς ἐποῦσιν ὁργίσεσθε.

κῶ γινώσκω.) ex sententia, ita ut uolebatis. subintelligitur πῶ ὑμετέρων.

ιδίαν.) propriam, id est suam: priuatam, priuatæ securitatis ratione habita, priuati periculi metu.

ἔπος ἐλάσσει.) dissimulare. μηδὲν ἔπος ἐλάσσειν εἰπῆν, apertè dicere: ab ἔπος ἐλάσσειν. διχῶ βοῆθ' εἶν' τοῖς πρῶτοις ὑμῖν.) gemi ni datiuī eidem additi aduerbio βοῆθ' εἶν' τοῖς πρῶτοις, id est, ὑμῶς εἶν' βοῆθ' εἶν' τοῖς πρῶτοις.

10 τὰς πόλεις.) δύο καὶ τριάκοντα τῶ χαλκιδι κῶ γῶς.

κακῶς κριεῖν πῶ χώρῃ.) malefacere regio ni, infestare, uastare, populari.

σπασθήσεται.) coget ad deditiōnem.

οἰκίαν.) scilicet χώρῃ, id est μακεδονίαν.

προσκαθίζουσι.) futurū secundum mediū, ἀ προσκαθίζουσι.

τοῖς πρῶτοις.) τῇ πολιορκίᾳ καὶ τῶ κλέ μῳ, ducet bellum.

20 τῆν πολιορκουμένων.) ἰμφοπικῶς: obsidio nis mora intolerabilis, Troiā decimo. Numantia tertio demum & decimo anno ex pugmata est. sed rara hæc sunt exempla, no stro præsertim seculo, quo mœnia magis ad ostentationem, quàm ad defensionem comparata esse uideri possunt.

κλήρω καὶ διχῶ.) bifariam: id est διπλῶ, uel διπλῶ, gemina esse auxilia.

πῶ δὲ χρημάτων πόρον.) De pecuniā aut com meatu. Sic etiam Cicero sæpe loquitur: id est, quod attinet ad parādæ pecuniæ rationem.

ἔστιν, ἔστιν.) ἰμφοπικῶς repetitio.

ἐδὸν τῆν δύναν.) ὑπερβολή. Non plus quàm Philippo, non plus quàm regi Persarū. sed respexit ad Græcos, quorum opes fuerunt tenues.

οὐτως ὡς βάλισθε.) ἔπος ὁπῆσθαι. Noli e nim dicere, εἰ ταῖς θεωρίαις καὶ τοῖς ἰορταῖς.

40 ταῦτ' ἀπδώσει.) τὰ θεωρικά ὡσπερ χεῖρ ὀφειλόμενον.

πεσοδῆ.) id est, δὲ πρὸς τοῖς θεωρηκοῖς: αὐτὰρ κῆ ὅτι τὰ πεσοδόμενα τῇ πόλει χημάτα.

τίσω.) Sic ordina uerba, εἴπερ τις αὐτ', τίθῃς σὺ γράφεις ταῦτ' εἰς ἡσυχίας: sicut dicit Ci cero, Quid? Quid ergo?

σὺ γράφεις.) γράφειν, scribere, decernere, decretum facere, ferre legem.

50 ἐκ ἔγωγε.) scilicet γράφω, ἀλλ' ἡγῶμαι. Argu tia sententiæ sita est in uerbis γράφειν, quod capitale erat: et ἡγῶμαι, quod etsi odiosum, periculi tamen expers. Nec enim cogitati onis pœna cuiquam, ut iurisconsulti dicūt, patiēda est,

καὶ

κατακείν.) ἐμφατικῶς, quasi dicat, πάνθ' ὑπηρετεῖν καὶ τὰ δίκαια, καὶ τὰ ἀναντία: Morē ei gerere in rebus omnibus, siue iustis, siue iniustis. Id quod Creon apud Sophoclem τυραννικῶς à ciuibus postulat.

ἀνθρώπων.) Id est, ὁ φίλιππος ἔστιν ὑβεισῆς. sic malo, quam ὁ φίλιππος ἐστὶν ἀνθρώπων ὑβεισῆς. articulus ὁ, & uerbum ἔστιν omīssa, turbāt rudiores.

ὑβεισῆς.) ὑπερήφανος, ἄδικοσ, τύραννος. cuius cantilena est: Sic uolo, sicut uideo, sit pro ratione uoluntas.

ὡς φασιν.) Cautus est Demosthenes, ac uanitatis opinionem cauet. in uituperādo Philippo, cui laus humanitatis, siue ueræ, siue pro re nata simulatæ, tribuebatur.

ἐξεν.) pro ἐκ, sed illud maiorem habet ἐμφασιν.

ὅτι πρῶτον.) ἢ εὐπραξία, ἢ εὐτυχία.

πρῶτον ἀξίαν.) ἀξίον, α, ον: dignus, a, um. ἢ ἀξία substantiue, dignitas, precium, meritum. κατ' ἀξίαν, id est ἀξίως, pro dignitate. πρῶτον ἀξίαν contra dignitatem. Significat igitur Philippum, ob improbitatem indignum esse tantis successibus. In β. ὁλυθ. οἱ παρὰ τὴν ἀξίαν αὐτῶν δεδωλωμένοι θεωρατοί. Quos, cum hic perfidos uocat, ibi tamen Philippo anteposit. Atque hæc uulgaris expositio uocabuli est: sed mihi nescio quomodo interdum, non tam dignitatem, quam aliquid, quod modum & consuetudinem excedit, significare uidetur. ut, ὅτι πρῶτον πρῶτον τὴν ἀξίαν, sit immodica & inusitata felicitas, παραλογος εὐτυχία, quam ipse etiam Philippus apud Lucianum sibi tribuit, his uerbis: τῆ παρὰ δόξαν ἔφρονη τὸ τύχης τῆ πολλὰ πολλὰς ἡμῖν σωδραγομένη κενρατῆκαμν. Pausanias itē in Messeniācis, ὅτι δὲ τὴν κερφότητα ἔχελεπὼς ἀφρογόντων τῶν μεσσηνίων, ἀπρία τοῖς λακεδαίμονις, καὶ ἀπ' αὐτῶν ἡδὲ καὶ ὄργη γίνεται. πεφύκασιν δὲ πως οἱ ἀνθρώποι μάλισ' ἔχειν ἀκρατῶς πρὸς τὰ παρ' ἀξίαν. hoc est (ut ego quidem interpreto, qui uolet, transferat aliter) Cum autem Messenij, ut homines expediti, haud difficulter refugerent: aestuare Lacedæmonij, atque ex eo iam etiam irasci cæperunt. Natura enim ita fert, ut ea maximè commoueant homines, quæ ab usitata ratione recedunt.

ἀφορμῆ.) Occasio, initium, anfa, μεταφορικῶς, interdū οὐδὲν, id est fors mensæ argentiōrum.

τὴ κακῶς φρονεῖν.) delipiendi. ὅτι φρονεῖς, sapere. Nam φρονεῖν uerbum est mediæ signi-

ficationis, declarans quamcunque mentis & uoluntatis affectionē. unde μέγα φρονεῖς, superbire.

τῶν ἀνοήτων.) incogitantibus, minus attentis. Nam οἱ μωροὶ perpetuò κακῶς φρονεῖσι. Potest autem interdum etiam uir prudens uel ex incogitātia, uel perturbatione animi aliqua præpeditus, κακῶς φρονεῖς, præsertim in rebus secūdis. Vnde poeta: Difficile est, inquit, æqua commoda mente pati.

Hanc sententiam à Liuio penè conuersam, in Gnomologia posuimus. Mimum Publiani margini ascripsimus. Declaratur autem hæc sententia in Areopagitici Isocratis exordio: & Cicero primo de Officijs sapienter præcipit, prospera fortuna quo pacto sit ferenda.

διότι πολλὰς.) His uerbis innuit, Philippum socios amissurum esse. ὅ φιλῆσαι τὴν κῆσαι, pro, ὅ φιλῆσαι τὴν κῆσαι.

τὴν κῆσαι.) τὴν κῆσαι. Quæ autem est illa ἀκμεία: Bellum Olynthiorum, Thesalorum perfidia, Barbari studentes nouis rebus.

σωαράσαι.) ἀσωαράσαι, adiuto. Præpositio σω ferè perpetuò etiam in compositio- ne datiuum postulat, cui sæpe accedit accusatiuus: ut, συμβαλέω σοι τὰ δέοντα. Potest igitur hic etiam datiuus τὸν κῆσαι, uel, τὴν τῶν χῆσαι (ut Ulpianus monet) uel, τοῖς ὁλυθίοις subintelligi.

πρεσβυτέρους.) τὸν πρεσβυτέρους. ἐφ' α.) scilicet χωρία, pro, ἐφ' οὖν τῶν ἐμλώων δῆ.

καὶ παροξύνοντασ.) τῶν παροξύνοντασ. λογιζομένων.) καὶ λογιζομένων.

τῆ χώρασ.) τῆ ἀθηναίων, τῆ ὑμετέρων. Si uester ager bello infestaretur. Est declaratio eius quod præcessit. Quæ optata Philippo dari cōtra Athenienses possit occasio: Si, ut nunc in Macedonia uicina Thraciæ Olynthiaco bello uexabitur, sic in Atticæ finibus hostilis esset exercitus.

λογιζομένους πῶς αὐ οἶεθε.) Hæc malè coherent. Dicendum enim fuisset, λογιζομένους πῶς αὐ ἐπίμους ἐφ' ἡμᾶς ἔλαδοι. sed Demosthenes αὐτῶν οἶεθε ex affectu interposuit. Affectus autem leges grammaticæ non minus negligunt, quam reipublicæ.

ἔτα.) Postea, deinde, demum, sæpe. Et ut Virgil. Et dubitamus adhuc factis acquirere famam: ἔτ' ὀκνῶμεν ἐπιθῆ καχρῶς ἐργῶν δόξαν κῆσαι. αὐαῖσι κῆσαι.) Usitate apud Græcos,

nec

nec apud Ciceronem rarò, prius relatiuum antecedente ponitur, ut in epistola ad Curionem: Expectationem tu una re facillimè uincas, si hoc statueris, quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus ex laudes comparantur, in ijs esse elaborandum. Naturalis enim ordo talis esset: In ijs artibus esse elaborandum, quibus ex laudes parantur, quarum gloriam adamaris.

τολμήσατε.) quia praecessit αἰσχρώσατε, ut truncus indicatiui modi.

ἐὰν τὰ τῆν ὀλυθίων ἀντέχη.) ἐὰν οἱ ὀλυθιοὶ μὴ ἤτῃ θῶσι μὴ ἐκπολιορκηθῶσι.

τὴν ἐκείνης τὴν ὑπάρχουσαν.) id est, πατρῴαν χώραν τὴν μακεδονίαν, ἣν νῦν ἔχει. quasi dicat: Ad eò non licebit Philippo Atticam inuadere, ut de Macedonia ipsa, regno patrio sit uenturus in periculum. ὑπάρχουσα χώρα Philippi, est Macedonia, μέλλουσα, Olynthus et Athenae, si rem bene gessisset.

καὶ τὴν οἰκίαν καρπέμενοι.) Etiam fruētes, alioqui si καὶ ἐκτρονας, constructio postulabit nō καρπέμενοι, sed καρπώσατε. Quare si qui τὴν ὑπάρχουσαν καὶ τὴν οἰκίαν ταύτην coniungunt, & ad Athenienses referunt, nihil delinquent, quanquam prior illa expositio mihi magis placeret, si coniunctio καὶ abesset, ac tota perodus sic distingueretur, καὶ τὴν ἐκείνης κακῶς κηίσειτε τὴν ὑπάρχουσαν: τὴν οἰκίαν ταύτην, etc. Sed hoc si displicet, sic

30 ἀλλ' ἐκείνα.) scilicet τὰ ἐν τῷ θράκῃ, τὴν ὀλυθίων.

δύο.) Suprà dixit, ὅποι βέλεται. sic audacius & apertius in progressu loquitur.

βαδίζεν.) Lene uerbum est, sequitur declaratio satis grauis, ὁ σωεσβαλῆσιν. Est enim ἐσβαλῆσιν, hostiliter inuadere, impresione facere.

μὴ ἦ.) Ne sit, ne uideatur, petit ueniam libertati orationis. Qui, μὴ ἦ exponunt, ἐὰν μὴ ἦ λίαν περιττὸν εἶπεν, λέγοιμι ἐν ὅτι καὶ σωεσβαλῆσιν: de suo uerba Demostheni largiuntur.

ἀλλὰ φακῆς.) scilicet κωλύουσιν αὐτὸν δύο βαδίζεν. In Phocide fuerunt uiginti duae urbes, & inter caeteras etiam Delphi. Est autē Phocis Boeotiae finitima.

οἱ τὴν.) Brevitate utitur. Sententia clara est, sed uerba sic absolui possunt: πῶς αὖ τὴν ἀπὸ τῆν φυλάξωσι; Atticam quo pacto tuebuntur?

τὴν οἰκίαν.) scilicet χώραν, τὴν φωνίδα.

οἷοί τε ὄντες.) id est, δωαμίνοι. οἷοί, qualis, cum particula τῆ & αἰμί significat δωαμίνοι, & declinatur per omnes casus, numeros, & genera more aliorum adiectiuorum. in secunda Olynthiaca ἀντὶ τοῦ ἐδαμῶς οἷου τε φεύδεται, participium ὄντες est omissum: & ipsum οἷου τε, non tam pro δωαμίνοι, quam βεβλημένου uel ἀδισμένου uideat poni. Quis enim est qui mentiri non possit? quum paucissimi sint, qui, commodi praesertim sui causa, mentiri nō et uelint & soleant. Nam scite mentiri, quod eius esse dicit Plato, qui rectissime uera possit dicere, aliud est.

βονθήσατε.) scilicet αὐτοῖς.

ἀλλ' ὦ ταν.) ὦ ἑταῖρ, ὦ bone, ὦ socie, heus tu. Vocatiuus irregularis ab ἑτης, socius, ciuis, amicus, aequalis, necessarius. ἀλλ' ὦ ταν: at uerò, at hercule.

τῆν ἀποπώτατον.) id est, ἀποπώτατον.

40 μὴ τῶ.) μοίτοι.

ἀνοίαν ὀφλισκαμένης.) incogitantiam debens: id est, cum incogitantiae reprehensione, ob quam iactantiam parum prudēs habetur, parum consideratē. Pertinet hoc etiā ad consolationem Atheniensium, & eorū potentiae celebrationem. sic ὀφλισκαμένη γέλωτα, μέμψιν, esse deridendum, esse reprehendendum, ὀφλισκαμένη δίκῃ, οἱ ὀφλόντες & ὀφληκότες, quid sit, in Foribus commodius dicetur.

δωμηθῆς.) ἐὰν δωμηθῆ.

ἐκ λόγου προσδέσ.) sicut alibi, ἐκ πολλῆ δῆ, scilicet λόγου. quanquam alij aliter exponunt, pro κηίσειτε καὶ δῆ, de quo alibi commodius disputabimus.

δέησιν.) ἀ δῆ.

ἔξω.) scilicet τῶ πόλεως.

καὶ ὅσα.) Verba sic ordina: καὶ λαμβάνεις τῆν ἐκ τῶ χώρου, ὅσα ἀνάγκη (scilicet ἐξὶ λαμβάνειν) χωμένους στρατοπέδω, id est, τόπος οἱ χωρῶν ὅπως λαμβάνουσιν οἱ χωρῶνοι. Nulla mihi esse causa uidetur, cur χωρῶνοι datiuo, per οἱ scribas, pro χωρῶνους accusatiuo per οἱ

τῆν ἐκ τῶ χώρου.) Articulus elegantiae causa accedit, & genitiuus partem significat: Hostes non τῆν, sed τὰ ἐκ τῶ χώρου rapiunt.

ζημιωθῆσιν.) ζημιωθῆσιν.

ἐν γεωργήσασιν ἡμῶν.) τῶν γεωργῶν: Eos ē uobis qui agros colunt, qui praedia foris habent, agricolos uestrae urbis, agricolos uestros. Etli enim ἡμῶν hic non possessionem, sed partitionem significat: non tamē uideo cur sic interpretari non liceat.

gg ἡμῶν.)

nisi etiam styli exercitatio (utinā & loquendi consuetudo) accesserit.

χρησά.) scilicet τὰ πρᾶγματα.

εἶν.) εἴθε subintelligitur, utinam.

πανθς.) scilicet ἀνδράπε, τῆν πολιοίων, τῆν ἐν ἡλικίᾳ, τῆν λεγόντων. Utinam diuites liberally tributa conferant, adoleſcētes strenuē militent, oratores rectissimō consilio meo non aduersentur. Nam ut in exordiō ad dicendum inuitauit omnes, sic à cōtraria sententia dicenda nunc eosdem deterret.

πανθς ἐνεκα.) μηδενός κωλύοντ' ἔχει ἐμπεδῶν ὄντ' ἄλλὰ πάντως συμπροσυμεμένως. Habet & ἄνεκα perelegantem saepe usum, de quo alibi dicemus: nunc ad πῶς ἔλογος οἰκονομίαν τράσιτι. Nā cetera quæ hic omisimus, partim ex Vlpiano, partim ē Lexicis, partim ē grāmaticis præceptionib. sunt petēda.

ALIAE ANNOTATIO-

NES IN PRIMAM OLYNTHIACAM.



Argumentum ab Vlpiano & Libanio copiose est expositū. Causæ genus esse suaforium, nemo non intelligit. Propositio est: opem esse ferēdam O-

lynthijs. Confirmatio sumitur ab utilitate Atheniensium, illustratur contrarijs, similitudinibus, exemplis: asperfas habet adhortationes & reprehensiones. Quæ omnia pertinent ad uoluntatem excitandam: id quod fieri non potest, nisi etiam facultas adesse demonstratur, in qua sunt & hostiū, & nostræ uires considerandæ. Demosthenes igitur Philippi uires extenuat, pecuniā non deesse Atheniensibus (nam de ea potissimum laborabatur) & quanto præsidio futuri sint Olynthij, ostendit. Hæc autem capita utilitatis et facultatis, uariē implicantur, & saepe repetuntur: quo magis ipsa res infigatur auditorum animis. Exordium ad beneuolentiæ captationem minus, magis ad attentionem est accommodatum. Nam auditor iam antea docilis est, quum quæ res agatur, non ignoret, eam tamen (ut socors est uulgi ingenium) minus curet. Propositionem confirmatio sequitur, in qua sunt et narratiunculæ, & occupationes, et confutationes nonnullæ. Peroratio non enumeratione argumentorum, aut affectuum commotione, sed distributione constat, quæ of-

ficij sui tria genera ciuium, adoleſcētes, diuites, oratores admonet, ac uoto breui orationem concludit. Genus dicendi quod sit, difficile est iudicium. Ferè nullam puto esse orationem, quæ tota uel sublimi, uel humili, uel intermedia consistet figura: sed sunt alia partes alijs tenuiores, aut grandiores. In hac tamen seruari uidetur maxima ex parte mediocritas, sic tamen, ut (id quod cause magnitudo postulabat) nonnunquam affurgat altius. Cætera suis quæq; locis breuius & commodius explicabuntur.

ἀντίπερὶ.) Sumitur exordium à re, quæ innuit esse magnam. Admiscetur & Atheniensium persona, ἑμᾶς: & oratoris, νομίζω: quæ ad beneuolentiæ captationem pertinent. Ut enim odij uituperatio, sic amicitie laudatio principium est. Argumentum ex adiunctis.

ἐλέαθ.) Noema: Publica utilitas antependa est magnis priuatis opibus.

νομίζω.) Cur: quia estis magnanimi, quia reipublicæ amantes. Sic Atheniēsis id tribuit, quod etsi in eis non erat fortasse, tamen debebat esse maius publicæ quàm priuatae rei studium.

νομίζω.) Temeritatis est, affirmare tibi per spectum esse auditoris animum.

χρημάτων.) Atheniēses in hac re utile consilium magnæ pecuniæ anteferrent, ergo ardua est deliberatio.

ἐφανερὸν γένειο.) Ergo dubitant & ignorant auditores, quid sit e republica.

εἰ μέμον.) Ergo non præsentis duntaxat temporis habenda ratio, sed in longitudinem consulendum, neglectis illis binis obolis.

πῶς ἔν.) Ergo recta est, repudiatis alijs cogitationibus, in bonum publicum inueniendum.

ἀντίπολλοθς.) Hoc exordium enthymemate cōstat, hoc modo: De re ardua & obscura deliberatis, ergo cupidè audiēdi sunt suafores. Maior propositio: In rebus arduis & obscuris consilia sunt attentè audienda: cum per se nota sit satis, dissimulatur. Sed consideranda sunt singulorum uerborū pondera. Neq; enim quicquam est in Demosthene ociosum.

ὅτε οὕτως ἔχει.) Suprà dubitanter proposuit, uerbo νομίζω, nunc asseueranter concludit, & arduam esse deliberationem, et attentè consilia esse audiēda. Sic in progressu fit animosior oratio.

προσκει.) Officij uestri est, ergo faciendum.

προθύμως.) Ergo non aduersandū suaso ri, non oscitanter audiendum.

ἰθέλειν.) Ex animo igitur, nō defungendi gratia faciendum.

τῆν βουλομένην.) Ergo etiam uoluntas boni consulenda est, & nemo excludendus.

συμβουλίειν.) Sacra res est consilium, & cum religione quadam tum dandum, tum accipiendum.

ἔγχαρμόνον.) αἰτιολογία. Cur omnes audiendi sint. Argumentum ex fine, quod tractatur distributione partium. Sed in oratoribus non tam spectandum est quid, quam cur quicq; dicant.

τὶ χρίσιμον ἐσκεμμένον.) Semetipsum inuinit, qui diligentior quam ingeniosior habebatur. & uerecundē ostendit, se utile consilium afferre, magna diligentia quaesitum. sed iudicium non suum, sed populi esse profitetur: & alijs etiam dicendi potestatem dat. Sic neque alios oratores alienat, & populum simul & conciliat, & attentum facit. Notabis hic obiter, meditationis finem esse utile consilium: quod, tametsi non semper assequimur, tamen plus est constantiae rationis tribuendum, quam fortunae temeritati.

ἀκρίβειαν τὸν λάβοιτε.) quasi dicat: Nullus est audiendi labor, quum magna esse possit utilitas.

τῶν ἡμετέρας τύχης.) Fortunati sunt Athenienses: ergo neque supplices deserre, neque hostem metuere, & cum spe optima esse debent. Sic miscet affectus inter se cōtrarios, iniicit sollicitudinem, & postea consolatur.

Ἐπιλαμβάνω.) Iterum fugit affirmandi temeritatem.

πολλὰ τῆν δέοντων.) Vide ut non plus tribuat ingenijs oratorum, quam urbis felicitati.

οἷοις.) ut Demadi, qui excellentissimo & promptissimo fuisse ingenio perhibetur.

ὡς ἐξ ἀπάντων.) Tum ijs quae praemedi-
tati, tum ijs quae ingeniosi ex tempore afferunt.

ῥαδίαν.) Pertinet & hoc ad cōsolandum simul, & excitandum auditorem.

ἡμῖν.) ἐμφατικῶς, Graecorum prudentif-

simis. Nam Pausanias Democratiam Atheniensium ideo diutissimē durasse dicit, quod & prudentia & obseruantia legū reliquis praestiterint.

αἰρεσιν.) Est igitur oratoris ἡ αἴρεσις, auditoris ἡ αἴρεσις. sed utraque requirit ingenium, fortunam, animi attentionem.

ἔμῶν ἀλλὰ ἐγώ.) Distributio bipertita consiliorum, in meditata & subita.

ὡς ἐξ.) Enthymema est inuersum, antecedens posteriore loco positum habens, quod sic recto proferas ordine licet. Ex multorum sententijs, facilis est optimi consilij delectus. Ergo sunt omnes audiendi.

ὁ μὲν οὐὶ παρών.) Exordio apte annectit propositionem, neque eam nudam, sed ornatam & instructam, ac poetica fermē licentia tractatam, sic tamen, ut oratoria uerecundia seruetur. Est autem propositio generalis: Graeciae principatus est recuperandus uestra industria. additur circumstantia temporis opportunissimi: ut non Demosthenes, aut quisquam alius orator, sed ipsa occasio consilium dare uideatur. hanc si quis περὶ κατὰ σιν appellare mauult, non impedio. Sequitur enim huius argumenti propria, his uerbis: ὅτι δὴ τὰ γ' ἡμοὶ θηκουῶτα.

μονοουχί.) Hoc additur, ne poetā potius quam oratorem agere uideatur.

λέγει φωνῶν ἀφείας.) Occasione ipsa clauitante, quis cunctetur? quis oratorum perplexis disputationibus potius moueatur?

ἡμῖν ἐκείνων ἀπὸ τοῖς.) quasi dicat: Non est quod speretis deos dormiētibus uobis omnia confecturos.

ἐπὶ ὑπὸ πρ.) Grauisima appendix. Non igitur, ut uideo, res Olynthiorum, sed salus Atheniensium agitur. quis hic non uigilet? quis in se quicquam desiderari patiatur?

Propositio: Res strenuē gerenda. Ratio: quia non poteritis alioqui esse incolumes.

ἡμεῖς δ' οὐκ οἶδ'.) Modesta socordiae reprehensio, mitigata primū suae personae admissione: deinde dubitatione, seu dissimulatione, quam ἐπιστάσιον uocat Vlpianus. Germanus orator fortasse dixisset: Sed flagitiosa est uestra socordia. Sententia certē est: Et salus nostra, & praesens negocium

gocium parū nobis curæ est: securi sumus, & negligentes: non exaudimus uocem excitantis nos occasionis.

ἐκ οὐδ' .) Vos autem scitis melius: uos non ignoratis, ocium & priuata lucella uobis esse maiori curæ, quàm reipublicæ dignitatem & salutem. Obserua ordinem, primū exponit, quid oporteat fieri. Deinde reprehendit officij neglectum. Vulgò inter uerba & res multum interesse dicitur, id' que uerum est. Plerique enim aliud præ se ferunt uerbis, quàm animo clausum gerunt. Ita etiā, si per omnes humanæ uitæ actiones uageris, ea minime fieri deprehendes, quæ fieri maxime oportebat: & contrà.

ὅτι δὴ .) Propositio. τὰ γ' ἐμοὶ δοκῶντα .) Magna uerecundia orationis. quasi dicat: si quis aliquid habet melius, facile patior.

ἡμφίσταται .) Quatuor partes propositio complectitur: decretum, instructio nem'que celerem, & ciuium expeditionem (est autem in paucis uerbis magna uis, ἡδὴ, πλὴν ταχίστης, εὐθείαι δὲ: quibus ἀπολογία subiicit, ab ipsorum Atheniensium exemplo) denique legationem, eam'que & disertam & strenuam. Admirabilis est oratio Demosthenica, & paucissimis uerbis ingentem uim sententiarum complectitur.

καὶ μὴ πείθει .) Vaticinatur Demosthenes. Accidit enim, ut exclusis hyeme Atheniensium nauibus, Olynthus caperetur: quæ si uenissent maturius, seruari potuisset. Usque adeò nihil proficiunt optimi & prudentissimi uiri apud degenerem populum. est ἀπολογία sumpta ab exemplo superiorum temporum.

ὡς ἐστὶ μάλιστα .) Declarat id quod supra dixit breuius, καὶ μὴ πείθει: rem'que eò deducit, ut innuat, societatem Olynthiorum magis ambiendam esse Atheniensibus, quàm Olynthijs Atheniensium: qui, si non iuuentur, facilem receptum habeāt in Philippi gratiam & societatem.

μὴ πανδηγος ἄλς .) Non Olynthiorum leuitatem, sed Philippi calliditatem adducit. Argumentum ab ingenio & moribus sumptum, referri potest ad causam efficiendam.

τὰ μὲν εἰκώς .) Distributio, tres rei gerendæ modos significans.

ἀξιοπισθ' .) Valet hæc parenthesis ad conflandum Philippo odium, & incutiendum terrorem Atheniensibus.

ὃ μὲν ἀμ' .) Terrori consolationem miscet, ac Philippi calliditati prudentiam Olynthiorum opponit, atq; illas rationes eis affingit, quas fortasse nō considerarunt, sed considerare debuerunt.

δυσμαχώταρον, καὶ βέλπισον .) παραδόξου siue ἀπεσοδοκίτης speciē habet: sed nihil uertat, eandem rem diuersa ratione & commo dare & incommodare.

δυσμαχώτατον .) Extenuatio potentiae Philippi. quasi dicat: Hoc uno potens est Philippus, quòd unus rerum potitur.

ὃ μὲν γὰρ .) Prioris partis ἀπολογία distributione, siue enumeratione constans.

Nam quum duarum partium propositio sit, duplici etiā ratione, seu potius expositione declaratur. Monarchiam enim bellicis gerendis opportunam esse, pro consilio sumit.

πὸς δὲ τὰς .) Alterius partis declaratio.

ὡς ἀν' ἐκείνῳ .) Videtur πρὸ ἰσοείαν εἶναι, confictum ad terrendos Athenienses, si ipsi repudient Olynthios, præstò eis fore Philippum, intercipiendæ societatis cupidum.

δὴλον γὰρ .) Confirmatio alterius partis, Philippum esse monarcham uobis prodest. Cur? quia Olynthij cum eo non redibunt in gratiam. Quamobrem? quòd nec deditionem, nec reconciliationem sibi bene cessuram præuident, partim exemplis edocui: partim diuersa imperij popularis, & regni ratione admoniti. Sunt autem infirmi per se, & in summo discrimine uersantur. Ex his concluditur, fore ut constanter societatem colant Atheniensium, & Philippum prohibeant, quo minus inuadat Atticam: id quod uehementer sit expetendum Atheniensibus.

ὅτι νῦν ἔ .) Exaggeratio periculi per negationem, seu collationem.

καὶ ἴσασιν .) Vnde δὴλον; Ex Philippi minis, & eius ingenij crudelitate in alijs declarata.

καὶ ὅλως .) Hæc sententia proprie ad illud, πὸς τὰς καταλλαγὰς εἰαντίας ἔχει, confirmandum pertinet. sed interseruit periculi magnitudinem, eam'que exemplis

gg 3 appro

approbavit, quo firmior esset illa propositio.
τιῷ τ' ἐν ἐγκωμιάσ.) Conclusio propositionis, ipsorum auditorum assensu firmata, atque amplificata copia uerborum, & repetitione.

ἐγκωμιάσ.) quasi dicat: Ipsi intelligitis uera esse quae dico.

ὀδυνημύνης.) Tribuit eis prudentiam, quod est *εὐνοίας παρασκευασικόν*. Recte enim Cicero beneuolentiam, attentionem, docilitatem, etsi maximè in exordijs, non in solis tamen illis, sed per totam orationem, captandam esse monet.

ἐθελήσαι, πρὸς σωθῆναι.) Incrementum.

ἐπὶ ὅ πο π.) quasi dicat: Nullum unquam fuit magis necessarium gerendi belli tempus.

εἰσφέρωντας.) Distributio, modum gerendae rei declarans.

καὶ μὴ δὲ ἐμείποντας.) Sic complectitur etiam ea quae non enumerat. Haec igitur, ut dixi, est propositio repetitionis, specie conclusionis.

ὁ δὲ γο'.) Ratio à turpi, seu necessario. Nam & turpe est, ea quae exoptaris negligere, & cauere turpitudinem necessarium.

καὶ πῦτα ὡς αὐ'.) Amplificatio à modo.

εἰ μὴ ᾄ.) Declaratio amplificationis, illustrata contrario.

ὕφ' ὑμῶν) Ratiocinatur à causa efficiente, seu impellente Persuasio infirma, odium & metus constans, causa est inimicitiarum. Id igitur quod supra dixit, de constantia Olynthiorum, hic repetit. Nam ad tria illa incommoda, quae in praefatione recenset Vlpianus, bellum esse alienum, deesse pecuniam, potentem esse Philippum: quartum etiam hoc, suspicio de inconstantia Olynthiorum uidetur adiungi posse (neque enim alio qui & primo loco posuisset, & repetisset) nisi quis pertinere malit ad tacite amplificandum Olynthiorum periculum, quibus euerfis, in metu futuri sint Atheniensis.

ὁ δὲ δὲ.) Conclusio, cui statim subiicit aetiologiam, à perniciose cessationis, & salutaris industriae exemplis.

εἰ ᾄ ὁ δ'.) Collatio contrariorum, quid fieri debuisset.

ἔγονι.) Effectus, siue euentus industriae.

νῦν δ'.) Quid non fieri debuisset.

καὶ νῦν ἔστι μὴ.) Effectus, siue euentus cessationis.

νωὶ δὲ καὶ ὁ δ'.) Consolatio. Iterum inculcat occasionem, atque amplificat felicitatem

Atheniensium, quae eò pertinet, ut ostendat uires eis non deesse, si uoluntas non desit. Neque praesentia, sed superiora etiam temporis laudat.

καὶ ἐμοὶ γε δοκεῖ.) Verecundè proponit, deorum benignitati habendam esse gratiam.

δικαιῶ.) Ergo iniqui sunt, qui diuina beneficia non agnoscunt, qui fortunam accusant.

λογισίς.) Ergo non uiuendum more pecudum: non minus accuratè, uel magis potius ineunda ratio diuinorum erga nos beneficiorum, quam pecuniae.

καὶ πρὸς ἐχόντων.) *περὶ κατάληψις.* Occurrit enim ei potuisset: Quid? Tu dijs haberi gratiam iubes? tu urbis felicitatem praedicas, post tot acceptas clades? in tanta perturbatione reipublicae?

ῥὲ μὲν ἴ.) Aetiologia, constans translatione, remouet enim culpam à dijs, & confert in Atheniensium negligentiam.

μὴ πὸς ἀλά.) Ergo incommodorum dilatio est in bonis numeranda.

ἀλλ' οἴμαι.) Iterum, postquam dixit quid fieri debeat, subiicit collationem, quid non fiat, aut non rectè fiat. Omnino amplissimus hic est locus, & nunquam non dicendi copiam suppeditat. Nam & semper officium facere debebamus, et nunquam ferè facimus.

πρόμοιον ὄν.) Apta similitudo. Nam & pecunia facillimè consumitur, & rei bene gerendae occasio, paulo momento elabitur.

Vide ut non sit simplex & quotidiana Demosthenis oratio, sed suis ornamentis in magna etiam breuitate & specie simplicitatis constet: ut collationibus contrariorum, occupationibus, similitudinibus, sententijs, exemplis illustretur. Potuisset enim sic dicere. Nos, cum agenda essent Deo gratiae, beneficiorum eius sumus immemores.

πρὸς γὰρ ὁ δ'.) *γνάμν.* Quae non quid debeat fieri, sed quid uulgò fiat, indicat. Sic Cicero: Vulgus ex ueritate pauca, ex opinione multa iudicat. Est & in epistolis ad Lentulum similis sententia.

διὸ καὶ σφόδρα.) Conclusio in hanc sententiam: Quo superiori tempore negligentiores fuimus, eo nos nunc alacriores esse conuenit.

ἵνα ταῦτ'.) Aetiologia: Tum ut rem in integrum restituamus, tum ut infamiam aboleamus.

εἰ δὲ περὶ νόμῳ.) Iterum confert officij cultum

cultum & neglectum, atq; utriusq; euentus, & in ipsam causæ arcem (ut Cicero loquitur) inuadit: ostendendo non tam Olynthiorum quàm Atheniësiū salutē agi.

ἀρά γε λογίζεται τις.) Narratio historica rerum Philippi gestarum, qua credibile facere studet, uenturum esse Philippum in Atticam. id quod socordes Athenienses non prius credere potuerunt, quàm ad Charoneam uicti sunt. non tamen id aperte dicit, sed ad diligentiam & negligētiam, eam accommodat, quia non tam perterrefacere, quàm expergefacere ciues suos conatur, eorumq; offensionem cauet.

τις ὑμῶν.) quasi dicat: Ita securi estis, ut nemo uestrū id considerare uideatur: alioqui futuri diligentiores & cautiore.

θεῖα λίσσ.) quasi dicat: Oppidis captis potentissimam nationem est aggressus, ut Isocrates in oratione de Pace his uerbis declarat. θεῖα λίσσὶ μεγίστος πλεόντων παραλαβόντες, καὶ δώαμιν μεγίστω καὶ πλεόντων ἔχοντες. Et paulo post: ὄντων, inquit, αὐτοῖς πλεόντων ἢ τριακλίων ἰππέων, καὶ πελῆσων ἀναειδήμων.

τί οὐ τίς αὐτῶν.) ἀνθυποφορὰ. Conciliat autem hæc interrogatio, & orationi uarietatem, quæ ad cauendum auditoris fastidium aptissima est, & ætiologiæ aditum præbet commodiorem.

ὑφ' ἧς.) Argumentum à natura Philippi, naturam autem eius ex actionibus cōiicit, ac statim è natura & actionibus tam Philippi quàm Atheniensiū, colligit euentum, ac uaticinatur id, quod, quanquā serò, tandem tamen accidit, sub Antipatro Alexandri Magni successore.

σκοπεῖτε.) ὑδιτροπή. Primū auditorib. iudicium permittit: post ipse pronunciat aperte, id quod hæcenus tectè dixit.

ἀλλὰ μὲν εἰ ὄσσο.) Ostendit, Philippum Olyntho capta inuasurum Atticam: nunc eam calamitatem, uerecundè tamen, cauteq; amplificat. μὴ δ' ἂν αὐτῶν.) Similitudo.

καὶ ἀπαντα.) Elegans antitheton.

εἰ μὲν οὐκ.) προκατάληψις, sumpta à discrimine reprehensionis, & proprio consilij. ἐγὼ δέ.) Nouo quasi exordio captat beneuolentiam auditorum, cum modesta reprehensione iniquitatis eorum, seu questione potius, & sui erga remp. studij commendatione.

φημί δὲ διχῶ.) Repetitio propositionis, & declaratio, Suprà enim in hoc loco, εἰσι δὲ

τά γ' ἐμοὶ δοκῶντα, censuit opem ferendam esse Olynthijs: nunc quo pacto id fieri debeat, ostendit.

διχῶ.) Vlpianus putat Demosthenem iniquum postulare, ut æquum ferat. & fortasse accommodat se ambitioni Atheniensiū, τῶν ἐν τοῖς ἰσθμοῖσι τὰ μέγιστα αἰρημένων, ut in Philip. ait. Sed nostra nihil interest diuinare, nec incerta pro certis habenda sunt.

ἔσσο μὲν αὐτῶν.) Quis uerò rex ita sit immanis, ut alienæ ditionis cupiditate, uastari suam pateretur: hoc igitur uerbum Vlpiani coniecturam non parum confirmat.

δὲ δὲ.) Conclusio.

καὶ περὶ μὲν.) Hactenus tractata est uoluntas, cur Athenienses strenuè iuuare debeant Olynthios: nunc transit ad alteram partem, facultatem.

ἔστιν δὲ αὐτῶν.) Cum asseueratione & amplificatione proponit, Satis esse pecuniæ.

ἀρδῶσθε.) Pecunia reddēda est, ergo nō est uestra. εἰ μὲν οὐκ.) ἔσσο περὶ τὸν δίκωλον.

μᾶλλον δὲ παντὸς.) Correctio & πρῶτον μαθήσῃ. Malo autem δὲ παντὸς legere, quàm δ' ἀπαντῶν: ut & suprà, ἀρδῶσθε, quàm ἀνταποδώσθε.

τί οὐκ αὐτῶν εἶποι.) ἀνθυποφορὰ, cui respondet distinctione uerborum, γράφω & ἔργου μοι δέσῃ.

σὺ τὰ εἶναι εἶπες, & c. ὑμῶν δέ.) Iterum confert δ' ἔδον, καὶ δ' γιγνώμενον.

ἔστι δὲ λοιπὸν.) Euentum ignauix ostendit: & tacitè monet, ut alienam pecuniam non accipere, quàm suam amittere malint.

δεῖ δὲ χρεῖσθαι.) γνῶμην ἀρφαίτην, cui qui fidem non habet, is abeat in forum rerū uanaliū sine pecunia.

λέγεις δὲ ἐγὼ ἄλλως.) His uerbis & arrogantiam uitat, & Atheniensiū facultatē auget.

καὶ ἔως ἔστι.) Iterum admonet occasionis.

ἔστιον δὲ ἐν θυμῷ μὲν.) Ostendit pecuniam non deesse Atheniësiū. Sed id nondum satis est ad animos eorum confirmandos, quos potentia Macedonis sollicitat. Eam igitur & ipsam nunc conuellere & labefactare conatur: idq; ijs rationibus, quas ordine uidebimus.

οὔτε δ' ὡς δοκέει.) Primū inficiatione proponit, Philippum non esse reuera potentem, aut hoc tempore fortunatum, sed falso putari talē ab imperitis. Deinde remotione partiū id ipsum comprobatur.

οὐτ' αὐτῶν ἐξέλιχον.) I. Olynthiorum rebellio inopinata,

ἄτα τὰ τῆν θεηλῶν.) II. Perfidia Theſſalorum.

ἀλλὰ μὴ τόν γε.) III. Barbari excutiendi iugi cupidí.

καὶ μὰ δὴ.) προκατάληψις.

ἔ γὰρ ὅν πρέσθεν.) Refutatio eius quod obijci poterat, Philippum esse humanum & iustum: sumitur ab adiunctis. Comita-
tur enim felicitatem inusitatam, plerun-
que insolentia, insolentiam odium, odium
defectio, nouarum que rerum studium se-
quitur.

διότι πολλαίσι.) Conclusio. Ergo ue-
rifimile est Philippum non tam facile reten-
turum esse potentiam, quam parauit. sed
aut deceptus est, aut decepit Demosthe-
nes. Manserunt enim hi omnes in fide, atq;
in officio.

δὲ τὸν ἴμας.) Loco facultatis absolu-
to, in quo & Atheniensibus belli neruos
pecuniam non deesse, & Philippi res non
in optimo esse loco, probare contendit:
ad exhortationem accedit, id quod usita-
te fit. Vt enim in ædificando, fundamenta
primùm iaciuntur, ac tum demum parietes,
tectum & ornatus adduntur: sic etiam in
suadendo primùm docenda res, & con-
firmanda est, post ad exhortationem ueni-
endum.

συναράσσει.) Iterum distributione utitur.

λογιζομένου.) Ab exemplo hostis Philip-
pi, quo & terrorem eis incutit, & odium in-
eum, atq; indignationem inflammat.

ἔτι τὸν ἴμας.) Amplificatio per collatio-
nem. Primùm autem affirmat, omnino
esse bellum cum Philippo gerendum: id
que sic probat, quòd Philippus & cupiat
impressionem facere in Atticam, & cum
nemo, nisi ipsi Athenienses, prohibere aut
possit, aut uelit. Deinde ostendit, quanto
præstabilius sit, foris quàm domi bellum
gerere.

τὸν ἴμας.) Remotione partium probat,
nihil Philippo obstare posse.

μὴ λίαν.) προεπίκλησις, προδιόρθωσις, siue
προδοραπεία.

καὶ σωεσβαλῶσιν.) Inuersio.

οἱ τὸν οἰκείαν.) Argumentum à minori ad
maius, & ab absurdo.

ἢ δὴ τὸν ἴμας.) Theſſalos tacuit, quia eos
à Philippo esse alienos ostendit. Quare
propensiores in Atheniensium amicitiam
uideri poterant. Hacenus igitur osten-

dit, Philippo non defore facultatem, O-
lyntho capta, in Atticam inuadendi. Nunc
etiam uelle probandum est. Volun-
tas enim & facultas, ut in omni genere a-
ctionum humanarum, sic in coniecturis
etiam & consilijs dominantur.

δὴ ὡ τὰν.) κίθνη φορά. Fortasse nolet, etsi
possit.

τῆν ἀποπώτατων.) Refutatio sumpta à si-
gno. Ait se facturum: ergo uult. sed mul-
ta dicuntur aliàs uanitate quadam inge-
nij, aliàs certo consilio, & terroris causa.
Quare hoc argumentum non perpetuò ue-
rum est, & in Philippicis certiores coniectu-
ras affert Demosthenes.

ἀ τὸν μωλίαν.) Argumentum à minori ad
maius. lactat se facturum, quum nō potest.
Quanto magis faciet, quum poterit? Inci-
dit & absurdum: lactare te facturum, quæ
nolis, non conuenit.

ἀλλὰ μὴ ἡλίκα.) Iam tandem expli-
cat discrimen, id que κατὰ παράληψιν,
amplificatum à circumstantijs temporis
& personarum, & alia collatione, adie-
cto argumento à minori ad maius, & à
turpi.

ἔδειξις.) Vt enim inter utilitates laus &
gloria, sic uituperatio & ignominia inter
damna recensetur.

πάντα δὴ πῶτα.) Peroratio, distribu-
tione, ut in initio dixi, constans trimembri,
singulis partibus ratione addita, καὶ προσα-
πόδισιν.

χρησάδ' εἶν.) ὀχί. Vt autem Demosthe-
nes comprecatione claudit orationem: sic
mihî etiam uota facienda, uel candidi le-
ctores potius rogandi sunt, ut operam
meam, quam in Demosthene interpre-
tando posui, æqui bonicq; faciant. Mere-
batur (quod & ipse fateor) ac requirebat
præstantissimus autor, conuersionem lucu-
lentiorum: ac talem, qualem nemo facile
dabit, nisi & ingenio, & doctrina, & elo-
quentia floreat, ocio que abundet. Ego
uerò, & quàm illa tenuia, uel nulla potius
in me sint, agnosco, & tali commoditate
locorum & temporum sum usus, qualem
illis precor, qui me ut alterum Herostra-
tum (qui Ephesiae Dianæ fano incenso,
innotescere uoluit) calumniabuntur, nec
ipsi tamē edent meliora. Quo genere homi-
num, nihil est nec arrogantius, nec odio-
sius. Neq; ego ad eos quicquam lucubra-
tionum

tionum mearum pertinere uolo. Delectentur illi sanè ocio & fastu suo, & supercilia erigant, nasumq; corrugent, quantum uolent: ac me siue inferuire Demosthenis amatoribus, siue etiam frustra laborare patiantur. Vt enim, quod uolui & debui, non sim assecutus, id mihi cum multis commune erit: conatus tanti Operis, cum paucis, ac nullis potius.

Neq; idem hic facere poterunt maleuoli homines, atque alienæ laudis obtrectatores, quod in Isocratis mei conuersione facere quosdam audio. Qui, quum ego locos (id quod tam æquis animis accipi uelim ab omnibus, quam uerum esse fatentur multi, docti & æqui laborum meorum aestimatores) amplius bis mille (quam duplicem, aut maiorem etiam numerum uerè possem dicere) ab alijs interpretibus, etsi doctissimis uiris, siue propter festinationem & occupationes, siue temporum uitio, siue etiam quòd neruos suos in opere grammatico, maioribus rebus pares, intendere noluerunt, parum dextrè perspicueq; conuersos, summa diligentia & fide sim interpretatus: me tamen ut corniculam Aesopicam, alienis pennis instructum & ornatum, subitò in publicum pro uolasse cauillentur. Nam eos ex animo loqui, persuadere nullo modo mihi possum. Alioqui se & omni carere iudicio, & neque Græcum legisse Isocratem, neque conuersiones aliorum, & meam, uel inter se, uel cum archetypo contulisse faterentur. Quum igitur eorum arrogantia & uanitas obscura non sit, quam boni docti que sint homines, pronuciare neque possem, si uellem: neque uellem, si possem. Neque enim à meis mihi rebus tantum est ocij, ut alienas uacet inquirere, aut libeat. Sed hoc tamen affirmare non dubitem, eos uel temeritatis & incitiæ, uel maleuolentiæ à semetipsis condemnari. Quòd si mihi non credunt, sciscitentur doctos: aut ipsi legant alias interpretationes, & conferant, atque intelligere discant, non tam referre quid quisque primus, quam quid optimè fecerit. Atque in ea collatione, si me ullam circumductionem ab alijs esse mutuatum deprehendent, si alios fidelius & dilucidius interpretatos esse intelligent: non recusò, quo minus & alienas lucubrationes com-

pilasse, & superuacaneum capisse laborem dicar. Sin praua multa correxi, multa obscura illustraui, à sententia ne longè recederem, sedulò caui, & quæ loca mihi non satis essent explorata, lectorem ipse monui: quid habent isti cur de mea existimatione detrahant, meum que laborem aspernentur? Illorum quidem reprehensiones æquiore ferrem animo, qui genus orationis ornatius, & ad imitationem ueterum magis elimatam, à me postulerent. Sed hac de re quia suo loco egi prolixius, nunc pluribus non est opus. In Demosthene autem, à turpissimo furti crimine & suspicione (quod ego ex animo detestor, & ignotus omnibus esse malle, quam aut superuacaneo labore perdere tempus, aut alienæ gloriæ falsam quasi hæreditatem, ut Ciceronis uerbis utar, cernere) cum res ipsa me, tum illud etiam uindicat, quòd etsi nonnullæ orationes ab alijs conuersæ sunt, eæ que paucae, nemo tamen (quod ego quidem cognoscere potuerim) iam bis mille annorum spacio Demosthenem totum interpretandum suscepit, alijs alij rebus deterriti: opinione difficultatis, ut mihi persuadeo, plerique. Ego uerò, etsi alicubi dubitationem, ignorationem nonnunquam meam ingenuè confiteor, & nusquam id scire uideri uolo, quod ignoro (quo uitio, & suo & aliorum malo, non pauci laborant) in spe tamen optima sum, æquos lectores (in tanto præsertim Opere) ueniam & fortunæ meæ (quam cum Isocratem ederem, satis deploraui, & frustra quidem. In eodem enim adhuc luto hæremus, idem saxum etiamnum uersamus) & occupationibus, & ingenij tenuitati daturus. Ita enim sum paratus, ut & candidè, quæ scio, docere studeam: & quæ ignoro (quæ plurima esse haud nego) uerecundè ab alijs, & animo non solum æquissimo, sed etiam gratissimo discere cupiam. Neque facultatem ademptam mihi uolo eam, qua pleriq; tum ueterum, tum recentium scriptorum usi sunt, atque utuntur, ut meum hoc Opus per ocium aliquando retexam, & accuratius, ornatius, atq; uberius omnia pertractem. Cum enim Solonè, uirum sapientissimum, profiteri non puduerit, se discendo semper multa, senescere: cur ego, si longior ætas,

aut

aut maior commoditas studiorū, aliquan-
 to plus doctrinae mihi contulerit, dubitem
 id quoq; studiosis impertiri? Cur studiosi,
 quod nūc pro tēpore praestiti, etsi minus ab-
 solutē & ornatē quā uellem, & decebat,
 id aspernentur, ac non potius boni consul-
 lant, se aliquid à nobis habere quod proficit,
 quā si nullum prorsus ex nostris labori-
 bus fructum capissent? Id quod saepe acci-
 dit eruditīs, qui dum nihil nisi omnibus nu-
 meris absolutum in publicum emittere uo-
 lunt, aut morte praeventi (id quod Opori-
 nus saepe mihi occinuit) aut alijs negotijs
 impediti, nihil omnino emittūt. Deniq; cū
 nihil in reb. humanis sit perfectum, & ne-
 mo nisi planē impudēs, uel Epistolas fami-
 liares Ciceronis se penitus intelligere pro-
 fitērī audeat: ueniam dandam esse censeo
 nostris quoq; scriptis minus expolitīs, neq;
 incessendam, si qua nos fugerūt in Demo-
 sthene, autore grauissimō & difficilimō, in
 scitiā, sed uel boni consulendam, uel emen-
 dandā. Hoc enim polliceor omnibus, qui
 priuato aliquo scripto, & sine cōuicio atq;
 acerbitate me de erratis aliquibus, aut parū
 exquisito genere dictionis admonuerint,
 aut ea mihi explicarint quae ignoro: eos me
 summo beneficio deuinctū sibi habituros.

FINIS.

SENTENTIAE QVAE-
 DAM EX VLPIANI ENARRA-
 TIONE PRIMAE OLYNTHIACAE, quarum interpretatio-
 nem e conuersione petas licet.



Lδιον μάλιστα δημοσείως και θεκι-
 δίδε, μη μόνον ἀπ' τῆν συναγωνιζο-
 μένων αὐτοῖς κεφαλαίων κριθεῖσθαι τὰ
 προίμια, ἀλλὰ και τὰ ὑφορμῶντα
 εὐθὺς αἰ ἀρχῆν βόρα πύειν, τεχνικῶς σφόδρα, και
 δεινῶς.

ἀναρθεῖσθαι τῆν ἀντιπιπτόντων, και τῆν ὑφορ-
 μένων ἐν τῆ γνώμῃ τῆν ἀκροατῆν; δ' λοιπόν, τὰ μη
 δεμίαν ἀντίρρησιν ἰδι δεχόμενα.

τὸ νομίζω μὴ ἠθικόν ὄν, εἰς συγκαταλέγειν ἄγει τὸν
 ἀκροατῆν, τὸ δὲ πῶς φημι ἀπόφανσιν ἔχει, φιλόνοι-
 κος αὖτε μάλλον καδίσκος.

εἴ τις ἡμῖν προτείνει χημάτα τε και δ' συμ-
 φέρος, εὐθὺς αὖ ἀρπάζουμην ἀντί πολλῶν χημάσων
 τῶν τὸ συμφέρος.

προκρίτεον τῆν χημάτως τὸ συμφέρος.

τὰ λυπηρὰ φανησόμενα τοῖς ἀκροαταῖς, ταῦτα
 μὲν τῶς αἰ ἀρχῆν λέγεις φανερῶς ἀναβλητόν,

αὐτοῖς δὲ τοῖς ἀκροαταῖς δὲ χημάτων πινῶς ἔσο-
 νοεῖς πρῶτα εἰτέως.

τὰς εἰνοίας ἀφιλάσιν ἀκαπισθῶν δια τὸ τῆν
 προτάσεων ἀδύνατον, και ἐφ' ἐτέρωσ μετέχοντα.

ἔχουσα παρὰ τὸ κοινῆς εἰνοίας ὀλίγα γέμναι, ὅτι
 προπῶσιν ἀδύνατοι τὸ συμφέρον χημάτ.

ἀδύνατοι προτάσεις εἰσιν, ὡν εἰ πῶς μὲν τὴν ἀπό-
 δεῖξιν ὁ ἀκροατῆς, ὅ λαμβάνει ταῦτα ἀπ' τῆν δό-
 ξης τῆν ἐπιλύσας, ἢ ἀπ' τῆν κοινῆς εἰνοίας. εἰσι δὲ ὅτι
 10 ἀπ' τῆν νόμων.

παντασ προτρέπει λέγειν, ἵνα δια τῶσ και ἐν
 φθόνον φύγη, ὡς μὴ βουλόμην ὅ λέγειν μόνον και
 ἵνα, εἰ τὴν αὐτῆ συμβουλίῃν προέλθω, κρείττωσ
 ἀπαύτων τῆν συμβέχρον ἀφειχθῆ.

εἰ παχιδὸν βολόμενον φθῶν, και ἑαυτῶν ἐγ-
 κατέμειον τῶ ἐγγλέματι.

αὐτὸ δ' ἀλησιάζον τὸ τόπος ὡσπερ εἰσθαι τὰ ἐγ-
 κλήματα τίθειν.

τεχνικῶς λεκτέον, ἵν' εἰ συμβῆ ἠθικῶσ, ἔχει ἀφ' ὅ-
 γιαν ὁ ῥήτωρ, τὸ ἐπιφύσει τινὰ ὡν συνεβέβησεν.

εἰ ἐν τῶσ και ἀνθ' αὐτῶσ δεσμῶν καταλέγειν, δε-
 διότ' ὅτι μὴ μέγαν καταισχύνη δ' ἀντίπαλον εἰ
 τὰ λοιπὰ λέγειν πῶσ αἰσθῶσται, γίνετ' ὅτι μὴ φο-
 βῶσιν δ' ἀκροατῶν.

ἐφ' ὃ ἐγγύσιν ποιῶσ τινὰ μέγαν δὲ τὸ ῥαθυμί-
 ας, ἐπ' ἐκείνῃ ὅτι και εἰ κρείττωσ τινὰ δὲ τὸ αὐτο-
 δῆσ.

μειῖται ἀεὶ τὴν προχῆσιν φύσιν και δια τὸ
 λέξεωσ ὁ ῥήτωρ.

ἢ δοκῶσ τὸ λόγος κακία, χρεῖται τινὰ καπορθε-
 σα, θαυμασόν δ' ἐκνευσι δ' ῥήτορα.

ἵνα μὴ προσκορῆ ἐν λόγον ὀργάζη ἀφ' ὅσων λέ-
 γων, ἐπαγέσιν ἠδοντῶσ δια πάλαισ ὡσ προσώκων τὸ
 ἀντιλέγοντ'.

ἀντί προσώπος προχῆσιν λαμβάνει ὅ, τε δημο-
 σείνης και ὁ θεκνυδίδης, και ἀντί προχῆσιν τὸ
 σωπον.

συνήθωσ τῶ ῥήτῃ τῆν μὲν λυπηρῶν και αὐτῶν
 μετέχοντα δεικνύσιν τῆν δ' ἀγαθῶν τὴν πῶσ εἰσθαι ὁ-
 λόκληρα ἀκρίβειαν τῆν πῶσ και δ' ὡσ τῶσ πολ-
 λῶ αὐτῶσ παρὰ τὸ ἀκροατῆν παρασκηδύζειν τὴν
 εἰνοίαν.

τὰ ἐν ταῖς ἀρχαῖς προίμια τῶσ παντὶ λόγῳ
 χάραν δίδωσι, και ἀπερμα πικρῶσ τὴν δ' ὡσ αἰμῶν
 τῆν δ' ὀλοῦν λέγεσθαι μελλόντων. τὰ δὲ τῆν κεφα-
 λαίων αὐτὰ μόνον φεραπύει τὰ λυπηρῶσ εἰ κεφά-
 λαιοσ.

ὡσ ἴσμεν πολλῶσ δεδωλόμεν ῥαθυμία, τοῦτοισ
 προτείνεις δ' εἰ τὰ δύο, ἵνα και εἰ ποιῶσ.

τὸ δ' ὡσ εἰν μερίζετ' εἰς δύο, εἰς τὸ χημάτ' ὀλο-
 εἶαν, και αἰδῶσ δ' ὡσ αἰμῶν.

ἀπ' τὸ ποιῶσ μὲν λέγει εἰ ποιῶσ.
 τὴν προσήτα τῆν χημάτ' τὸ καιρὸν και τὴν ἀνάγ-
 κλῶσ κριτέον ὀείζειν.

πρὸς τὸ

πρὸς τὸ προκειμένον δ' εἰπέειπε.
 δὲ τὸ, πῆμείτρον, καὶ τὸ τῆν ἀπὸ πάλων δῶμα
 ἐν ἰδιόκειπείῳ.

ἐν ταῖς συμβαλαῖς, καὶ τὸ ἀγαθὸν ὑπὲρ οὗ συμβα-
 λθόμενα, ἀμφισβήτησιν ἔχει, καὶ ὁ τρόπος δι' οὗ αὐτὸ πε-
 ριγινόμεθα τῆν χρησίων, ἀντίβησιν ἰδιόδεχεται.
 ἐν ταῖς προβοπαῖς καὶ τὸ ἀγαθὸν πρόδηλον, καὶ
 ὁ τρόπος.

ἰδιόκειπεται πῶς εἴδεισι τῶν λόγων τὰ ἀλλήλων
 ἐκ τῆς πλεοναζούσης οὐ τῆς ἑποθέσε, καὶ τὸ εἶδος
 τῶν λόγων γνωρίζεται.

δὲ σὺ τῆς τύχης ἀγωνίζεσθαι ἐφ' αὐτῶν.

καὶ ἰδιό τῆν ἀσαφῶν καὶ ἐπαμφοτερίζεται ὅ

κοῦτων, ἐκ τῆς τέλεος ἰδιό πῶς ἀρχὴν ἀνίεναι. λυθῆ
 σεται γὰρ οὕτως ἢ ἀσπίφθα.

ὡσαύτως τὸ συμφέρον τίμνηται εἰς πᾶσι τὸ συμφέ-
 ρον καὶ τὸ ἀναγκαῖον, ἔτι καὶ τὸ δῶμα τῶν τε αὐτὸ τὸ
 δυνατὸν ἀπὸ τῶν, καὶ τὸ εἰδῶν, καὶ τὸ ἀναγκαῖον.
 ἀνθυποφορὰν σοχαστικῶν λυθῆ ἐκ τεκμηρίων.
 εἰ δὲ τὰ ὁμολογῆματα κατασιθίζονται.

δύο κακῶν προκειμένων, αἰρετικὸν τὸ ἦτον.

δὲ ἐκ τῆν ἰσχυρῶν ἀεὶ καὶ τῆν σικνητικῶν τὰς
 ἀνακεφαλαιώσεις, καὶ τῶν ἰδιόλογοις λαμβάνεται.
 οὐ τῆς νεωτέρων ἡλικίας πάντα πρᾶξαν δῶμα
 μεθᾶ.

εὐχλῶ προσιθίεναι δὲ τῆς συμβαλῆς.

δὲ καὶ πῆμείτρον πολυελέφθω.

ERRATA.

In Praefatione prima H. Vuolfij in Demosthenem, pag. 1. uers. 32. legend. posse
 facere, siue 8. 25. utranq. difficultatem 9. 2. te non modo patronum 10. 22. ca-
 dem uidendi copia 11. 16. contenti ceteris 37. deditissimo,

IN PRAEFATIONE VLPIANI.

Pag. 2. uers. 5. lege, conuersionibus. ibidem uers. 14. lege, τῆς ibidem uers.
 su à fine 6. sic distingue: orationem, breuitatis seruandæ, &c.

Ad reliqua æquus lector facile
 conueniet.

